DIPLOMATICKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTE

SABRAO

T. SMIČIKLAS

UREDIO

Dr. MARKO KOSTRENČIĆ.

SVEZAK XV.

LISTINE GODINA 1374.—1378.

ZAGREB.

TI8AK ZAKLADE TI&KARE NARODN4H NOVINA

1934.

DIPLOMATICKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTE

SABRAO

T. SMIČIKLAS

UREDIO

Dr. MARKO KOSTRENČIĆ.

SVEZAK XV.

LISTINE GODINA 1374.—1378.

ZAGREB.

TI8AK ZAKLADE TI&KARE NARODN4H NOVINA

1934.

Nakon puniih osamnaest godina nastavlja Jugoslavenska Akademija znanosti i umjetnosti s izdavanjem Smičiklasova Diplomatičkog zbornika Kraljevine Hrvatske, Dalmacije i Slavonije sv. XV., od koga je u godinama 1904.—1916. izašlo svega trinaest svezaka (II.—XIV.). Teske ratne i poratne materijalne prilike Akademije nametnule su taj neže-Ijeni i dugotrajni prekid, ali sada ima opravdane nade da će se moći s izdavanjem one grade koju je sakupio Smieiklas, a koja seže do kraja XIV. v., nesmetano do kraja produžiti.

Naeela izdavanja ostala su, dakako, ista kao i kod ranijih svezaka.

Jednako kao sveske XIII. i XIV., uredio je i ovu XV. Dr. Marko Kostrenčić, koji je takoder sastavio surnarij, te oba indeksa, stvari i imena.

U ovoj knjizi upotrebljene su ove štampane zbirke:

Codex diplomatieus domus senioris comitum Zichy. Edid. Societas ihistorica Hungarica. Tom. I—X. Budapest 1871.—1907,

Codex diplomaticus patrius Hungarieus (Hazai okmanytdr). Studio et opera Emerici Nagy, Joann. Nep. Paur, Caroli Rath et Desiderii Vcghely. Tom. I—VIII. Jaurini et Budapestini, 1861—1891.

Eubel BuiHarium Franciscanum. Romae. 1898, 1902, 1907.

Farlati Illyricum saerum. Venetiis 1751, 1819. Voll. I—VIII.

Fejer Codex diplomaticus ecclesiastieus ac civilis. Budae. 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 voll. et 2 indices.

Gelcich Monumenta Ragusina. Libri refonnationum. Tom. I—V. 1879—1897. Izd. Jugoslavenska Akademija znanosti i umjetnostL

Gelcich-Thalloczy Diplomatarium relationum reipublicae Rasinae cum regno Hungariae. Budapest 1887. Izdanje magjarske Akademije.

Jireček K. Spomenici srpski. Beograd 1892.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Zagrabiae T. I—III.

Kukuljević Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Siavoniae saeculi XIII. Zagrabiae 1896.

Laszovsky Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoc »Zagrebaeko polje« zvane. Zagreb 1904—1908. T. I—IV.

Lucius J. Memorie storiehe di Tragurio ora detto Trau. In Venetia 1673.

Lucius Note chronologiche e documenti raccolti da Giovanni Lucio. Bullettino 1881—1882. Starine Jugoslavenske Akademije XIII.

Makušev (Makuscev) Monumenta historica Slavorum meridionalium vicinorumque populorum e tabulariis et bibliothecis italicis deprompta. I. t. Varšava 1874. II. Beograd 1882.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae, Ragusii. Viennae 1858.

Pucić Spomenici srpski. Knjiga IL Beograd 1862.

Starine Jugoslavenske Akademije znanosti i umjetnosti. Zagreb 1869 i dalje.

Stojanović Stare srpske povelje i pisma. Kn]. I. 1929. Izdanje Srpske Kr. Akademije.

Thallcczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagsy. (Monumenta Hungariae historica, t. XXVIII. Budapest 1897.

Thalloczy-Horvath Also Sclavonia okmdnytar. (Monumenta Hungariae historica) T. XXXVI. Budapest 1912.

T h e i n e r Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859^1860. 2 voll.

T h e i n e r Vetera monumenta Slavorum imeridionalium historiam illustrantia. I. vol. Romae 1863, II. vol. Zagrabiae 1875.

T k a 1 č i ć Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiensis, meitropolis regni Croatiae. Voll. I—XI. 1889—1904.

V j e s n i k kr. ihrvatsko-slavonskog-dalmatinskog zemaljskog arkiva. Zagreb 1899 i dalje.

W e n z e l Acta extera. Budapest 1874—1876. Voll. I—II.

Od rukopisnih zbornika upotrebljeni su:

B a r t o 1 i Indice delle scritture del convento di san Francisco della cittž idi Veglia — u samostanu .Franjevaca u gradu Krku.

R u i c h Delk riflessioni storiche sopra l'antico stato civile e ecclesiastico della cittž et isola di Pago o sia delT antica Cissa — iz gubernijalnog arfiiva u Zadru, odnosno prvi tom u arhivu Jugoslavenske Akademije u Zagrebu.

1.

1374. 5. januara u Zadru (Jadre).

Koza de Begna i Kresije de Nassis progfašuju ništetnom oBveznicu, po fiojoj prvi potonjem duguje loo fforena, a Roju je izguBio Mi fiajfo de Sforadis, u koga se isprava nafazifa u pofogu.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, indictione duodecima, die quinto ia* nuarii, regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodovico, dei gracia rege Hungarie, Polonie et Dalmacie et tempore ilustris principis domini domini Caroli de Duratio, regnorum Dalmatie et Croatie ducis, ac reuerendi patris domini fratris Dominici Iadrensis archiepiscopi ac magnifici viri domini Rafaelis de Surdis, comitis Iadre. Cum hoc sit et fuerit, ut partes infrasscripte dixerunt, quod ser Cossa de Begna de Iadra esset obligatus per scriptum sua propria manu scriptum ser Cresio Nicolay de Nassis de Iadra in florenis centum auri in millesimo presenti, indictione et die in ipso contentis, quod quidem scriptum obligationis depositum fuit de voluntate partium penes ser Michaelem de Sloradis de Iadra,- et quia, ut ipse ser Michael dicit, ipsum perdidit nec inuenire ipsum potest, qua de causa ipse ser Cre^ sius volens agnoscere bonam fidem ad instantiam dicti ser Cosse pre* sentis et recipientis pro se et suis heredibus et successoribus voluit et mandauit et contentus et confessus fuit, quod, si vnquam ipsum scriptum reperiatur penes ipsum ser Michaelem et suos heredes quoscumque, quod sit capssum et nulius valoris et efficacie vel momenti et quod la= ceretur et canceletur et in manibus dicti ser Cosse sic incipssum detur, cum re uera ipse ser Cossa nunquam dictos centum florenos auri uel partem a dicto ser Cressio habuit, non obstante confessione contenta in dicto scripto facta per ipsum ser Cossam. Ac eciam ipse ser Cressius renunciauit omnibus iuribus sibi competentibus in dicto et pro dicto scripto, cum re uera ipsum scriptum fuit et est fiticium et fiticialiter

factum nulla peeunia data et numerata nec compensata/ pacissens at^ que conueniens prefatus ser Cresius dicto ser Cosse, quod iura sibi competencia seu que sibi competere potuissent in dicto scripto contra prefatum ser Cossam, nemini cessit seu dedit et quod de ipso et ipsis nulus est factus contractus, ex quo contractus presens possit reuocari, nec ex quibus ipse ser Cosse possit teneri ad solutionem aliam dicto^ rum centum florenorum auri uel partis. Quod si contrarium appareret, promissit ipsum ser Cossam et suos heredes et successores et bona sua defendere et excalumpniare, indempnes conseruare ab omnibus per^ sonis super se et omnibus suis bonis presentibus et futuris, renuncians ser Cresius excepcioni non factorum et non promissorum omnium et singulorum supra dictorum, actioni et excepcioni doli mali et in factum fiendis et fori priuilegio omnique alio iuris, legum et statutorum auxilio, quod sibi posset prodesse et dicto ser Cosse obesse. Promittens eciam omnia supradicta firma et rata habere et tenere et non contrauenire, per se uel alios, aliqua ratione uel causa sub pena quarti dictorum flo^ renorum et obligatione sui et omnium suorum bonorum cum refeccione dampnorum, expensarum litis et extra/ et pena soluta vel non nichilo- minus presens contractus sit firmus, Rogantes me notarium, ut de premissis conficiam publicum instrumentum. Actum Iadre, presentibus ser Mauro de Grisogonis et ser Michaele de Sloradis, testibus vocatis et aliis.

(m. p.) Ego Iacobus condam Gregorii de Cadulinis, iudex exami* nator manum missi.

{Sig. not.) Ego Laurentius de Alesandrinis de Regio, publicus im^ periali auctoritate notarius et Iadre iuratus, rogatus scripssi, signaui.

Izvorm'6 na perg, u arfi. grof. Begne u Posedarju. P. no. 118.

2.

1374. 17. januara. U Krizevcima. <In Crisio).

Pred županom zemsRim Hriževačtiim prodaju sinovi Bfazevi od roda Prefse svoj posjed ABramovšćina svojim rodacima tadoder od roda Prefse.

Nos Andreas filius Martini, comes terrestris Crisiensis, memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Paulo, Fabiano et Emerico, filiis Blasii filii Abraam, nobilibus iobagionibus castri Crisiensis de genere Prelse ab una, parte uero ex

altera Danch filio Egidii ac Benedicto, Francisko <!>, Blasio, Lucasio et Thome filiis Pauli filii dicti Egidii, videlicet patruelibus eiusdem Danch, similiter nobilibus iobagionibus dicti castri de dicto genere Prelse personaliter coram nobis constitutis et per eosdem filios Blasii filii Abram confessum extitit pariter et relatum ministerio viue vocis eorum, quod ipsi rectam dimidietatem possessionarie porcionis ipsorum tam hereditarie, quam a Petro filio dicti Abram, fratre patruele ipsorum, litteris nostris mediantibus titulo empcionis comparate, scilicet Abra* mouschina vocate in eodem genere existentis cum omnibus suis vtU litatibus et pertinenciis vniuersis ad eandem dimidietatem predicte pos* sessionarie porcionis spectantibus, nominatim terris arrabilibus, vineis, fenetis, siluis, aquis, locis molendinorum ac edificiis domorum seu molendinorum super eadem dimidietate dicte possessionarie porcionis existentibus dixerunt se vendidisse pro duodecim marcis denariorum bonorum tunc temporis curencium, ymo, vendiderunt predictis Danch filio Egidi<!> ac Benedicto, Francisko <!>, Lucasio, Thome et Blasio, filiis Pauli filii dicti Egidii ipsls et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo tenere, possidere pariter et habere ex consensu et permissione omnium vicinorum et commetaneorum ipsorum nullo contfadictore inibi aparente, quos videlicet denarios iidem filii Blasii ab eysdem Danch, Benedicto, Francisko, Lucasio, Thoma et Blasio filiis Pauli plenarie recepissent et receperunt coram nobis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales sigilloque nostro pendenti consignatas eysdem Danch ac filiis Pauli predicti duximus concedendas ad cautelam. Datum in Crisio, feria tercia proxima post octauas festi epiphaniarum domini, anno eius^ dem M°. CCC°. LXX° quarto.

Izvornifi na pergameni u arfiivu $ugos'av, afcađemije u ^ZagreBu, Dipfomata a, П>74.

Pecat i vrpca pečata otpafa je.

3.

1374. 22. januara. U Višegradu <In Wyssegrad>.

Krafjevsfii dvorsfii sudac odgađa parnicu između Nifiofe sina Pfiifpe de ZugfaR i Petra Nifiofinog de Atfiyna radi protupravnog zapo sjednuca tužitefj'u po tuženom zafozenog posjeda, u svrfiu prido* nošenja novifi dofiaznifi sredstvi*

Nos comes Jacobus de Scepus, iudex curie domini Lodouici, dei gracia regis Hungarie, damus pro memoria, quod Paulus litteratus

pro Nicolao filio Philpe de Zuglak cum procuratoriis litteris capitufi ecclesie Boznensis iuxta continenciam litterarum comitis Nicolai de Zeech prorogatoriarum in octauis festi beati Georgii martiris in anno domini millesimo CCCmo LXXmo secundo preteritis coram[1] eodem comite Nicolao de Zeech[2] comparendo, contra Petrum filium Nicolai de Athyna, quasdam litteras capituli ecclesie de Posoga euocatorias asserens accionem et proposicionem eiusdem Nicolai litteris contineri in eisdem eidem comiti Nicolao, prout per literas suas exinde confectas informabantur presentasset declarantes, quod in persona prefati Nicolai filii Philpe regie dictum extitisset maiestati, quod Petrus filius Nicolai et Stephanus filius Johannis de Athyna quandam porcionem posses^ sionariam in possessione Nepthynouch vocata in comitatu de Vereche existentem, habitam per condam Nicolaum filium Johannis filii Lau^ rencii de dicta Athyna iuxta continenciam litterarum dicti capituli de Posoga coram ipso domino nostro rege specietenus exhibitarum, dicto condam magistro Philpe pro viginti vna marcis et tribus pensis de« nariorum inpignoratam non restituta ipsa pecunia dicto Nicolao po^ tencialiter pro se ipsis litis intermedio occupassent, super quo idem dominus noster rex fidelitati dicti capituli de Posoga firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide- dignum, quo presente homo suus regius infradeciarandus ad predictos Petrum et Stephanum accedendo diceret et committeret eis verbo suo regio, ut dictam porcionem possessionariam per eos, vt premtttitur, occupatam dicto Nicolao remittere et resignare aut pretaxatam pecunie quantitatem eidem persofuere debere teneretur, alioquin euocaret pre- dictos Petrum et Stephanum contra Nicolaum prenotatum in suam regiam presenciam ad terminum competentem racionem reddituros effi^ cacem lite pretacta non obstante in hac parte et tandem seriem tocius facti sue maiestati fideliter rescriberet capitulum de Posoga supradic* tum. Ipsum igitur capitulum mandatis regalibus obediens, vt tenetur, cum Nicolao filio Bana, homine suo regio, Stephanum clericum chori eorum ad premissa exsequenda pro testimonio transmisisset fidedignum, qui demum ad ipsum capituium reuersi eidem concorditer retulissent, quod ipsi feria secunda proxima ante festum beatorum Philipi et Ja^ cobi apostolorum anno nunc proxime transacto preteritum ad castrum Athyna, vbi idem Perrus filius Nicolai resideret accedendo Nicolaum filium ipsius Petri inibi repertendo absente eodem Petro eidem com* misisset verbo regio, vt prefatam porcionem possessionariam prenomi*

[1] slijedi prekrtženo: »magnifico viro domino«.
[2] slijedi prekriženo: »pridem simiiiter judice curie regie«.

nato Nicolao filio Philpe remittere et resignare aut prescriptam pe^ cunie quantitatem eidem persoluere deberet et teneretur. Et quia pre* fatus Petrus domi non fuisset ipse vero Nicolaus filius suus in facto premisso nichil facere debuisset sine scitu patris sui prenotati, ob hoc ipsi eundem Petrum filium Nicolai in predicta possessione sua Athyna contra annotatum Nicolaum filium Philpe ad octauas festi penthecostes nunc venturas in regiam euocassent presenciam. A quibus quidem octauis festi penthecostes causa parcium premissa iuxta con* tinencias litterarum dicti comitis Nicolai prorogatorialium quibusdam prorogacionibus interpositis ad octauas festi beati Georgii martiris nunc proxime venturas extitisset prorogata, ad quas idem Petrus filius Nicolai per annotatum Paulum litteratum legitimum procuratorem ipsius Nicolai congruis diebus octauarum earundem coram eodem comite Nicolao expectatus in eiusdem presenciam non venisset, neque misisset se mediantibus litteris suis iudicialibus in iudicio oprimi permittendo cumque idem comes Nicolaus annotatum Petrum filium Nicolai dicto capitulo de Posoga litteratorie scribendo per regium et eiusdem capi« tuli homines in eisdem litteris nominatos super premissis perhemptorie responsurum racionem efficacem redditurum vice secundaria ad oc^ tauas festi assumpcionis beate virginis tunc venturas contra annotatum Nicolaum filium Philpe regiam in presenciam fecisset euocari ipsa* que causa ab eisdem octauis inter partes prenotatas diuersis prorogacionum cautelis interuenientibus ad octauas festi beati Mychaelis archangeli tunc venturas et abhinc medio tempore dicto comite Nicolao in banatum regni Sclauonie de ipso honore mutato et eodem honore iudicatus curie regie per regiam clemenciam nobis collato secundum seriem litterarum nostrarum dilatoriarum simul cum duabus partibus iudicii sex marcarum duplati, porcione videlicet iudiciaria ac tercia parte eorundem iudiciorum dupplati porcioni partis aduerse eo quod eandem terciam partem tunc non persoluerat, ad presentes octauas festi epiphaniarum domini prorogatiue deuenisset, Tandem ipsis octauis instantibus annotatus Paulus litteratus pro dicto Nicolao filio Philpe cum procuratoriis litteris dicti capituli Boznensis ad nostram veniendo presenciam eidem Nicolao super premissis ex parte prenotati Petri iuris equitatem per nos peciuit elargiri, quo percepto Petrus sartor pro prefato Petro filio Nicolai cum procuratoriis litteris dicti capituli de Posoga nostrum iudiciarium adiens conspectum respondit tali modo,

quod idem Petrus in facto dicte porcionis prossessionarie in dicta pos* sessione Neptynouch habite litteralia haberet efficacia instrumenta, que non ad presens, sed in termino vlteriori per nos sibi dando coram nobis

exhibere promptus esset et paratus. Vnde nos perceptis premissis commisimus eo modo, quod annotatus Petrus filius Nicolai vniuersa sua litteralia instrumenta, si que super premissis haberet confecta in octauis festi beati Georgii martiris nunc venturis coram nobis exhibere teneatur quibus visis iudicium et iusticiam facere valeamus inter partes in premissis. Quia autem dictus Petrus filius Nicolai predicta iudicia ad no^ stram porcionem octo marcas, ad porcionem vero partis aduerse simi** liter octo marcas faciencia necessarie nobis et parti aduerse persoluere debens non persoluit, ideo in eisdem octauis nobis et parti aduerse cum duplo persoluere teneatur. Datum in Wyssegrad, decimo die termiui prenotati, anno domini millesimo CCC°. LXXmo quarto.

Na frptu: Pro Nicolao filio Phifpe de Zuglak contra Petrum filium Nicolai de Athyna super exhibendis instrumentis ad octauas festi beati Georgii martiris, prorogatoria,

Sa strane notica; Memoria de Posaga homo Emericus filius Emerici de Leuechyn, vel Nicolaus filius Bana de Bagdas aut Leukus filius Johannis de Zuglihech siue Johannes dictus Bekas sin Andreas filius Stephani de Zapolya,

Nobis soluit XII Grossos.

Soluit J. XXUII°.

Izvornifi na papiru u 6r, ugar, đr£. arfiivu u Ifudimpesti. M. O. D. L. 33182. Stara sign. N R. A. Tasc. 355 no 21.

Na Brptu se vidi trag pečatu, fiojim Bijaše isprava zatvorena.

4.

1374, 27. januara. U Mlecima.

Duzd Andrija Contareno opravdava fcod kralja Ljudevita mjere, sto ifa oni poduzeše protiv DuBrovčana time, da su one Bife retor zivne naravi.*

Serenissimo ac excellentissimo domino Ludovico, dei gracia Hun^ garie, Polonie etc. regi illustri, plurimum honorando, Andreas Conta* renus, eadem gracia dux Veneciarum, etc. votivorum successuum in* crementa. Maiestatis vestre literas datas Bude vigesimo quarto mensis decembris super facto Raguseorum nuper recepimus et intelleximus diligenter. Ad quas serenitati vestre tenore presencium respondemus, quod, sicut clarissime notum est, Ragusei contra antiquas et bonas consuetudines diutius observatas in civitate Ragusii fecerunt novitates et ordines contra nostros cives, subditos et fideles et in eorum dam*

num pariter et sinistrum, de quibus novitatibus admirati, ipsos Ragu^ seos pluries requisivimus, quod desisterent a novitatibus antedictis et insolitis contra nostros. Ipst vero perseveraverunt et perseverant in opinione sua et tenuerunt modum, quod nostri mercatores et cives co^ stricti recesserunt de partibus et locis suis. Unde nos compulsi pro conservacione honoris nostri et bono et salute mercatorum nostrorum dictis Raguseis eciam de novo fecimus, licenciando ipsos de terris et locis nostris, non videntes honeste aiiter facere posse pro honore nostro et bono nostrorum, sed quandocunque Ragusei cognoscent defectus commissos per eos et volent abstinere a novitatibus et ordinibus, quos fecerunt contra bonas et antiquas consuetudines, parati erimus pro vestre maiestatis reverencia ipsos Raguseos dulciter videre et benigne tractare, sicut eos ab antiquo tractabamus.

Datum in nostro ducali palacio, die vigesimo septimo januarii, XII. indicione.

Originaf u đu6rovač6om ar&ivu: ZSirka saec. XIV. Na fecffima: Serenis simo et exceffentissimo dbmino Lodovico, dei gracia Hungarie, Pofonie etc. regi iffustri, pfurimum Bonorando.*

Starine I. 146-147.

GefcicB- TBaffoczy Dipf. Rag. Br. _5X 66.

5.

1374. 28. januara u Zadru (Jadre).

Đuro, župnifc cr&ve sv. Marije u Zadru, pnma Hao podsaBirač desetine papinsRe u ime iste svotu novaca od Samostana rogovsfioga.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millessimo trecentessimo septuagessimo quarto, inditione duodecima, die vigessimo octauo mensis ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Gregorii, digna dei prouidentia pape vndecimi, anno quarto, regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia se^ renissimo rege Hungarie, Polonie et Dalmatie, temporeque reuerendi patris Dominici, permissione diuina Jadrensis archiepiscopi. Cum exem* plum seu copia literarum suprascripti domini domini pape emanatarum quartodecimo kalendas iunii proximi elapssi heri fuisset presentatum pro parte reuerend? in Christo patris et domini domini Raymundi, ab^ batis sancti Nicolay in litore Venetiarum Castelane diocesis, nuntii et colectoris camere dicti domini nostri pape venerabili uiro domino presbitero Georgio, plebano sancte Marie mayoris Jadre, subcolectori

camere dicti domini nostri pape vicarioque predicti domini archiepis^
copi sub sigillo pendenti ipsius domini abbatis reddacta in formam pu-
plicam per Nonardum Philipi clericum Oenetensis diocesis, apostolica
et imperiali auctoritate puplicum notarium scribamque dicti domini
abba'is, inter cetera continentium, qualiter dictus dominus noster papa
volens et affectans sanctam dei ecclesiam liberare a persecutione tiranica
filiorum iniquitates Barnobonis et Gabatii de vicecomitibus de Medio*
lano inposuit omnibus et singulis prelatis existentibus in partibus Italie
et eius insullis ut pro libertate ecclesie soluere deberent decimam con*
suetam reddituum suarum ecclesiarum dicte camere infra vnum annum
proximum futurum a die qua date fuerunt dicte litere domini nostri
pape in duobus terminis, videlicet primus terminus est in festo omnium
sanctorum proximum preterito et alius terminus est in festo resurexU
onis domini proxime futuro. — Quo audito reuerendus in Christo
pater dominus frater Petrus, abbas monasterii sanctorum Cosme et
Damiani de Monte Jadreassis diocesis, tanquam filius obedientie uoluit
parere mandatis apostolicis dedit, tradidit et numerauit dicto domino
presbitero Georgio, plebano et subcolectori ac vicario dicti domini
archiepiscopi, recipienti uice et nomine dicte appostolice camere pro
predicto suo monasterio viginti tres ducatos auri et tres partes vnius
ducati ac vnum ducatum pro expensis pro primo termino solutionis
dicte decime. Et sic idem dominus plebanus et siibcolector ac vicarius
in presencia mei notarii et testium infrascriptorum fuit contentus et
confessus se habuisse et recepisse dictos ducatos viginti tres et tres
partes vnius ducati ac vnum ducatum'pro expenssis dicta occasione a
predicto domino abbate renuntians super hoc dictus dominus plebanus
exceptioni et probationi sibi non datis, non habitts et non receptis dictis
ducatis a dicto domino abbate et omni allio iuris et legum auxillio et
fauori. Vnde dictus dominus plebanus nomine quo supra fecit dicto
domino abbati et suo monasterio ac suis successoribus plenam et irre^
uocabilem securitatem, quietationem perpetuamque liberationem et
pactum de vlterius ab eo dictam quantitatem ducatorum dicta occasione
non petendo/ insuper dictus dominus vicarius nomine quo supra ab=
soluit dictum dominum abbatem et cum<!> eo dispensauit ab excomu^
nicatione uel irregularitate si quam incurisse dignoscitur ob retardati^
onem solutionis dicte decime diuina celebrando uel eis se immiscendo
non tamen in contemptum clauium. Qui dominus abbas rogauit me
notarium infrascriptum, ut ei de predictis conficere deberem puplicum
instrumentum. Actum Jadre, in domo habitationis dicti domini abbatis

presentibus presbitero Thoma de Pago dicto Scillo et ser Nicolao cU matore de Jadra testibus et alliis.

{Sig. not.) Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

*Izvornik na pergam. u дибеeн. arfi. u *Zad"ru. fofio sam. rogovsfioga no loSj.*

6.

1374. 1. februara. Avignon (Avinione).

Grgur XI. papa nafaže određenim sucima nefia urede desetinsfce priBode u arcidjationatu BeHsinsHom Bis^upije zagreBaciie.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis preposito sancti Petri de Posega Quinqueecclesiensis diocesis, et archidiacono de Walcho Quinqueecclesiensis ecclesiarum, ac officiali Quinqueecclesiensi, salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum universorum rectorum parrochiafium ecclesiarum consistentium in archidiaconatu de Bexino in ecclesia Zagrabiensi peticio continebat, quod licet, eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, perceptio omnium decimarum provenientium ex fructibus excrescentibus infra limites earumdem parrochialium ecclesiarum ad rectores ipsarum ecclesiarum pro tempore existentes, videlicet ad quemlibet ipsorum rectorum infra limites sue parrochialis ecclesie pertineat, et tam iidem rectores, qui sunt ad presens, quam predecessores eorum rectores ipsarum ecclesiarum, qui fuerunt pro tempore, fuissent in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi, videlicet quilibet ipsorum rectorum infra huiusmodi limites sue parrochialis ecclesie, huiusmodi decimas eciam a tempore, cuius contrarii memoria non existit: tamen olim dilectis filiis capitulo ecclesie Zagrabiensis falso suggerentibus venerabili fratri nostro Stephano episcopo Zagrabiensi, quod perceptio huiusmodi decimarum ad ipsos capitulum infra huiusmodi limites omnium dictarum parrochialium ecclesiarum pertineat, et quod parrochiani ipsarum ecclesiarum decimas ipsas eisdem capitulo solvere contra iusticiam recusabant, prefatus episcopus ad falsam suggestionem huiusmodi ex abrupto, nulla super suggestis ipsis cognitione prehabita, quamquam sibi de eisdem suggestis aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum ea non essent notoria neque vera, dictisque rectoribus ad hec eciam non vocatis, sed absentibus non per contumaciam, omnes

predicras ecclesias ecclesiastico supposuit interdicto in predictorum rectorum non modicum preiudicium et gravamen. Quare pro parte ipsorum rectorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere ipsis super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, appellacione remota, decernatis, facientes, quod decre^ veritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere, non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede apostolica deputati aliquos ultra unam dietam a ftne diocesis eorumdem trahere presumant, dummodo aliquis ultra duas dietas auctoritate presentium non trahatur, quam aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscumque, seu si prefatis capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Avinione, Kalendis februarit, pontificatus nostri anno quarto.

TBeiner Mon. Sfav> Mer. I no. 4o9- str. 29o - 2P/.
Iz reg. ai. W. cod. chart. tom. 21. fof. 342.

7.

1374. 1. februara u Križevcima ^ln Crisio).

Pred Petrom Zudorom, Banom sfavonsfiim, shfapa Pavao $afio6ov de Raven i njegova svojta sa Nifiofom Pavfovim de WrBowcfj na= godu, po fiojoj potonji vraca imanje Zfonyn u firiževačftoj županijh koje je Bezrazfožno drzao.

Nos Petrus Zudor, regni Slauonie banus, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Paulus filius Jacobi filii Petri filii condam Jaxa bani, vt actor, item magister

Johannes Iitteratus filius Fabiani de eadem <!> Rauen, gener et filius
adoptiuus eiusdem Pauli/ ac Johannes et Nicolaus filii sui, collate^
raliter erga ipsum Paulum astantes ab una, et magister Nicolaus filius
Pauli filii siquidem Johannis filii Iwok, fratris ipsius Jaxa bani vterini
de Wrbowch parte ab altera coram nobis personaliter constituti per
eosdem confessum extitit et relatum ministerio viue vocis, quod, licet
ipse Paulus filius Jacobi racione detencionis indebite cuiusdam posses^
sionis sue et heredum suorum sexus promiscui Zlonyn vocate in *co*=
mitatu Crisiensi prope dictum Wrbowch existentis ipsum Nicolaum,
proximum et in linea consanguineitatis diuisorie sibi attinentem, no-
stram in presenciam in causam atraxerit et eundem Nicolaum ordine
iudiciario agrauare maluerit, tandem compo<ne>ntibus ipsos nobis et
aliis probis viris pacem zelantibus, eo quod fratrilis dileccio inter ipsos
vigere dignosscebatur, ex nostra permissione iudiciaria ad talem pacls
vnio<nem> super facto dicte possessionis Zlonyn deuenissent et deue^
nerunt coram nobis tali modo: quod prefatus magister Nicolaus zelo
ductus fraternitatis, quo erga ipsum Paulum et filios ac filiam suos
astringi dignosscebatur prefatam possessionem Zlonyn vocatam cum
iobagionibus in facie ipsius pro nunc residentibus excepto videlicet
quodam iobagione nomine Johanne, quem idem Paulus cum filiis et
prefato magistro Johanne genero suis ipsi Nicolao filio Pauli beneuole
extraducere consensisset ac siluis magnis et paruis glandinosis et nemo=
rosis, terris arabilibus, pratis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus,
pascuis, glandinibus, molendinis, locisque molendinorum et generaliter
quibuslibet suis vtilitatibus et fructuositatibus vniuersis, quouis no*
minis vocabulo vocitatis, iuxta cursus antiquarum metarum suarum
ipsis Paulo fiiio Jacobi et magistro Johanni litterato, genero suo ać
nobili domine Margarete, consorti ipsius magistri Johannis et heredibus
suis de ipsa domina, filia videlicet ipsius Pauli, procreatis et procre-
andis ac Johanni et Nicolao, filiis eiusdem Pauli et eorum posteritatibus
absque percepcione illius videlicet pecunie, pro qua ipsa possessio
Zlonyn vocata apud ipsum Nicolaum in pignore extitisset eo quod
diuersas expensas in exsecucione ipsius possessionis prefatus magister
Johannes litteratus contra ipsum Nicolaum Iitigando perpessus exti-
tisset nomine iuris ipsorum videlicet filiorum et filie suorum remisisset,
restituisset et resignasset, ymmo remisit et restituit coram no&is iure
perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam,-
nil iuris nilue proprietatis et dominii pro se et suis heredibus nascituris,
eo quod prole carebat masculina de presenti, amplius reseruando, set
totum ius et dominium eiusdem possessionis Zlonyn vocate iuxta

cursus suos metales primeuos et antiquos in ipsos Paulum et coniugem ipsius magistri Johannis, filiam scilicet ipsius Pauli et per consequens ipsum magistrum Johannem et heredes suos de ipsa procreatos et habendos ac filios ipsius Pauli prenotatos transferendo. Nichilominus vniuersas litteras super facto dicte possessionis Zlonyn vocate emanatas, si quas forte idem Nicolaus ocultasset quoquo modo, quas pro nunc non exhibuisset, vanas, cassas et friuolas ac viribus carituras et earum exhibitoribus nocituras reddidisset et reddidit coram nobis Nicolaus prenotatus. E conuerso autem ipse Paulus cum genero ac filiis suis iudicia, si in quibus ipse magister Nicolaus racione premissorum iuxta litigiorum processum conuictus et agrauatus extitisset ipsi Nicolao relaxassent et remisissent, ymmo remiserunt et relaxerunt coram nobis eundem reddentes ex parte ipsorum expeditum et quietum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem Paulo genero et filiis suis duximus concedendas. Datum in Crisio, feria quarta proxima ante festum purificacionis virginis gloriose, anno domini milesimo CCCmo LXXmo quarto.

Izvornifi tia pergam. u aгб. fjugosfav. afiađ. u ZagreBu a. 1374.
Ma fistini vidi' se trag, gdje je o vrpci visio pečat.
Na Brptu savremena Bifjesfia: hic est resignacio possessionis Zloyn <!> per Nicolaum filium Pauli facta.

8.

1374. 1. februara. U Križevcima (Crisii).

Petar Zuđor, ban sfavonski, ustanovfjuje prema isfiazima susjed nifi posjeđnifia potoR Konzfiu međom posjeda Rycfie.*

Nos Petrus Zudar, regni Sclauonie banus, memorie commen* damus per presentes, quod cum nos ad reuidendum et inquirendum metas possessionis Ryche accessissemus, tandem Johannes filius DomU nici, Iwan filius Pribizlo, Barnabas et Johannes, filii eiusdem, Eme* ricus filius Pauli, Petrus et Henyk, filii Johannis, Sebastianus litteratus et fratres eiusdem ac Johannes litteratus, commetanei iam dicte posses= sionis Ryche aliique quamplures nobiles, conprovincionales vnanimi et concordi testificacione taliter nobis affirmarunt, quod mete ipsam pos^ sessionem Ryche et possessiones ipsorum separantes semper in antiquo meatu fluuii Konzka nominati fuissent et adiacerent. Qjuibus auditis et perceptis vna cum nobilibus tunc nobiscum adherentibus rectam medi*

etatem dicti fiuuii Konzka hospitibus de Ryche annotata aliamque equa^ lem medietatem eiusdem iuxta assercionem predictorum nobilium, corn^ metaneorum ipsis relinquimus et commisimus in perpetuum possidere, tenere pariter et habere, contradiccione aliquali relegata. In cuius testi^ monium concessimus litteras nostras patentes predictis hospitibus com^ muni iusticia suadente. Datum Crisii in vigilia festi purificacionis virginis gloriose, anno domini M.° CCCmo. LXXmo quarto.

Izvor. na pergam. u fir. ugar. drz. arkivu u BPešti. M. O. D. L. 33369. - Stara sign. N. R. A fasc. 561. No 2.

Na Brptu Bijase pritisnut pečat

9.

1374. 3. februara. U Križevcima. <In Crisio).

Pred Petrom Zudorom, Banom sfavonsfiim, sftfapaju Ivan Ivanov i sinovi mu nagodu sa Nikofom Pavfovim a VrBoucz, da ne ce nijedna od stranaka svojiB imanja Bifo na Roji način otudivati Bez znanja protivne stranRe,

Nos Petrus Zwdor, tocius regni Sclauonie banus, memorie commendamus per presentes, quod magister Johannes filius Johannis filii Jwnk, Dionisius et Emericus filii sui ab vna, ac magister Nicolaus filius Pauli **a** Vrboucz parte ab altera coram nobis personaliter con^ stituti, per eosdem confessum extitit et relatum ministerio viue vo= cis, quod Hcet quamuis materia questionis super factis possessionariis vniuersis vbilibet existentibus, signanter super possessionaria porcione olim Beke filii predicti Jwnk, super cuius facto ordine iudiciario, se mutua uicissitudine mouere dinoscebantur, suscitata fuerit et diucius ventilata, tandem per nostram et aliorum quamplurimorum proborum et nobilium virorum pro tunc nobiscum adherencium ad talem pacis deuenissent vnionem et deuenerunt coram nobis, talimodo: quod super vniuersis actibus potenciariis et factis possessionariis quibuslibet et quouis nominis vocabulo vocitatis specialiterque super dicta possessione condam Beke in ipsa Vrboucz et alias vbilibet existentibus et habitis per se et heredes suos nascituros, vna pars videlicet alteram iure pe^ rennali reddidisset expeditam et quietam,- insuper vero assumpmentes et obligantes se eorum vltronea voluntate, vt si qua <I> ipsarum parcium eorum iura possessionaria domino nostro regi aut ecclesie zagrabiensi vel aliis hominibus quibuspiam cuiusuis status, condicionis aut preeminencie hominibus, concambiali et perennali et propignoracionali ti^

tulis aut alio quouis modo, colore et ingenio contra sensum partis aU terius alienare et perpetuare niteretur, tunc talis pars sua iura posses^ sionaria pure et simpliciter, absque strepitu alicuius processus litigionarii perdat et amittat eo facto/ et antequam dicta alienacio possessionaria consumpmetur, in meram successionem partis sua iura non alienantis et hiis contractibus obedientis succedat iure perennali possidenda, nisi per partes vnanimiter poterunt in premissis concordare. Presentes autem dum nobis reportate fuerint in formam nostri priuilegii redigi faciemus Datum in Crisio, secundo die festi purificacionis beate virginis gloriose, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto.

Iz prepisa Bana Petra %udora od g. 1374. 5. feBr. prepisanog od Ufri/ia Ceffs/eoga Bana odgod. 1453. u arfiivU jugosf. a&adsmije u ZagreBu. Dipfomata 1374. ~ Izvornifc od Bana Ufrika.

10.

1374. 5, februara. U Križevcima. <In Crisio).

Petar Zudor, Ban sfavonsBi, 'prepisuje svoju fistinu od 3. feBr. 1374.

Nos Petrus Zwdar, regni Sclauonie banus, memorie commen^ dantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magister[1] Dionisius fiiius Johannis filii Johannis filii Jwnk ad nostram personaliter veniendo presenciam in sua ac magistrorum Johannis patris et Emerici fratris personis exhibuit nobis quasdam litteras nostras pa* tentes anulari sigillo nostro consignatas,- petens nos cum instancia, vt easdem de verbo ad verbum transscribi sigilloque nostro maiori con- signari, in formamque nostri privilegii redigi faceremus iuris ipsorum vberiorem ad cautelam. Quarum tenor talis est:

(Slijedi listina bana Petra Zudora od g. 1374, 3. febr.>.

Cuius nos peticionibus iustis et congruis annuentes predictas lit^ teras nostras de verbo ad verbum transscribi sigilloque nostro maiori fecimus consignari. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilii nostri munimine roboratas prefatis magistris Dionisio ac Johanni patri nec non Emerico fratri eiusdem duximus concedendas. Datum in Crisio, die dominico proximo post predictum festum purificacionis virginis goriose, anno domini miHesimo trecentesimo septuagesimo quarto.

Iz izvor. prepisa Ufrifia Ceffsfioga Bana od g. 1453. na pгздатет u ar kivu jugosf. aRademije u ZagreBu. Dipfomata a* 1374.*

[1] Slijedi prekriženo: »Johannes«.

11.

1374.[1] 21. februara. <U Zadru).

Damjan Bivafdi de Nassis prodaje samostanu Dominikanaca u SiBenifiu svoj vinograd u Berdi u mjestu zvanom Cotopasina za 15o fiBra.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, indictione duodecima, die vigesimo primo mensis februarii/ regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino domino Ludouico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Daimacie/ et tempore illustris principis domini domini Caroii, ducis regnorum Dalmatie et Crouatie ac reuerendissimi patris domini fratris Dominici, Jadrensis archiepiscopi ac magnifici viri domini Rafaelis de Surdis, comitis Jadere. Ser Damianus Biualdi de Nassis de Jadera per se et suos heredes et successores fecit vigorem et robur fratri Marcho de Sibenico, priori monasterii et conuentus fratrum Predicatorum de Jadera, recipienti nomine et vigore ipsius monasterii et conuentus de infrascripris capitibus vittum videlicet gonagnos circha septem cum dimidio vnius sue vinee posite in tribus clapis super tereno comissarie condam ser Johannis Francisci de Varicassis in villa Berde in ioco dicto Cotopasina,- confines vnius ciapi: de trauerssa terra aratoria commissarie dicti Johannis, de austro terratici ser Damiani de Conta^ reno/ de quirina partim capitta metarum vnius dictorum trium cla^ porum et partim teratici dicte comissarie/ et de borea teratici ser Mathei de Fanfogna,- confines alterius ciapi: de borea et austro tera^ tici dicte commissarie Johannis, de trauersa dictus aiter clapus et de quirina via publica/ confines tercii clapi: de trauersa et austro teratici dicte commisarie dicti Johannis, de quirina via publica et de borea teratici dicti ser Mathei de Fanfogna reseruatis iuribus teraticorum, super quibus sunt ipsa capitta metarum subponens ipsa capitta metarum iurisdiccioni seculari secundum formam statuti Jadrensis ac ipse ser Damianus dicto priori recipienti nomine dicti monasterii ac ipsorum fratrum dedit, cessit, transtulit et mandauit omnesque suas actiones utilfes, directas seu mistas uel alias quascumque, quas <!> sibi conpe* tunt uei conpetere possent in futurum, *in* dictis capitibus vittum tam vigore instrumenti breuiarii in cautellam sibi facti, quam omni alia racione uel causascripti per Bartholomeum condam Johannis de Padua, notarium et Jadrensem juratum, millesimo trecentesimo septuagesimo,

[1] Prema indikciji/ calculus Fiorentinus.

indictione nona, dte vigesimo tercio mensis martii, ad habendum, te* nendum, gaudendum et possidendum et de ipsis capitibus vittum faci- endum ut dictis fratribus et monasterio placuerit, ut de re propria dicti monasterii, et vt dictus Damianus facere potuisset ante hanc cessionem et ut aliquis de sua re propria facere potuisset sine contradiccione dicti ser Damiani seu alterius persone molestatione/ paciscens atque conueniens dictus ser Damianus dictis fratribus, quod dicta jura et actiones nemini cessit seu dedit et quod de ipsis nulus est factus contractus, ex quo presens contractus in aliquo infringi uel derogari possit/ quod si contrarium apareret, promissit ipsum monasterium omni tempore indempne conseruare super se et omnibus suis bonis,- et hoc pro eo, quia a dictis fratribus habuit et recepit dictus ser Damianus, ut dixit et confessus fuit, libras centum quinquaginta denariorum par- uorum pro juribus et actionibus supradictis/ renuncians exceptioni non sibi numeratorum dictorum denariorum et non habitorum occaxione premissa omnique alio juri legum et statuti auxilio,- promitens insuper dictus ser Damianus per se et suos heredes et successores dicto con^ uentui recipienti pro se et successoribus suis siue ipsi priori recipienti ut supra omnia supradicta firma et ratta <> habere et tenere et non con^ trauenire per se uel alios sub pena quarti dicti precii et obligatione sui et omnium suorum bonorum cum reffectione dampnorum, expen^ sarum litis et extra,- et pena soluta uel non, nichilominus presens con^ tractus sit firmus, Actum Jadre, presentibus domino presbitero Michaele, archidiacono Jadrensi et ser Misolio de Nassis, testibus vocatis ad premissa.

(m, p.) Ego Madius condam Nichole de Fanfogna, judex exami^ nator Jadrensis, me subscripsi.

Ego Laurencius de Alesandrinis de Regio, publicus imperiali auc^ toritate notarius et Jadrensis juratus, scripsi.

(signum not.)

Izvornifc na pergameni u arkivu Jugosf. akadem. Dipfomata a. 13J3.

12.

1374. 25. februara. <U Zagrcbu).

Pred kaptofom zagreSač$im daju sinovi Nifiofini de Minori Mfafia svoj posjed Mafy KoztSanyewecz ili Novafiy zvan, fioji sastoji iz sestnaest sefišta tamošnjim kmetovima uz u fistini navedene uvjete i urSarsfia podavanja.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidefibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est vera salus, dans quietem omnibus et saiutem. Prouida discrecione repertum est, vt ea, que in tempore aguntur, ne cursu temporum elabantur sine tempore, litterarum testimonio solent commendari. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod egregii Petrus, Gregorius et Ladisiaus, filii Nicolai de Minori Mlaka, onus et grauamen Nicolai, fratris ipsorum iunioris carnalis, ac vniuersorum heredum et posterorum suorum in se ipsos per omnia assumpmendo, no^ stram personaliter venientes in presenciam mintsterio viue vocis ipso^ rum dixerunt et confessi sunt in hunc modum, qualiter ipsi quandam terram seu possessionem eorum hereditariam Maly Kozthanyewecz aliter Nowaky vocatam in comitatu Zagrabiensi existentem, habitam, pene desertam, metis infranscriptis interclusam, sub censu, muneribus, soiucionibus et condicionibus subscriptis, cum omnibus ipsius terre seu possessionis vtiiitatibus, iuribus, fructuositatibus, emolumentis et per^ tinenciis quibuslibet, quouis nominis vocabulo vocitatis ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinentibus, in qua scilicet terra seu possessione nunc ex propria ipsorum Petri, Gregorii et Ladislai procuracione sedecim sessiones integre dinoscerentur habere, in quibus ad presens quidam Briccius filius Jwan Jegywd dicti, Marcus filius Philippi, Bartholomeus filius Dionisii, Fabianus Malchewych, Stephanus filius Mathie, Nicolaus filius Quirini ac Mathias et Stephanus, filii Andree Draserych, Petrus filius Pauli, Mathias filius alterius Pauli, Stephanus filius Petri Ladwssych, Valentinus filius Benedicti Nych^ warych, Andreas filius dicti Stephani filii Petri, Dominicus frater dicti Fabiani, Vafentinus filius antefati Briccii ac Paulus filius prefati Ste^ phani fiiii Petri et Fabianus fiiius antefati Quirini ad presens facerent residencias personaies, eisdem Briccio filio Jwan, Marco fiiio Philippi et aliis supradictis ac ipsorum heredibus et posteritatibus atque successoribus vniuersis, in eadem nunc et in futurum commorandis et in* habitantibus dedissent, donassent et contulissent, immo dederunt, do*

nauerunt et contulerunt nostri in presencia iure perpetuo et irreuocabi^ liter per ipsos ac heredes et posteritates atque successores ipsorum tenendam, possidendam pariter et habendam tali modo. Q,uod primo in facie eiusdem terre seu possesstonis Maly Kozthanyewecz aliter No^ waky, de presenti sedecim integre sessiones habentur sic, quod quilibet supradictorum habet vnam integram sessionem seu curiam equali men=* sura ab alia distinctam, cum terris equaliter vnicuique sessioni apro* priatis,- de quibus sessionibus seu curiis quilibet et singulus eorum an- nuatim circa festum exaltacionis sancte crucis sofuere teneatur prefatis Petro, Gregorio et Ladislao ac Nicolao nec non heredibus et posteri^ tatibus ipsorum ac afiis dominis eorum pro tempore constitutis et *m* futurum constituendis, octuaginta wiennenses pro tempore currentes et tria munera in anno/ primum circa festum natiuitatis domini vnum caponem et vnum salsucium, et qui habebit porcum bosychnyak dic* tum dabit vnam assaturam, et quilibet eorum vnum azymum panem,- item aliud munus circa festum pasche domini: unam galinam ac vnum azymum panem et duodecim oua,- tercium vero munus circa festum assumpcionis virginis Marie videlicet vnum pullum iuuenem et vnum azymum panem/ item qui habebit decem porcos, excepto porco bo- sychnyak, dabit vnum porcum,- qui vero habebit viginti dabit duos et sic consequenter,- qui vero vltra decem porcos vel minus decem ha^ bebit, talis de singulo soluat powsno wiennenses tres, de porco autem bosychnyak, si solus fuerit non soluet powsno. De vineis autem eorum, quas in territorio dicte terre seu possessionis Maly Kozthanyewecz, aliter Nowaky vocate iam plantassent vel adhuc ipsi aut heredes et posteri eorum aut eciam alii quicunque extranei homines plantabunt vineas, de illis, in quibus iam excrescit vinum, decimum cubulum vini tempore vindemie soluent singulis ann's cunctis futuris temporibus/ de plantandis autem infra reuolucionem sex annorum a die plantacionis computando erunt liberi a solucione vini/ elapsis autem illis sex annis soluent decimum cubulum, saluis tamen iuribus nostris decimalibus et ecclesie nostre prenotate. Q,ui vero decimum cubulum vini non ha^ bebit, nichil soluere tenebitur. Hoc expresse declarato, quod nullus omnino hominum extraneorum possit se collocare moraturus in predicta terra seu possessione, nisi quem admiserint populi prenotati de ipsorum communi voluntate. Et quilibet eorum tam incola, quam eciam extra^ neus, suam sessionem ac terras et vineas ac alia bona eorum neces^ sitate compulsus, *aut* quando sibi hoc placuerit, libere cui voluerit ven- dat sub eisdem tamen soluciontbus, Item, qui liber venit diuenditis omnibus suis bonis et rebus, liber discedat quo voluerit, et eciam in vita vel in morte de omnibus bonis et rebus suis liberam habeat dis^

ponendi facultatem. Hoc quoque non pretermisso, quod, si quis ipsorum sessionem seu curiam suam cum filiis suis diuiserit, si idem cum patre in eadem sessione permanere voluerit, poterit bene ut inquilinus, alU oquin, si porcionem per se habere voluerit, quelibet porcio reputari de* bebit pro integra sessione, de qua quilibet eorum collectas prescriptas integras et munera, prout de integra sessione superius expressa soluet. Inquilini autem, si quos ipsi populi habebunt, soluent censum dominis eorum, prout cum ipsis poterint conuenire. Item iudicem ipsi inter se quem voluerint facere possint, et iterum reuoluto anno eundem permutare, qui omnes causas inter eos emergentes, preter tres, videlicet homicidium, incendium et furtum, iudicabit, et si quis eorum byrsagiis conuinceretur duas partes eorundem habebunt prefati Petrus, Gregorius, Ladislaus et Nicolaus ac heredes et successores eorum, terciam vero partem eorundem antedictus iudex eorum habebit. Inquilinus autem eorum, si qui conuictus fuerit in byrsagiis, due partes cedent domino suo et tercia pars parti aduerse. Hoc eciam declarato, quod si iidem Petrus, Gregorius, Ladislaus et Nicolaus seu heredes et successores eorum ab hoste captiuati fuerint aut alias capitale factum habuerint, extunc in redempcionem capitum suorum dicare poterint populos eorum prenotatos sicuti et ceteros colonos eorum. Subiunxerunt eciam iidem Petrus, Gregorius, Ladislausque, quod nec ipsi neque prefatus Nico* laus frater eorum, sed neque heredes aut posteri seu futuri successores eorundem super eisdem populis aut successoribus ipsorum, aliquos alios preter suprascriptos prouentus, census et soluciones, demptis taxis regiis, exigere aut aliquas alias nouitates superinducere volunt et neque pos* sint modo aliquall Mete autem terre seu possessionis antedicte, prout iidem Petrus, Gregorius et Ladislaus nobis retulerunt hoc ordine protenduntur: prima itaque meta incipit a meta sessionis Sylakowyna vo* cate, que est prope et iuxta eandem possessionem et tendit directe contra cursum aque fiuuii Bwna, et per eundem transit superius ad quandam viam magnam et ab ipsa via currit ad Zobobynadraga penes metas quondam Ladislai swppani, dehinc itaque transit ad fluuium Hramylsnyak et ab eodem in bono spacio regirat ad primam metam in qua incipit et ibidem terminantur. In cuius rei memoriam et testimonium firmitatemque perpetuam, presentibus sigillum nostrum autenticum duximus appendendum.

Datum sabbato proximo post festum beati Mathie apostoli, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto.

Tz izvomog prepisa zagreB. Raptofa od g. 1573 na pergam. u kr, ugar. drž. arMivu u BPešti M. O. D. L. 32898. Stara sign. N. R. A. Tasc. 137. No lo. Laszawsfii Spom. Turopotj. I. 93 - 96.*

9

13.

1374. 27. februara. U Dubrovniku {Ragusii).

Testamenat Marina Bratka.

In nomine Christi amen. Anno domini miliesimo trecentesimo sep* tuagesimo quarto, indictione duodecima, die vigesimo septimo mensis februarii, Ragusi, coram domino Blasio de Men^e, honorabili rectore comunis Ragusii et iuratis iudicibus ser Jacobo de Menge, ser Blasio de Grede et ser Blasio de Sorgo. Nos quidem Marinus de Radeno et Marinus de Volqngna, testes iurati, nostro sacramento testificamur, quod Marinus de Bratche in nostra presencia fecerat suum vltimum testa^ mentum sic dicens: Ego Marinus de Bratcho facio meum vltimum te* stamentum cum bona et sana mente mea. In primis dimicto pro decima et primicia grossos decem,- dimicto pro male oblato yperperos qua^ tringentos, quod male oblatum volo distribuatur in hoc, quod dicetur inferius. In primis volo, quod dentur Dechusse filie Guichi de Marcu* lino yperperi centum pro maritacione, Item dimicto Franusse filie Nixe de Grauossii pro maritacione yperperos quinquaginta. Et si ille mori* rentur antequam maritarentur, volo, quod mei epitropi distribuant istos denarios in maritacione orphanarum ubi eis videbitur melius, Item volo, quod mictatur vnus homo ad sanctum Jacobum de Galicia et quod dentur ei yperperi quinquaginta, Item volo, quod mictatur vnus homo Romam, Item dimicto fratribus Predicatoribus pro missis yperperos vi~ ginti. Item dimicto fratribus Minoribus pro missis yperperos decem. Dimicto puncellis sancte Clare yperperos quinque. Dimicto omnibus monasteriis intra ciuitatem yperperos duos pro quolibet. Dimicto om^ nibus locis reclausarum, que sunt[1] intra ciuitatem et per totum di* strictum Ragusii grossos duodecim pro quolibet. Item dimicto fratribus de Stagno yperperos viginti pro missis et pro eorum induere alios vi- ginti. Item volo, quod ematur pro yperperis triginta de rassia et quod induantur pauperes. Item volo, quod fiat vna elemosina pauperibus et fratribus et omnibus monasteriis et reclausis de pane et vino et de car* nibus, Item volo, quod dentur ad misse sancti Gregorii, Et si aliquid superfuerit usque ad supradictam summam, volo quod detur pro missis ecclesiis derelictis, et si aliquid deficeret, volo, quod mei epitropi de* beant satisfacere de meo. Et totum quicquid superhabundabit de meo uel michi pertineret stabile et mobile, volo, quod sit meorum filiorum et ipsi teneantur bene facere pro anima mea et meorum mortuorum.

[1] Dva puta napisano.

Et si meus heres moriretur prius exnunc ad quindecim annos et non
haberet heredem, volo, quod moriatur vnus alter<i> et quod non possit
facere testamentum. Et si illi morirentur ante terminum suprascriptum
sine heredibus, volo, quod vinea que est in Brenno, que fuit Elene,
mee vxoris, volo, quod sit Ruse, mee sororis et vinea magna, que est
in Brenno, volo, quod sit meorum nepotum per medietatem, secunde
filie , , . ripce mei fratris et filiarum Vlachi, mei fratris, post mortem
Elene mee vxoris, et ipse teneantur benefacere pro anima mea et me*
orum mortuorum,- et si aliqua ipsarum moriretur sine herede, quod
moriatur vna alteri. Et si morirentur omnes sine heredibus, volo, quod
mei epttropi vendant istam possessionem et distribuant pro deo, ubi eis
melius uidebitur. Item volo, quod Elena, mea vxor, non maritando se
stet in domo mea cum meo herede, secundum quod ipsa mihi promisit,
et quod illa studeat meas res et meum heredem. Et si pro aliquo tem*
pore meus heres non contentaretur, quod Elena staret cum eis, quod
illi teneantur dare sibi vitam suam et vestimenta de meis bonis. Et
volo, quod meus quaternus inuestitus de polle alba, qui est factus in
millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, volo, quod credatur sicut
carta notarii. Item volo, quod Diua mater Radochne stet in domo mea
in vita sua cum herede meo, et si illa non contentaretur stare cum
meo herede in domo mea, quod dentur sibi yperperi viginti. Item volo,
quod si mei filii morirentur ante tempus supradictum, de toto mobili,
quod reperiretur de meo uel parti mee et michi, volo, quod totum detur
pro amqre dei, ubi melius videbitur meis epitropis. Et omnes posses*
siones meas volo, quod Elena gaudeat mea uxor in vita sua cum meo
herede non maritando se et quod possit extrahere yperperos centum
de meis bonis et possit facere testamentum de ipsis. Et volo, quod
omnes mei panni de vestire et panni de vestire Elene, mee vxoris, de-
beant vendi post meam mortem et denarii debeant conseruari ad huti-
litatem meorum filiorum. Et si Elena faceret aliquam questionem uel
nouitatem contra racionem meis filiis uel illi ei, volo, quod mei epi-
tropi et tutores meorum heredum possint priuare in eorum conscientia
tantum vnam partem, quantum aliam, que eis videbitur obliqua, de toto
legato, quod eis facio, ex eo, quia mea intentio est, quod debeant ui*
uere in pace et in amore, sicut mater cum filiis et filii cum matre.
Volo, quod detur fratri Johanni, magistro Predicatorum, ducatus vnus
pro missis, Item volo, quod dentur Ruse, sorori mee, yperperi quin*
quaginta statim post mortem meam. Item volo, quod dentur presbytero
Milce de Domagna yperperi quinque pro missis. Item volo, quod dentur
Maroe filio Corusse yperperi decem. Facio meos epitropos et tutores

mei heredis Theodorum canceflarium, Giuchum Longum, Blasium de Radoano, Elenam meam vxorem, Mil<pe de Domagna, Brayanum de Nenada et Angelum Ca^ich. Hoc autem testamentum nullo testimonio rumpi possit

iSig. not) Ego Theodorus Scolmafogia de Brundussi, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus notarius et cancellarius comunis Ragusii, prefatum testamentum transscripsi et rogatus publicaui.

Originaf u đuBrovač&om arftivu.
%Sirfia saec. XIV.

14.

1374. 7. marta. U Križevcima <In Crisyo).

Petar zvan CfjirHe, zupan Hriževačfci, određuje u parnici Nifiofe Petrovog de Zentherney protiv Martina Gjurovog de Zenthpeter radi posjeda Geztenowcfj, što ga je tužitefj primio kao firafjevsfiu donaciju, dočim se u njegovom posjedu nafazi tuženi, novi rok u svrBu doprinešenja dofiazafa po tuženom.

Nos magister Petrus dictus Chyrke, comes Crisyensis, damus pro memoria, quod cum Nicolaus filius Petri de Zenth^erney perso^ naliter astans vt actor feria secunda proxima post dominicam oculi iuxta continenciam litterarum capituli ecclesie Chasmensis recaptiuato* riarum simul et citatoriarum contra Martinum filium Georgi de Zenth* peter similiter personaliter astantem vt in causam atractum in facto possessionis Keztenowch vocate iam ordine iudiciario tribus uicibus re- captiuate proposuisset eo modo, quod dictam possessionem Gezte^ nowch vocatam que olym Zachey et Petri filii sui, hominum scilicet sine heredibus decessorum extitisset, regia maiestas sibi perpetuo pos^ sidendam coflasset <|> et donasset, Vnde ab eodem Martino racionem, qua eundem tempore ipsius recaptiuacionis dicte possessionis et statucionis de regni consuetudine sibi facienda prohibuerit, scire volebat et audire,- quo audito et percepto idem Martinus dictam possessionem ex efficaci et instrumentali racione suam et progenitorum suorum esse et fuisse allegabat ex aduerso. Nos itaque auditis parcium proposicionibus et assercionibus vna cum iudicibus et nobilibus regni iudicando predictam causam in facto ipsius possessionis Geztenowch vocate inter partes prenotatas disscernendam ad plenam et decissiuam instrumentalem ex* hibicionem et diffinitiuam adiudicacionem ad feriam secundam proxi^ mam post octauum diem festi passce domini nunc venturum duximus

prorogandam. Datum in Crisyo, secundo die termini prenotati, anno domini M°CCC° LXXmo quarto, Hoc eciam declarato, quod idem Nicolaus filius Petri preffatum Martinum sepe sepies requisiuit super eo, vtrum dictam possessionem Geztenowch vocatam suam asseruerit hereditariam vel quoquo modo a regia maiestate <a)quisitam, vel ne/ quam idem Martinus suam esse non hereditariam, *set* instrumentalem esse allegabat Datum vt supra.

Na hrptu: Pro Martino filio Georgii de Zenth*peter contra Nicolaum filiuin Petri de Zenth^erney ad feriam secundam proximam post octauum diem festi passce domini super exhibicione litteralium instru^ mentorum cuiušdam possessionis Geztenowch vocate per ipsum Mar-* tinum fiendum prorogatorie.

Izvomifi na papiru u arM. fiaptofa čazmansfiog u Varazdinu a. 1374.

Na firptu nafazi sa trag mafenoga pritisnutoga pečata, fiojim Bijaše fistina zatvorena.

15.

1374. 14. marta. U Zadru <Jadre>.

*Sudac Gafeaz de Surdis osuduje ovršitefje oporufie pokojne Kofice de Tanfogna da pfate 3oo fiBra samostanu sv. Dotninifia**

In Christi nomine atnen. Anno ab incarnatione eiusdem miliesimo trecentesimo septuagesimo tercio, indictione duodecima, die quarto de^ cimo marcii/ regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Ludovico, deo gratia rege Vngarie, Polonie et Dalmatie, et tem^ pore illustris principis domini Caroli, ducis regnorum Daimatie et Cro* atie ac reuerendi patris domini fratris Dominici, Jadrensis archiepiscopi ac magnifici viri domini Rafaelis de Surdis, comitis Jadre, Nos Galea^ de Surdis de Placencia, iudex ad ciuiliia Jadre deputatus, licenciatus in iure ciuiiii, vissa petitione coram nobis facta per fratrem Marchum, priorem conuentus et monasterii fratrum predicatorum de Jadra, pe* tentem a religiossa domina domina Elena, prioressa monasterii sancti Demetrii de Jadra et a ser Johanne de Botono et a ser Pauiio de Paullo, ut a comissariis condam domine Colice, relicte condam Colanni de Fanfogna, ut sibi nomine dicti monasterii dent, et dare et soluere de* beant, libras trecentas denariorum paruorum, quas ipsa domina Coli<pa ipsi monasterio et conuentui reiinquid <!> in suo ultimo testamento et in quibus ipsi comissarii per nos iudices condempnati fuerunt ad dan^ dum et soluendum ipsi monasterio intra terminum elapssum et hoc iuxta

tenorem dicti testamenti et dicte sentencie. Ex aduerssa parte respon^ debant pro parte dictorum reorum per ser Paullum de Paullo non te- neri ad solutionem dictarum librarum trecentarum iusta <> dictam petici* onem, cum si bene inspiciantur verba dicte sentencie, cuius vigore petunt, condempnati fuerunt dicti comissarii dicte domine Colige ad soluendum et dandum dictis fratribus et conuentui dictas libras tre^ centas adueniente condicione, quod uidelicet cum dicta pecunia infra^ scripta in dicto testamento fuerit exacta a dictis comissariis dicte con^ dam domine Colice, de qua peccunia iusta formam dicti testamenti dicte libre trecente debent solui et sic quia nundum exacta dicta pe* cunia ipsi comissarii non tenentur ad solucionem dictarum librarum, nisi adueniente condicione, qua cessante etc, Ex aduersa parte dicebatur pro parte actoris quod ymo ipsi comissarii veniunt condempnandi iusta suam petitionem cum in ipsa sentencia contineatur quod exactio ipsius pecunie, de quibus debent solui dicte fibre, debeat fieri in menses tres, et sic quia transacti sunt, uidentur esse in mora dicti comissarii cuius vigore veniunt condempnandi dicti comissari ad dictam solutionem, Igitur per nos uissa dicta petitione et responsione et dicta sentencia per nos lata et dicto testamento dicte Colice et terminis datis et assi* gnatis dictis reis ad producendum et alegandum illud, quod uoiebant in premissis/ qui nichil produxerunt uel alegauerunt quod faciat pro iuribussuis/ conclusso etiam in causa ipsa, partibus presentibus, Christi nomine invocato pro tribunali sedentes sub logia mangna jadre, ut moris est, partibus presentibus talem nostram sentenciam damus et proferimus in hiis scriptis et in hunc modum quia condempnamus dictos comissarios dicte condam domine Colic;e ad dandum et soluen« dium dicto priori recipienti pro dicto monasterio et conuentu dictas litras trecentas denariorum paruorum iusta dictam peticionem, uictum uictori in expensis legiptimis condempnamus,- dantes in pristaldum ser Marinum de Matafaris, tribunum curie Jadre, ibidem presentem ad hanc nostram sentenciam execucioni mandandam. Actum Jadre sub dicta logia presentibus ser Nicola de Grubongna et ser Cresio de Grisogonis, testibus vocatis.

Ego Galeaz de Surdis, iicenciatus in iure ciuili, iudex ut supra, me subscripsi,

(Sig. not) Ego Laurencius de Alesandrinis de Regio, publicus imperiali auctoritate notarius et notarius ad ciuillia Jadre, de conssensu dicti domini iudicis scripsi,

Izvornik na pergam. u guBern. ark. u 'Zađru. (ođio sam s. Dominifia no. 734).

16.

1374. 30. marta. U Zagrebu <Zagrabie>.

Petar Zudor, Ban sfavons&i, svjedoči, da su, nafion usfijedivše statucije posjeda Zfonyn Pavfu sinu SafioBovu de Raven i njegovoj svojti ("P. fistinu od g, 13J4. 1. feBruaraJ po Haptofu cazmansfiom, pred njim izjavifi interesenti, da toj statuciji ne će prigovoriti.

Nos Petrus Zudor, regni Sclauonie banus, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Paulus fiiius Jacobi filii Petri filii condam Jaxa bani de Rauen Nico^ laum filium Pauli filii Johannis filii Junk, fratris ipsius Jaxa bani de Vrbouch proximum suum racione indebite detencionis cuiusdam pos^ sessionis sue et heredum suorum sexus promiscui Zlonyn vocate in comitatu Crisiensi existentis modum litigionarii processus legittime ob^ seruando nostri in presenciam in causam attraxerit et eundem Nico- laum agpauare maluerit, tandem per nostram ac quamplurimorum pro* borum et nobilium virorum pacem inter partes zefancium ex nostra permissione iudiciaria ad talem pacis vnionem devenissent et deuene^ runt coram nobis tali modo, quod prefatus magister Nicolaus coram nobis personaliter conparendo prefatam possessionem Zlonyn iuxta Vr- bouch existentem cum iobagionibus suis vniuersis, excepto quodam iobagione nomine Johanne, quem ipse Paulus cum filiis et magistro Johanne litterato genero suis ipsi Nicolao extraducere consensissent ac siluis magnis glandinosis et paruis stluis, terris arabilibus, pratis, ne- moribus, aquis aquarumque decursibus, pascuis, glandinibus, molendinis locisque molendinorum et generalliter quibuslibet suis vtibilatibus et pertinenciis ac emolimentis et fructuositatibus quouis nominis vocabulo vocitatis iuxta cursus antiquarum metarum suarum ipsi Paulo filio Ja^ cobi et magistro Johanni litteraro, genero suo ac nobili domine Mar- gareta vocate, consorti ipsius magistri Johannis litterati et heredibus suis de ipsa domina, filia videlicet ipsius Pauli, procreatis <et> procreandis ac Johanni et Nicolao, filiis eiusdem Pauli et eorum posteritatibus abs^ que percepcione illius videlicet pecunie pro qua ipsa possessio Zlonyn penes ipsum Nicolaum impignorata extitisset eoque diuersas expensas in execucione ipsius possessionis prefatus magister Johannes litteratus contra ipsum Nicolaum litigando perpessus extitisset et nomine iuris ipsorum Pauli videlicet filiorum et filie suorum remisisset, restituisset et resignasset, ymo remisit et restituit et resignauit coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam,

nil[1] iuris nilue proprietatis et dominii pro se et suis heredibus nassci« turis, eo quod prole carebat masculina de presenti, amplius reseruando, set totum ius et dominium ipsius possessionis Zlonyn iuxta cursus metales primeuos et antiquos in ipsos Paulum et coniugem ipsius magistri Johannis, filiam videlicet ipsius Pauli et per consequens ipsum magistrum Johannem et heredes suos de ipsa procreatos et habendos et filios ipsius transferendo. Vnde quia ad statucionem faciendam ipsius possessionis Zlonyn noster et capituli ecclesie Chasmensis homines de consuetudine regni Panonici necessario erant transmittendi, ideo ami* ciciam eiusdem capituli amicabiliter et litteratorie postularamus, vt eorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster in presentibus infradeclarandus ad faciem ipsius possessionis Zlonyn vocate et suarum vtilitatum personaliter accedendo eandem conuocatis vniuersis vicinis et commetaneis ac presentibus ipsis ream* bularet reambulatamque et ab aliorum iuris possessionarie distinctam cum omnibus et singuiis suis pertinenciis ac vtilitatibus quibuslibet iuxta cursus metales suos primeuos et antiquos ipsi Paulo filio Iacobi, item magistro Iohanni litterato, genero et heredibus suis de filia ipsius Pauli procreatis et procreandis, nec non Iohanni et Nicofao, filiis suis et posteritatibus ipsorur^ statui et eosdem in dominium legittime introduci deberet, si non fieret contradictum/ contradictores vero si qui fierent eosdem in nostram citaret presenciam ad terminum conpetentem et post hec ipsius posses* sionarie statutionis simul cum nominibus citatorum ac termino assignato, si necesse fieret, amicabiliter rescriberet capitulum Chasmense prenota* tum. T<a)ndem magister Iohannes litteratus gener ipsius Pauli officialis de Tallouch in sua ac nobilis domine vxoris sue nec non Pauli et filiorum suorum proximorum suorum predictorum personis ad nostram iudicia* riam accedens presenciam litteras iam dicti capituli Chasmensis super premissa possessionaria statucione ipsis facta legittime nobis rescriptas nostro iudiciario conspectui presentauit/ in quarum continenciis in sua relacione inter cetera reperiebatur manifeste, quod Benedictus filius Wluchynk de genere Mile, homo noster, presente magistro Marco, chori ipsius capituli clerici, per ipsum capitulum ad exequendum premissa pro testimonio transmisso, prout iidem ipsi capitulo concor- diter retulissent, feria secunda post dominicam »esto michi« nunc preteritam ad faciem prefate possessionis Zlonyn vocate pariter acce^ dendo iuxta cursus et limites antiquarum metarum suarum facta prius legittima reambulacione eiusdem, conuocatis vniuersis vicinis et comme* taneis suis cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, videlicet

[1] Napisano nilter/ pa posljednja slovka zamazana, te se nema citati,

siluis magnis glandinosis[2] et paruis siluis, terris arabilibus et quibuslibet fructuositatibus ac iobagionibus in facie eiusdem residentibus et obuen^ cionibus ac segetibus ipsorum uniuersis, excepto ipso Iohanne, quem ipsi voluntarie dicto Nicolao extraducere consensissent, prefatis Paulo filio Iacobi et magistro Iohanni fitterato, generi <!> suo ac nobili domine Margarete vocate consorti ipsius magistri Iohannis litterati de ipsa domina procreatis et procreandis ac Iohanni et Nicolao, filiis eiusdem Pauli et ipsorum posteritatibus statuissent perpetuo possidendam et habendam, nemine contradictore penitus ybidem existente, eosdem in dominium eiusdem possessionis Zlonyn vocate legittime introducendo. Cumque nos visis et perlectis continenciis predictarum litterarum capituli Chasmensis ecclesie nobis super premissa statucione ipsius possessionis Zlonyn vocate rescripcionalium in sede nostra iudiciaria, prout nostro banali incumbit officio, vniuersos vicinos et commetaneos signanterque ipsum Nicolau№filium Pauli, nec non magistros Iohannem filium Iohannis filii Iunk, Dyonisium et Emricum, filios suos, fratres ipsius Pauli diuisionales, inter quorum iura possessionaria ipsa possessio Zlonyn ipsorum Pauli generis <!>, filie et filiorum suorum situata ha* betur in eo videlicet, vtrum statucioni ipsius possessionis Zlonyn modo prescripto facte velint contradiccionis velamine quouis modo obuiare, an ne, trina voce palam et publice requisitos habuissemus,- mox iidem ad nostram terciariam requisicionem iudiciariam pretactam statucionem possessionariam, modo quo supra, ipsis Paulo genero, filye et filiis suis factam legitime, sine aliqua variacione, iusto iuris titulo consumpmatam et peractam affirmarunt ipsius statucioni possessionarie beneuolum prebendo consensum pariter et assensum coram nobis. Im <!> quorum premissorum testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus pendentis sigilli nostri banatus autentici munimine[3] roboratas. Datum Zagrabie, duodecimo die octauarum dierum medii quadragesime, anno domini millesimo CCCmo LXX° quarto.

*Izvornik rta pergameni u arfjivu $ugosfav. akađemije u *ZagreBu. Dipfo* mata a. 1374.*

Na fistini visi zefeno^crvena vrpca od svifej pečat je otpao.

Na Brptu: Statucio facta Paulo[4] filio Iacobi de Rauen, filie, genero et filiis suis super possessione Zlonyn.

[2] Umetnuto istom rukom.

[3] Umetnuto istom rukom.

[4] Isprijed Paulo precrtano: Iacobo.

17.

1374. 9- marta do **12. aprila. U Konavlju.**

Radic Refafija Gjure Bafsica u Konavfju šafje u DuBrovniR svoga posfaniHa radi jednoqa Ronja.

† Кнезꙋ и сꙋдиѣмь и властеломь дꙋбровьчькмь (!) ѡдь кпалие (!) Радича. Разꙋмѣхь, що ми сте писа (!) ѡ вьсемь, да за динаре завѣтние ꙋзель безь стꙋдить човѣка и динаре, да га причини градꙋ, ако ли не причини, да да динаре. Я за конь послахь Милѣна Воихника дате (!) мꙋ га, и що говори, вѣрꙋите га, мое сꙋ рѣчи.

U samoj knjizi zapis od Q. marta 1374:

Die VIIII. marcij.

Radi^ cephalia Canalis coram domino rectore ser Paulo de Ba* raba conqueritur supra Pribil/um Suetulia dicens, quod unus equus suus pili bay fuit sibi furatus in Canali et ipse Pribilius dictum equum habuit in Malfo et minauit eum ad petitionem Milette scriptoris sclauici quondam Semchi extra districtum Ragusii.

Die predicto. Pribil predictus constitutus coram domino rectore predicto et iuratis iudicibus ser Jacobo de Men^e, ser Blasio de Grede et ser Blasio de Sorgo et interrogatus super lamento predicto sponte propria dixit et confessus fuit, quod primo die dominico presentis XLe Miletta scriptor sclauicus quondam Semchi venit eques cum uno equo pili bay assellato ad domum meam in Loqui^a in castro heredum Vite de Bagant<e> et dixit mihi: Ego timeo minare equum circa, per istos de Tribunio, ne mihi illum aufferant/ rogo te, mina tu, quia es Latinus et non aufferent tibi iilum illi de Tribmaio, circa usque ad salinas et ego soluam tibi. Et ego ad petitionem dicti Milette minaui dictum equum circumquaque usque ad salinas Perue de Sorgo et *tgo* inueni ibi dictum Milettam- et assignaui sibi dictum equum asellatum et ipse dedit mihi grossos II.

Radoslauus preco comunis, Nenchus sartor, Pribos Opaligeuich *jamce* <fideiussores> *za PriBifa, da ce ifi dovesti orioga fionja ifi pfatiti njegovu cijenu. Sfijedi odmafj drugi zapis:*

MCCCLXXIIII die XII aprilis. Milien Voichnich de Tribigna nuncius et procurator dicti Radig, prout apparet per cartam ipsius hic affixam, fuit confessus et contentus coram domino retore ser Stephano de Sorgo et ser Blasio de Sorgo habuisse et recepisse nomine dicti Radi^ prefatum equum.

Na fedjima: † Кнезѹ и сѹдиѣмь и властеломь дѹбровьчькимь.

Originaf na papiru u knjizi: Lamenta de intus g. /372,- 13J4, u duBro" vačftom arkivu.

Jireček Spom. srp. Br. 21, 36—37-

18.

1374, 12. apriia. <U Veneciji.)

Dužd mfetačfzi Andrija Contareno odgovara Rrafju Ljudevitu gfede mjera, sto su iB Mfečani poduzefi proti DuBrovčanima.

Sereriissimo et excellentissimo domino Lodovico, dei gracia Hun* garie et Polonie regi illustri, plurinfffm honorando, Andreas Contarenus dicta iam gracia dux Veneciarum etc. salutem et votivorum successuum incrementa, Serenitatis vestre literas datas Bude XIII. madii super facto Raguseorum recepimus et intelleximus diligenter/ ad quas regie maiestati presentibus respondemus, quod sicut alias scripsimus, ita nunc replicamus, quod volentibus Raguseis se removere ab ordinibus et novitatibus factis per eos contra nos et nostros contra antiquas et bonas consuetudines, pro reverencia maiestatis vestre sumus contenti et parati ipsos Raguseo benigne et favorabiliter tractare et reducere, sicut ipsos ab antiquo tractabamus, quoniam et intencionem esse comprehendimus in serenitate vestra et vestrarum predictarum tenore literarum. Et quod regia maiestas nobis scripsit, quod libenter cognosceret clarius de intencione nostra in hoc facto, notificare decrevimus regio culmini ea, que <!) tenebantur Ragusei erga nos et nostros et sicut semper fecerunt et observaverunt et similiter ea, que solita sunt fieri per nos ab antiquo ipsis Raguseis, sicut hic inferius ordinate continetur, ut nullum dubium occurrat amplius in mente regie maiestatis.

Veneti et fideles domini ducis et communis Veneciarum poterant et possunt cum personis, havere et mercacionibus suis ire ad civitatem Ragusii et ibi stare et redire et mercari cum Raguseis et cum quacumque aiia persona tam terrigena, quam forensi, ut eis videtur et placet libere, non dantibus vei imponentibus Raguseis aliquam gravitatem ullo modo terrigenis vel forensibus mercantibus cum ipsis Venetis vel fidelibus domini ducis et communis Veneciarum, ipsi Ragusei piene sciunt.

Ragusei vero cum mercacionibus, navigiis, havere et febus suis poterant et possunt venire ad civitatem Veneciam, et mercari cum Venetis servando ordines solitos Veneciarum, sicut Ragusei predicti plene sciunt.

Datum in nostro ducali palacio, die duodecimo aprilis, XII. indiccione.

Origittafu đudrovač&om arfiivu. Pečat otpao. Ma fedjima: Serenissimo et excellentissimo domino Lodovico dei gracia Hungarie et Polonie regi illustri pluri* mum honorando.

Starine l 147-148.
Gefcic&=T6aff6czy Dipf. Rag. 6r, 52, 67-68.

19.

1374, 13. aprila. (U Dubrovniku.)

Opcina duBrovačfia imenuje MiBu BoBafia Bapetanom Broda, Boji imade prevesti Bercega Karfa i zena mu Margaretu iz Zadra u Apufiju, te mu cfaje prigodne naputfie.

Copia commissionis date ser Michaeli de Babalio capetaneo nostre galie iture Jadram et inde lature ad partes Apulie dominos Carolum ducem et Margaritam suam vxorem ducissatn.

Nos Stephanus de Sorgo, rector communis Ragusii, cum *nostro* consilio rogatorum ex plenaria auctoritate ad infrascripta nobis facta a maiori et generali consilio dicte ciuitatis commictimus tibi, Michael de Babalio, noster honorandus ciuis, quod in nomine dei et sancti Blasii nostri protectoris debeas ire capitaneus in nostra galea armata, quam mictimus de mandato domini regis Hungarie pro deferendo Carolum ducem et suam uxorem dominam Margaritam ducissam ad partes Apulie de Jadra.

Et vadas hinc recto tramite in Jadram et cum facias ibi presentare te domino duci Karolo et dominis ambassiatoribus domini nostri regis, significando eis, quod secundum mandatum dicti domini nostri regis tu es paratus cum nostra galea portare dominum ducem et ducissam ad partes Apulie.

Et quando eris in partibus Apulie, depositis dictis dominis in terra, petas ab ipsis licenciam et recommenda eis nostram ciuitatem et nostros" nobiles et mercatores de Ragusio et venias recta via in Ragu^ sium expedite.

Et si ipsi noluerint tibi dare licenciam, et tu dicas eis, quod dominus noster rex ita precepit nobis per suas literas, ut depositis illis in terram statim galea reuertatur Ragusium et ostendas illis literam

dicti domini nostri regis, si voluerint eam videre, La qual lettera tu porti cum ti.

Lettere e commissioni di Levante 13S9"138o. fof. 81B.
LiBri reformationum IV. 14o~141,
GefcicB- TBaffoczy Dipf. Rag. Br. 5% 68 - 69.

20.

1374, 24. apriia. <U Zagrebu.)

Kaptof zagreBačfii na mofBu Dujma BaBonića ponavfja svoju fistinu od god. 1286. 5- aprifa.

<C>apitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis vir magister Iohannes filius condam comitis Duymi de Blagay ad nostam persona^ liter accedens presentiam, exhibuit et apportavit nobis literas serenissimi principis domini Lodovici, dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie etc. regis illustris, domini nostri naturalis, maiori sigillo *suo* consignata<s>, in quibus nobis mandabatur, quod quia ipse magister Iohannes filius comitis Duymi in servitiis regalibus et in exercitu regali extitisset, ob hoc ipsa literalia sua munimenta priori sigillo nostro consignata hora debita pridem in anno domini M. CCC. LXX. secundo ad nos intro^ portare pro renovatione et nostri novi sigilli consignatione nequivisset et ob hoc ea sub novo sigillo nostro pendenti transcribi et renovari facere deberemus seriatim, qui inter alias suas literas exhibuit quasdam nostras literas privitegiales tenoris infrascripti, perens nos, ut easdem de verbo ad verbum transcribi faceremus. Quarum tenor talis est: *CSfijedi isprava kaptofa zagreBačfiog od 5- IV. 1286. Cod dipf. VI. 554-5550* ~ Nos igitur mandatts ipsius domini nostri regis obedire cupientesut tenemur, dictas literas privilegiales nostro priori sigillo consi^ gnatas de verbo ad verbum transcribi et nostro novo sigillo pendenti fecimus communiri. Datum in festo beati Georgii martyris, anno domini M. CCC. LXX. quarto.

TBaffoczySaraBas Cod. Bfag. 16o.

21.

1374, 3. maja. <U Zagrebu).

Pred fiaptofom zagreBačftim očituju Đuro Tomin i drugovi iz sta roga Vrsusja, da su prodafi svoj posjed Zagradje sinovima Dujma BaBonica.*

<C)apitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Georgius filius Thome, Jaxa filius Petri et Dragos filius Radozlai de veteri Versussya, de quorum notitia Iohannes Rufus de Zana nos certificavit, ad nostram personaliter accedentes presentiam dixerunt et coram nobis sunt confessi, quod ipsi quandam portionem ipsorum possessionariam Zagradya vocatam, penes castrum magistri Iohannis filii condam comitis Duymi de Blagay et fratrum suorum Kamengrad vocatam habitam et existentem predictis magistro Iohanni, Nicolao, Babonyk et Stephano filiis condam comitis Duymi cum omnibus utilitatibus eiusdem et pertinentiis universis vendidissent, tradidissent et assignassent pro decem marcis denariorum regafium, plene ab eisdem ut dixerunt habitis et receptis, imo vendi^ derunt, tradiderunt et assignarunt coram nobis iure perpetuo et irrevo* cabiliter in filios fiiliorum et heredes possidendam, tenendam at habendam, salvo tamen iure alieno. In cuius venditionis memoriam et firmitatem perpetuam presentes literas nostras privifegiafes pendentis sigifi nostri munimine roboratas duximus concedandas. Datum in festo Inventionis sancte Crucis, anno domini M. CCC. LXX. quarto.

*TBaffoczy*BaraBas Cod. Bfag. 162.*

22.

1374, 3. maja. (U Zagrebu).

Pred kaptofom zagreBacftim svfedoci Nifiofa iz VojsHe, da je svoje posjede prodao Ivanu BaBonicu sinu Dujmovu.

(C)apitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus pre= setem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad univer^ sorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Nicolaus filius Blasii de Woyzka ad *nostram* personaliter accedens presentiam, de cuius notitia nos Iohannes Rufus certificavit, dixit et coram nobis est confessus, quod ipse quasdam portiones suas possessionarias in dicta

Woyzka et in Lubina ac Rakouch ipsum quomodocunque contingentes pro quadam sua necessitate evitanda magistro Iohanni filio condam comitis Duymi de Blagay et fratribus suis pro ducentis marcis dena* riorum, piene ab eisdem sicut dixit habitis et receptis, cum omnibus utilitatibus earundem et pertinentiis universis pignori obiigasset, imo <obl>igavit coram nobis tamdiu possidendas, tenendas et habendas, quousque easdem redimere poterit pro quantitate pecunie antedicte, saJvo semper iure alieno. In cuius impignorationis testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilii nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo Inventionis sancte Crucis, anno domini M. CCC. LXX. quarto.

*TBaff6czy*BaraBas Cod. Bfag. 161.*

23.

1374, 4. maja. <Nogfalu>.

Nikofa Gorjansfii, Ban mačvansfii, svjedoči, da su fićeri DenRa de Radovan na pfemićsfioj sRupštini Baranjsfie županije prosvjedovafe protiv smetanja posjeda im Radovan sa strane Nifiofe Ladisfavova i sfužBenifia mu Jvana.

Nos Nicolaus de Gara, banus de Gara, banus de Machou et inter ceteros comitatus comes de Barany, damus pro.mernoria, quod in congre* gacione nostra generali vniuersitatis nobilium dicti comitatus feriasecunda proxima, videlicet in octauis festi beati Georgii martiris in viila Nogfalu in persona domini nostri regis celebrata, nobiies puelle Elizabeth, Anastasya et Anna vocate, filie videlicet magistri Denk de Radovan, de medio aliorum personaliter exsurgendo de medio aliorum exsurgentes magistrum Ntcolaum filium Ladislai de Zambow et Iohannem, officialem suum de Zank, ab ocupacione, detencione terrarum arabilium et fenilium utensione et vti faccione fructuumque et vtiiitatum predicte possessionis Radovan percepcione ac se ipsos in dominio earundem[1] intromissione facta vel facienda prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis. Datum quarto die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini M°. CCC°. LXX°. quarto.

Na hrptu: Pro nobiiibus pueilabus <>, filiabus videlicet magistri Dench de Radovan contra magistrum Nicolaum fiiium dicti Zambou et Iohannem officialem suum de Zank prohibitorie.

[1] Napisano bifo »eidem«, što je prekriženo, a gore ispravljeno u »earundem«.

IzvorniM na papiru u arfiivu $ugosfav. a&ađemije u 2,agre6u: Dipfomata a. 1374. Nu Brptu fistine opaza se trag pritisnutog pečata, fiojim Bijase zapečaćena fistina.

Izvana na donjem ruSu; non.

24.

1374. 10. maja. U Zagrcbu <Zagrabie).

Pred Stfepanom, 6is$upom zagreBacRim i Petrom Zudorom, Banom sfavonsfiim, sfifapa fiaptof zagreBacfii sa Stjepanom sinom Bana Nifiofe cfe Lindva potanBu nagodBu radi pfacanja desetine sa strane podanifta recenog Stjepana.

Nos Stephanus, dei et apostolica gracia episcopus ecclesie Zagrabiensis, et Petrus Zudor, tocius regni Sclauonie banus, tum ordinarii, tum eciam per modum compromissi iudices per capitulum eiusdem ecclesie Zagrabiensis nemine ipsorum discrepante et magistrum Stephanum filium Nicolai bani de Lindua parte ab altera super facto decimarum popuforum incolarum eorundem filiorum bani sub dyochesy nostri videlicet episcopatus in archidyaconatu de Bexin existencium in recognU cionem fidei katholice et indicium christianitatis ipsi capitulo singulis annis solui debencium per censuram ecclesiasticarn mota et diucius coram nobis vtputa episcopo ventilata fuisset, tandem partes predicte prefatam litis questionem non per tramitem iusticie eo quod in antea pacta et coniecciones racione dictarum decimarum inter proauum ipsorum filiorum Nicolai bani et dictum capitulum condicionaliter consummata et celebrate fuerunt, sed per formam concordie et vnionis vinculum difflnire et reformare volentes, ideo capitulum dicte ecclesie Zagrabi^ ensis, vt actores ab vna et magister Stephanus prelibatus pro se perso^ naliter ac pro magistris Iohanne, Nicolao et Ladizlao, fratribus suis vterinis, quorum honus et iugum, si in *futurum* quouis modo infrascriptis pactis et conuencionibus contradixerint resiliendo, in se assumpmendo parte ab altera coram nobis personaliter constituti discussionem questi^ onis super facto dictarum decimarum mote per modum compromissi sponte et liberaliter nostre arbitratorie reformacioni et compositiue ordinacioni, tum videlicet iudicum ordinariorum, tum eciam per partes ad premissa reformanda electorum discuciendam non committentes, vbi dictum capitulum quasdam litteras priuilegiales domini Bele, regis Hungarie filicis <> recordacionis, per manus magistri Smaragdy, Albensis ecclesie electi, aule sue regie vicecancellarii, anno gracie M^mo ducen* tesimo quinquagesimo sexto, ydus maii, regni autem sui anno vigesimo

primo emanatas tenorem litterarum magistri Alexandri et vicebani et comitis Zagrabiensis sub anno domini M[mo] ducentesimo L° sexto emanatarum confirmatiue in se continentes exhibuerunt, in quibus quidem iitteris priuilegialibus ipsius Beie regis continebatur euidenter et manifeste, quod cum questio inter capitulum predictum et comitem Haholdum populorum et hominum suorum quorumlibet et signanter in terra sua generacionis Gyre commorancium super facto decimarum mota et secundum sentenciam iudicis aule sue regie memorato Haholdo comitij protauo eorundem fiiiorum Nicolai bani, iuramentum adiudicatum extU tisset super eo, quod idem comes Haholdus decimatores ipsius capituli a dicandis decimis et exigendis popuiorum suorum et de terra genera- cionis Gyvre non inpediuisset et pro parte capituli Petro Zagrabiensi et aiio Petro Kamarcensi archidyaconis simiiiter iuramentum adiudi* cassent super decimis quinque annorum per Spsum comitem Haholdum pro tunc denegatis ad taxam quingentarum pensarum se extendencium et hoc in decimis popuiorum et hominum suorum in terra generacionis Gyvre existencium in frugibus, vino, apibus, galinis, kitis, suellis et agnis per ipsum comitem Haholdum denegatis. Et tandem tpse partes iuramenta ipsorum presente prefato magistro Aiexandro, vicebano et comite Zagrabiensi, in maiori ecclesia Zagrabiensi constitute secundum adiudicacionem curie regie deponere debuissent. Die autem et termino deposicionis ipsorum sacramentorum adueniente eedem partes coram prefato magistro Aiexandro personaliter conparendo taiiter conuenissent, quod comes Haholdus decimas frugum, vinearum populorum suorum et speciaiiter hominum suorum terre generacionis Gyvre soluere debu^ isset et deberet ita videlicet, quod de singulis vineis maioribus et mino- ribus duos cubuios vini, pro decima capecia frugum vnum denarium persoluere tenetur/ si autem domino auxifiante solucio ipsarum deci* marum in frugibus et vinis prouincia in eadem augmentaretur, tunc secundum solucionem aliorum conprouincialium suorum soluere asstrictus esset non obstante conuencione prelibata, kyttas, gaiinas, agnos et apes in specie, si decem vel nouem compleri non possent, tunc redempcionem secundum consuetudinem prouincie. Item de singulis custodiis porcorum, que okol vocatur, poliechan vnam, de liberis villis autem ipsius decimam in frugtbus, vinis, agnis, apibus, sicut de aiiis populis suis et duos denarios de singulis porcis dare et assignare obligatus fuisset, solucionem vero polleche et alia minuta videlicet kyttas, galinas, apes et agnos ad instanciam comitis Hahoidi liberis villis suis dictum capituium condescendi fecisset. Quibus litteris visis et perlectis et continenciis earundem bene inteliectis prefatas decimas dictum capitulum ad instar

ceterorum regnicofarum nostre diocesis maxime ex eo, quia in iitteris ipsius domini Bele regis continebatur, vt si domino auxiliante possessionis <!> ipsius comitis Hohaldi <!> popularentur tunc non obstante conuencione in ipsis iitteris contenta secundum consuetudinem comprouincialium soluere debuisset, per ipsos fifios bani heredes ipsius Hohaldi comitis sibi solui postulabant. Prefatusque magister Stephanus exurgendo perso* naliter respondit eo modo, quod ipse <et> fratres sui decimas *deo* debitas ad instancia <!> ceterorum regnicolarum pro eo, quia possessiones eorum *vniuevse* regno *ducis* Austrie vicinarentur et quod decime *in* regno predicto ipsis vicinante per episcopos de Almania non extorquerentur minime soluere *non* possent, quia possessiones ipsorum propter soIu> cionem huiusmodi decimarum predictarum depopularentur seu deuasta- rentur earumque habitatores, videlicet iobagiones ipsorum ex causis preassumptis se transtuierunt in Almaniam moraturos, per quod tam ipsi, quam eciam capitulum dampnum paterentur et periculum satis magnum. Quarum quidem parcium auditis assercionibus et allegaci* onibus de ambarum parcium vnanimi et vltronea voluntate per modum compromissi inter ipsos taiiter decreuimus et duximus decernendum, quod pro qualibet decima capecia frugum quatuor speciey, videlicet tritici, siliginis, ordei et auene singulos tres denarios monete in regno Hungarie pro tempore currentis, et de singulo decimo cubulo vini similiter tres denarios, singulumque decimum agnum, edum et singulum decimum apem in specie singulis annis decimatoribus ipsius capituli de incolis et populis ipsorum sub decimacione et iurisdiccione eiusdem capituli residenciam facientibus ipsi filii Nicolai bani et eorum heredes perpetuis temporibus dare et persolui facere tenebuntur sub condicio* nibus infrascriptis, ita videlicet, quod solucionem decimarum vini et bladi ac apum vsque festum beati Martini confessoris in autumpno populi eorundem filiorum Nicolai bani sine aliqua diminucione decima^ toribus dicti capituli soluere tenebuntur. Si vero ausu temerario et presumptuose prefatas decimas superius specificatas tempore messis et vindemiarum in orreis et cellariis populorum eorundem per decimatores dicti capituli dicatas in toto vel in parte populi eorundem non persol^ uerint, tunc annotatum capitulum ipsos filios bani et eorum heredes singulisque annorum curriculis tociens videlicet, quociens ipsi capitulo infrascripta sarisfaccio non inpenderet mediantibus regio et vnius capiruli hominibus, si amicabiiiter composicio de infrascriptis inter ipsos capi* tulum ac ipsos filios Nipolai bani et eorum heredes non precessent ipsos in eo amonere tenebuntur, vt per populos ipsorum, qui infra dictum festum beati Martini contumaciter decimas ipsorum non persol^

uerint post ipsam amonicionem ipsis filiis Nicolai bani et eorum here* dibus legitime factam infra quindecim dies post sese sequentes quamlibet decimam capeciam, videlicet frugum ipsarum quatuor specierum non solutam cum augmento vnius denarii in addicionem ipsorum trium denariorum aggregandi ac singulum decimum cubulum vini similiter infra dictum tempus non solutum cum additamento similiter vnius denarii in augmentacionem ipsorum trium denariorum accumulandi in iudicium contumacie populorum predictorum decimas infra dictum tempus non persoluendorum. Populos ipsorum, qui videlicet in solucione predicta tepidi existerent, ipsi filii Nicolai bani annotato capitulo et suis decimatoribus persolui facere erunt astricti. In casu autem, vbi ipsi filii bani post festum predictum beati Martini per ipsum capitulum cum hominibus regio et vnius capituli legitime amoniti premissam augmen* tacionem simul cum decimis predictis per populos ipsorum contumaces et rebelles persolui non facerent, tunc in centum marcis denariorum pro tempore currencium ipsi capitulo ante litis ingressum deponendis conuincerentur ipso facto et insuper augmentacio denariorum, vini et bladi in duobus denariis vltra trinarium numerum se extendens pretextu obmissionis solucionis decimarum dicti termini dicto capitulo in toto debebunt assignari similiter tociens, quociens singulis annorum curriculis hoc fieri contingeret, qua pena soluta predicta composicione in suis singulis articulis supradictis inter ipsas partes facta in presentibus litteris nostris contenta salua semper remanente et inuiolabiliter permanente. Hoc non pretermisso, quod decimatores dicti capituli penes villicos eorundem, si ad decimas eorum proprias dicary se facere voluerint, descensum facere et de ipsis victualia congrua habere possint et valeant, si vero decimas eorum soluere maluerint, tunc cum descensu et victu^ alibus ipsis decimatoribus prefati villici eorum non tenebuntur. Annota* tumque capitulum reliqua minuta decimalia, videlicet kytas, gallinas et porcos in litteris conuencionibus.ipsius domini Bele regis contenta ex eo, quia solucionem decimarum frugum et vini iidem filii Nicolai bani super populos ipsorum recipiendam augmentare dinoscuntur ipsis et eorum heredibus populis et incolis ipsorum iure perhempnali remiserunt et relaxauerunt coram nobis. Yто predicte partes, videlicet capitulum plenum et prefatus magister Stephanus sua ac dictorum fratrum suorum €t heredum eorundem vigore quo supra in personis de hys omnibus factis couencionibus vniuersis beniuole et sponte contentantes pretitu* latamque nostram compositiuam reformacionem et arbitrariam disposi* cionem per nos tum ordinarios tum eciam vigore compromissi per ipsas partes sponte assumpti iudices electos deputatos factam sponte et libe*

raliter acceptanda irreuocabiiiter, irrefragrabiliter et irretractabiliter iure perpetuo obseruare responderunt coram nobis. Insuper assumptum extitit per partes predictas, vt prefatas litteras nostras cdmpostcionales cum litteris priuilegialibus domini nostri regts confirmare tenerentur et in hoc vna pars altery contradiccionis velamine obuiare non possit neque valeat. Tn cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales sigillorum nostrorum pendencium munimine vallatas ipsis partibus in equali forma duximus concedendas. Datum Zagrabie, in vigilia asscensionis domini, anno eiusdem M° CCCmo LXX* quarto.

Izvornifi napergam. u arfcvu zagreS. nađBisRupije: Decimafia 3/6. *(733 684. J*
Na fistini visi vezica pergamene, na fiojojje visio crveni pečat.
Drugi izvomifi veoma oštećen, nafazise u istom arfiivu ipodistom signaturom-

25.

1374, 20. maja. <U Dubrovniku).

DuBrovacBa općina šafje Karfu ToBiji svog posfaniBa Pefegrina da zatraži od njega povratad stvari otetiB DuBrovcaninu Pavfu Kfapovićuj nadafje da od njega isposfuje poveffu, Rojom zajamčuje DuBrovcanima sigurnost u Braju u Bojem je prije Bio gospodarom Bfaz Mattorango,

Die XX. madii. Commissio facta fratri Pelegrino misso ad dominum Carolum Tobie in servicium comunis Ragusii,

Nos Marinus Junii de Mence, rector comunis Ragusii, cum nostro-minori consilio sono campane more solito congregato, de commissione nobis data a consilio rogatorum comittimus: Honorabilis et circumspecte vir, frater Pelegrine noster dilecte, quod in nomine dei debeatis ire ad dominum Carulum Tobiam descendendo ad aliquem portum, ubi vobis melius videbitur, sed non ad civitatem Duracii, et faciendo sibi salu^ tacionem ex parte nostra cum illis ornatis verbis, que erunt condecencia, debeatis sibi presentare nostram litteram credencialem, quam portabitis vobiscum. Et quando dabit vobis audienciam et vos per pulchriorem modum, qui vobis videbitur, debeatis sibi dicere: »Domine Carule^ nobiles et comune Ragusii, vestrorum antiquorum semper et nunc vestrt amici, scripserunt sepe vestre dominacioni, quod restitueretis Paulo Clappovich, eorum civi et mercatori, mercancias et res, quas sibi abstulistis, propter quas ipse exulat et non audet ire in Ragusium, ex eo, quod est debitor multis nobilibus de Ragusio, qui dederunt sibi *m*

credencia dictas res/ et vos usque ad presens nichil restituistis dicto Paulo. Quare supplico vobis et rogo ex parte nobilium comunis Ragusii predictorum, quod habeatis compassionem de dicto Paulo et restituatis sibi res suas vel valorenr ipsarum, ut vadat secure Ragusium et aducat inde de rebus vobis necessariis et serviet vdbis melius, quam servit in presenti.» Et si dictus dominus Carolus restituerit vobis res, vel precium ipsarum, vel partem pro nunc et residuum promittet dare, et vos accipiatis. Et si non dabit aliquid, sed promittet dare et vos recipiatis suam promissionem et obtineatis super ista materia quicquid poteritis ab eo.

Item volumus, quod dicatis sibi ex parte nostra: »Domine Carule, vos, sicut sapiens dominus, clare scitis quantam utilitatem dabant mercatores de Ragusio, conversando per loca vobis subiecta vestre dominacioni, aducendo de mercanciis necessariis et emendo per vestras contratas/ nunc per dei graciam dominamini in fluminariis Drevali et Vreghi, ubi Ragusini conversantes dabant maximum fructum et utilitatem Blasio ser Mattorango, tunc domino dictorum locorum. Quare, pro utilitate iurium vestrorum, et pro municione vestrorum hominum, de rebus illis opportunis et pro meliore expedicione rerum suarum, satis bonum foret, quod mercatores de Ragusio venirent cum rebus et mercanciis, et conversarentur per vestras contratas, sicut erant soiiti pro tempore preterito. Et si vobis placet, quod dicti mercatores libentius se moveant ad veniendum, scribatis comuni et nobilibus de Ragusio unam litteram cum vestro sigillo, affldando in fide vestra omnes et singulos Ragusinos volentes venire ad vos et loca vestra, quod in personis seu in rebus nullam habebunt injuriam vel offensam/ et si aliquid eis auferetur, quod facietis eis restitui id, vel valorem, sine mora, et iuretis cum vestro sacramento adtendere premissa,- et habebitis concursum mercatorum Ragusinorum, a quibus percipietis maximam utilitatem et honorem.« Et faciendo vobis suum iuramentum et dando vobis litteras affidacionis et securitatis, recipiatis licenciam ab ipso et veniatis Ragusium sine mora.

Et si ipse simili modo voluerit, quod vos pro parte nostra affidetis homines suos, qui secure veniant Ragusium et per totum nostrum districtum, et vos affidetis illos,- et si ipse voluerit habere litteras affida^ cionis predicte a nobis, et vos promitatis sibi quia illas sibi mirtemus,- et circa premissa cum vestra copiosa discrecione debeatis sic efficaciter laborare, ut nos habeamus nostrum intentum,- et vos remaneatis penes nos merito colaudandus,- et sic speramus quod facietis.

Lettere e commissiorti di Levante 1359—'№80 f. 82.
LiBri reformationum IV. 14o—141.

26.

1374, 22. maja. *(\1* Dubrovniku).

DuBrovačfia općina prituzuje se odfučnim načinom, sto njezini sugrađani ne mogu naći u Kotoru pravne zaštite, vec se njiffovi zaijtjevi raznim đoskočicama izigravaju.

Die XXII. madii. Copia littere misse Chattarensibus pro optinenda iusticia fienda civibus Ragusinis.

Amici dilecti, grata salutacione premissa! Ad peticionem nostrorum civium coram vobis iusti<piam postulancium ad optinendum illam a vobis, multiplicatas litteras vestre amicicie recolimus rescripsisse, que secundum ipsorum relacionem usqae nunc nullatenus vos moverint ad ministrandum ipsis ius debitum cum ordinibus vestre terre/ imo magis, cum quodam contemptus modo vestros animos induraverint, ad agra^ vandum eosdem nostros cives coram vobis in iudicio placitantes, inde^ bitis dilacionibus, subterfugiis et inpedimentis ita et taliter, quod propter diuturnitatem temporis, cum multiplicatis expensis moram in vestra patria faciendo, intoilerabiliter fatigatos, et de una curia ad aliam transportatos, fuit malis gradibus, oporteat ipsos de vestra civitate descedere, sic cum instrumentis renunciando, et sentenciis pro tempore preterito a vestris iudicibus pro tempore preterito promulgatis, pro quibus nullum decet fieri indu^ium, sicut cum aliis scripturis et eorum causis legiptimis nullam iusticiam ottinendo. Et maxime de novo per Matheum de Georgio, nomine Junii de Sorgo, Demitrium de Benessa et Unuce de Matessa facta fuit querela coram nobis, quod dictus Unuce, morans nuper in vestra civitate Chatari per sex menses conti* nuos, cum multis et gravibus laboribus et expensis, et dictus Junius per multos menses, prout vos scitis, nescimus qua de causa, nullam iusticiam a vobis potuerint aliqualiter optinere. De quo admirantes de vobis quamplurimum ex eo, quod nos vestratibus expeditam iusti^iam facimus prout scitis et merito nos adgravantes, vestram amiciam requirimus et rogamus, quatenus tam dictis Junio et Unuce, quam singulis aliis nostris civibus coram vobis iusticiam petituris, expedite iusticie, prout debetis de iure tenemini, faciatis, si placet, complementum, sicut nos vestris civibus facimus illud. Idem quod si perfeceritis debitum vestri officii facientes et consanguinitas et amicicia, que est intra nos, suscipiet incrementum, alioquin opportebit nos necessarium dictis nostris civibus de oportuno remedio providere,- quod ex manifesta vestra culpa procedente et cum animorum gravamine faciemus. Et

supra premissis, quod facere intenditis, nobis per latorem presencium -denotetis.

*Lettere e commissioni di Levante 1359~138o f. 82. B. LiBri refirmationum IV. 142**

27.

1374. 24. maja. <IX Zagrebu).

Kaptof zagreBačHi zamoffen od Bana Petra Zudora omeduje posjed mu DoBornicu,

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam, Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos ad literatoriam petitionem magnifici viri domini Petri Zudor, regni Scfavonie bani, ad -quandam recaptivationem et reambulationem, ac metarum erectiones possessionarie portionis Dobornicha vocate, ad castrum Oztrosech comitis Iohannis filii quondam comitis Duymi pertinentis faciendas una cum Egidio filio Stephani homine ipsius domini bani virum discretum -dominum Iohannem archidiaconum de Bexyn, socium et concanonicum nostrum, hominem nostrum fidedignum transmisissemus. Tandem iidem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum ascensionis Domini proxime nunc preteritum ad faciem dicte possessionarie portionis Dobornycha accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocando metas ipsius possessionarie portionis ab aliorum iuribus seperando et hoc ordine reambulando -seperassent nemine tunc inibi contradictore apparente.

Cuius quidem possessionarie portionis mete sic inciperentur; prima enim meta inciperetur a parte hominum de Omersel a fluvio Wn, ubi aqua Dobornicha intraret in ipsam aquam Wn, deinde transiret per torrentem supra ad caput, ubi oritur Dobornicha, ab hinc transiret et ascenderet montem, ubi ad partem australem meta terrea penes viam publicam erecta extitisset, deinde ad partem australem transeundo per parvum spatium per campum, in quo campo meta terrea est erecta, abinde directe transeundo per magnum spatium et per eundem campum ad dictam plagam australem usque terras et metas ecclesie sancti Georgii, ubi meta terrea est erecta et ubi cursus metales terminarentur. Seperationes autem metarum a parte orientali distingerent Oztrosech, a parte vero occidentali seperarent hominibus de Omersel generationis *Suchan prenotatis.

In quorum testimonium presentes concessimus nostras literas privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quarta proxima post festum penthecostes, anno domini M. CCC. LXX. quarto.

TBaffoczy-BaraBas Cod. Bfag. 163-104.

28.

1374. 27. maja. <U Rabu.)

*Općina rapsfca imenuje Nifiofu de Cernota i Antuna de Tarantis svojim punomocnicima u raznim posfovima, a medu ostafim ifi šafje firafju Ljudevitu, da isposfuju od njega potvrdu starih rapsfzifr prava i privifegija**

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem miilesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indiccione duodecima, die vigesima septimo mensis madii,- regnante serenissimo principe et domino nostro-domino Lodouico, dei gracia Hungarie, Polonie et Dalmacie inclito rege, tempore reuerendi patris domini Zudenici de Zudenico, episcopt Arbensis, nec non magnifici domini domini Nicolai de Seei?, ellectt comitis Arbensis. Ibique presentibus Bartolo Loli de Arimino, Passa^ rinno condam Iacobi de Vtino, Nicolao Pagiensi nauta ligni Balbt et aliis testibus vocatis et rogatis. Viri nobiles ser Hermolaus condam ser Embriani de Hermolao, ser Zaninus condam ser Blasconi de Ze^ orzio et ser Embrianus condam ser Frane de Zudenicio, iudices ciui^ tatis Arbensis, auctoritate et arbitrio eis colato a generali conscilio ci-uitatis predicte omnia infrascripta peragendi, vt patet in reformacione conscilii superinde capta sub miliesimo et indiccione predictis, die vigesimo sexto predicti mensis et scripta in quaternis reformacionum dicti communis per Nicolaum, notarium iuratum ciuitatis, tam eorum nomine, quam nomine dicti consciiii et communis fecerunt, constituerunt et ordinauerunt <virum> nobilem ser Nicoiaum de Cernota et Antonium de Tarantus, absentes, tamquam <presentes suos> veros et legiptimos procuratores, sindicos, actores et nuncios speciales et generaies, vbi expediret vti generaii mandato et specialiter ad comparendum coram inuictissimo et gloriosissimo principe domino nostro rege pretitulato et libertates seu libertatum et statutorum et aliarum consuetudinum con* firmaciones spectantes comodo et antiquo iuri communis Arbensis inpetrandum, procurandum et inplorandum, item ad presentandum eiiecci^ onem comitatus Arbensis, magnifico et potenti domino Nicolao de *Seec*$_f$ ellecto in comitem Arbensem et a regia maiestate petendum et exorandum confirmacionem ipsius elleccionis, nec non, si casus acci~

derit, quod aliquo casu desinat esse, quod ipse dominus Nicolaus not> foret in comitem confirmatus ad suplicandum et inpetrandum, quod ipse dominus rex confirmare uelit vnum ex illis, quos ipsi sindici duxerint nominandum,- item ad inpetrandum concessiones, gracias et prerogatiuas et omne id quicquid videbitur eis pro honore regie maiestatis et conser* uacionem status Arbensis, item ad promittendum, contentandum, confl- tendum, obligandum omnes ipsos constituentes in omnibus casibus opportunis,- item ad acusandum reos dicti communis, crimina et defectus propalandum contra quoscunque criminosos et rendendum <!>, deffen« dendum iura ipsius communis et resistendum quibuslibet contra ipsos iudices, conscilium et commune obicientibus,- item ad componendunv paciscendum, suplicandum exorando a quocunque ellecto et confirmato comite Arbensi omne id, quod tendit ad laudem, decus et profectum dicti communis, et si opus fuerit ad contestandum lites tam ciuiliter, quam criminaliter, iurandum et exponendum quodlibet genus sacramen^ torum, testes et iura atque scripturas publicas et priuatas producendum, protestandum coram quibuscunque inferioribus predicti domini regis contra quoscunque reos uel aduersarios ipsius communis, et generaliter ad omnia altera et singula facienda, gerenda et exercenda, quequilibet veri et legiptimi sindici, procuratores et nuncii alicuius communitatis facere possent uel que ipsa tota communitas et vniuersitas posset, si presens esset et que in curis earum et meritis negociorum requiruntur et fuerint vtillia, necessaria et opportuna et promittentes ipsi domini iudices nomine suo et nomine et vice omnium et singulorum de dicto consilio et commune ciuitatis eorum sindicis et michi notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti nomine et vice omnium, quorum interest uel posset interesse se ratum et firmum habituros quecunque dicti eorum sindici et procuratores in predictis uel circa <pre>dicta sub obligacione omnium bonorum dicti communis presencium et fucturorum et super hiis omnibus singulis quociens expedierint et voluerint vnum et plures procuratores et aduoccatos constituendum idem in predictis mandatum habituros.

T[1] Ego Pribe Martynuscii de Pribe, examinator examinauy,-

Ego[2] Iohannes condam Bartoli de Thomasis de Imolis, publicus imperiali auctoritate notarius et Arbensis iuratus cancellarius, hiis interfui et rogatus scripsi,

Signum notarii.

Izvornifi na pergameni u kr. zem. arfcivu u Zagrefiu: Doc. medii aevi a. 1374.

[1] Pisano drugom rukom,

[2] Pisano drugom rukom.

29.

1374. 28. тaja. II Spljctu (Spalcti).

mofBu Hemca sina Heg
X 162. -163.J

Nos capttulum universum maioris ecctesie Spalatensis universis ct singulis ad quos presentes pervenerint seu quos mfrascriptum ne* gotium tangit vel tangere posset aliqualiter in futurum deducimus in notitiam evidentem, quod nuper coram nobis convocatis et congregatis capitulariter in ecclesia maiori cathedrali civitatis Spaleti ut moris est, accedens nobilis vir Hemc filius condam nobilis viri Hegmini de Lapac cxibuit et presentavit quasdam litteras in carta membrana condam magnificorum virorum dominorum comitum Budisclavi, Pauii et Gregorij, filiorum condam comitis Curiacij de Corbavia, quibus pendet unum sigillum in cera alba, in quo sculptum est unus anser cum litteris cir^ cumquaque, nobis instanter supplicans nosque requirens, quatenus dn gnaremur easdem litteras transsumi et copiari facere seriatim et ipsam copiam facere nostri capitularis sigilfi appensione muniri seu a tergo impressione muniri, ne, propter viarum discrimina et alios casus et eventus qui provideri non possunt, dictum originale posset aliquo modo subtrahi, balneari, dilacerari, arripi vel quovis alio modo deperire, Nos vero justis ipsius Hemcij supplicationibus annuentes prefatas litteras non cancellatas nec in aliqua earum parte suspectas sed prorsus omni suspectu et falsitate carentes, fideliter per Petrum Vcana, notarium juratum communis Spaleti, et in hac parte nostrum publicum et autenticum, copiari jussimus et transscribi, et post hec dictum originale cum «ius, ut prefertur, transsumpto ascultari et examinari fecimus diligenter, €t quia vidimus utrumque concordari, mandavimus ipsum presentem transsumptum nostro capitulari sigillo a tergo impressione communiri, in testimonium veritatis. Quarum quidem litterarum tenor per omnia dignoscitur esse talis;

CSfijedi fistina firBavsfiif) finezova od g, 1334, 25- aprifa. Cod dipf X 162. -163.J.

Actum, datum et sigiilatum fuit presens transsumptum in ecclesia predicta, anno domini M°CCC°LXX[ffl0] quarto, indictione duodecima, die vigesimo octavo mensis maij.

Originaf u c. £, tajnom arftivu, prijepis u 6aptofs6om arfiivu u Spfjetu.

30.

1374. 4. jrniija. U Mlaki <Mlaka>.

Rajmundo de Beffamonte, prior Ivanovaca, potvrduje na mofBu Pavfa Ivanovog fistinu Petra Cornuti od 6. decemBra 1336. CCod dipf. X. 285J; Rojom ovaj potvrduje darovnicu Ofivera, priora Ivanovaca, od 2. feBruara 13o6. fCod. dipf VIII p. П4X

Nos frater Raimundus de Bellamonte, sacre domus hospitalis sancti Ioannis Hyerosolymitani pef Hungariam et Sclauoniam prior humilis et comes de Dubicza, rtiemorie commendantes tenore presen^ cium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos ex specialt mandato domini nostri regis vlgore suarum litterarum nobis allato vni^ uersis predialibus, vasallis et officialibus sub iurisdiccione nostra con^ stitutis in festo natiuitatis beate virginis in villa nostra Chorgon capi* tulum generale celebrassemuS uniuersaque litteralia instrumenta predk alium nostrorum examinare cepissemus, Paulus filiuS Ivan ad nostram veniendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales re^ uerendi videlicet domini fratris Petri Cornuti, olim prioris predecessoris nostri, tenoris infranscripti,- petens nos ut easdem litteras presentibus litteris nostris inscribi faciendo simul cum omnibus suis continenclis acceptare, ratificare dignaremur. Quarum tenor talis est.

CSftjedi fistina Petra Cornuti od 6. decemBra g. 1336.J.

Nos igitur iustis et legitimis peticionibus dicti Pauli fauorabiliter inclinati easdem litteras dicti prioris omni vicio et suspicione carentes. presentibus litteris nostris de verbo ad verbum transcribi faciendo cum omnibus suis continenciis de consilio et assensu fratrum et procerum nostrorum nobis assistencium acceptantes duximus confirmandas. In cuius rei testimonium presentes nostras litteras priuilegiales duximus concedendas. Datum Mlaka, secundo dominico pentecostes, anno do* mini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto,

Prepis XIII. vije&a, ovjerovfjen po S°- Ptacaicu notaru taB. Ban. u 6r. zem. arkivu u ZagreBu. Doc. med. aevi a. J3o6.

31.

1374. 18. junija. U Zadru.

Bilješka.

1374, die **XVIII.** iunii. **In** dicto consilio iuit pars, quod eligantur tres nobiles, qui vadant ad dominum dućem notificatum ei excessus et offensiones per eius familiam commissos in Jadrenses,- supplicando eU

quatenus dignetur corrigere delinquentes, ita quod de cetero talia non committantur et dicendo, quod intencio consilii est, huismodi excessus notificare regi maiestati.

Lucius Mem. di Trau p. 3o2. Tarfati Iff. sacrum V. 99. Tejer Cod. dipf. IX. 4. 655-657- Wenzef Acta extra III. p. 98. no. lo2.

32.

1374. 18. junija. U Zadru <Jadre>.

Mifiofa, sin poRoj. Pristanca iz SiBeniRa, ustupa sestri si Tomasini cetiri i po gonjaja svog vinograda u Petercanu, posto je on Bez njezinog znanja prodao nefiu oranicu tafiođer u Peterčanu, Roja je pripadafa u jednoj trećini spomenutoj mu sestri.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi millessimo trecentessimo septuagessimo quarto, inditione duo^ decima, die decimo octauo mensts iunii, regnante domino nostro do^ mino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Hungarie, Polonie et Dal^ matie nec non illustri principe domino Karullo de Duratio, Dalmatie et Croatie duce, temporeque reuerendi patris domini patris Domintci, permissione diuina Jadrenssis archiepiscopi ac egregii viri domini Ra^ phaelis de Surdis, comitis Jadre. Cum hoc sit, quod Nicolaus condam Pristanci de Scibenico filiusque condam domine Marine, uxoris dicti condam Pristanci habuisset pro indiuiso cum domina Tomasena <!) sua sorore, fillia dicte condam domine Marine, uxore ser Budislaui filii condam Jurislaui de Berberio, quandam terram aratoriam et oliuatam positam ad Petergane que terra spectat dictis Thomasine et Nicolao iure ma= terne hereditatis et cuius terre tangebat tertia pars dictam dominam Thomasinam et due partes Nicolaum supradictum,- qui quidem Ni* colaus dictam terram sic indiuisam exsistens <!> sua et dicte sue soro* ris uendidit ser Petro de Lemesso sine scitu dicte sororis sue et quia dictus Nicolaus et. predicta domina Thomasina habent ibidem ad Peter* ^ane aliam terram vineatam gonayorum nouem, cuius terre vineate tri- tia <!> pars est dicte domine Thomasine et due partes dicti Nicolay,* cuius terre hos confines esse dixerunt: de trauersa possidet Carsce Pineto, de austro Crisanus mercator condam Martini, de borea et qui- rina est via publica. Nunc autem dictus Nicolaus omni modo, uia, iure et forma, quibus melius potuit, per se suosque heredes et successores dedit, tradidit, remisit et relaxauit pro dicta terra vendita predicte do^ tnine Thomasine pro se suisque heredibus et successoribus stipullanti

«t recipienti quatuor cum dimidio gognayos dicte terre vineate de parte contingente dicto Nicolao, licet dicte domine Thomasine sunt tres gonay de dicta terra vineata/ de cuius terra vineata ad uele restant dicto Nicolao vnus gonaius cum dimidio ad habendum, tenen* dum, gaudendum et possidendum et quiquid dicte domine Thomasine siue suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faci- €ndum sine aiicuius contradictione de dictis quatuor cum dimidio go* nays terre vineate. Quos quidem quatuor cum dimidio gonayos terre sic vineate cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuerssis pro* misit dictus Nicolaus per se suosque heredes et successores predicte domine Thomasine pro se suisque heredibus et successoribus stipul- lanti et recipienti ab omni homine et persona legitime deffendere et excallumpniare, actori^are et disbrigare in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris, et dictam donationem et traditionem et omnia ac singulla in hoc contractu contenta firma et rata atque grata perpetuo habere et tenere et non contrafacere vel uenire, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, per se vel alium siue alios sub pena quarti ualoris extimationis dictorum quatuor cum dimidio gc* tiayorum et obligatione bonorum suorum omnium presentium et futu^ rorum et pena soluta vel non, presens instrumentum firmum sit. Actum Jadre, presente ser Damiano condam Philipi de Begna et ser Francisco condam Damiani de Sloradis, testibus ad hoc vocatis et rogatis et alliis.

Ego Grisogonus Raynerii de Varicassis, iudex examinator manum missi,

(Sig. not.)[1]

Izvornik na pergam. u guBern. arfc. u "Zadru (Odio sam. sv. hlikofe no. 232).

33.

1374. 12. julija u Čazmi.

Kaptof čazmanski prepisuje svoju fistinu ocf 6. junija 1353, (Cod. dipf. XII. p. 179).

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie conmendantes sig- nificamus quibus expedit vniuersis <tenore> presencium, quod Georgius filius Valentini de Cristolfelde ad nostram <persona>liter accedendo pre^ senciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras priulegiales modernonostro sigillo consignatas/ petens a nobis debita precum instancia, vt tenorem et fo<rmam> earundem propter viarum discrimina de verbo ad verbum

[1] Notar se nije potpisao,- ali po znaku-vidi se, da je to: Presbiter Helyas canonicus Spalatensis.

transscribi et literis nostris patentibus inseri faceremus ad cautelanu Quarum tenor ta<Iis est>:

(Sfijedi fistina istoga fiaptofa od 6, junija 1353J

Nos itaque iustis et condignis peticionibus ipsius Georgii filii Va^ lentini annuentes tenorem dictarum litterarum priuiiegialium de verbo ad verbum transscribi et presentibus fitteris nostris patentibus inseri fe^ cimus ad cauteiam. Datum feria quarta proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris, anno domini millesimo CCC^{mo} septua^ gesimo quarto,

Iz izvornog prijepisa istoga fiaptofa od god. 1374. septemBra 8. u kr. ug~ drž. arfi. uBudimu: DL. 3o.65$-

Spominje ga u opisu Nagy: Cod. And. VI 4 K 5r. 2.

34.

1374. 12. augusta. <U Požegi).

Pred fiaptofom pozešfiim zamjenjuju pfemici de VefyRe i pfemici de OrSona medusoBno neHe posjede.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posega vniuersis Christi fide^ libus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutenn in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum- noticiam harum sefie volumus peruenire, quod nobiies viri magistri Jo^ hannes filius Symonis, Nicolaus et Ladislaus filii Beke ac Paulus filius eiusdem magistri Nicolai nec non[1] Valentinus filius Ladislai de Velyke ab vna parte, Gregorius et Georgius, filii Bekus ac Thomas fiiius De^ metrii filiorum Petres de Orbona ex aitera coram nobis personaliter con~ stituti in quibusdam possessionibus eorum infrascriptis tale concambium* perpetuo duraturum inter se fecisse sunt confessi oracuio viue vocis: quod idem domini de Velyke quasdam duas villas ipsorum Roholch et Thopolowch vocatas de possessione eoretn similiter Orbona nun^ cupata iuxta Zauam existenti exceptas et excisas metis ac terminis infranscriptis circumdatas cum omnibus vtilitatibus et pertinenoiis earum quouis nomine censeantur, prenotatis filiis Bekus et Thome filio De* metrii,- e conuerso autem iidem filii Bekus et Thomas filius Demetrii similiter quasdam porciones eorum possessionarias in eadem Orbona et in Dymynch ac in Twerdyth habitas ipsos contingentes modo simili metis et terminis infrascriptis distinctas cum omnibus vtilitatibus et per* tinenciis earum prenominatis dominis de Velyke dedissent, donassentr et tradidissent, ymo dederunt et tradiderunt tenore presencium coram

[1] Slijedi prekriženo »Ladislaus filius«.

nobis vtrobique in heredum heredes iure perpetuo et irreuocabiliter possidere, tenere pariter et habere, sic videlicet, vt quantas porciones seu particulas possessionarias quispiam ipsorum ex parte sui raciona^ biliter et vigore efficacium litteralium instrumentorum in hoc concambio parti alteri tradiderit, tantas et similes in recompensacionem ipsarum porcionum seu particularum suarum de possessionibus permutatis ha* bere valeat atque possit, sine contradiccione aliquali, taii tamen obli^ gamine interposita et per vtramque partem sponte assumpta, quod si que parcium presens concambium, quod nunquam amodo et deinceps quouis temporum curriculo per nostras litteras, vt eedem partes volu* erunt, possit irritari, per aliquas alias litteras regias scilicet vel regU nales aut cuiuscunque alterius iusticiarii regni, ecclesiastico iure vel seculari retractare attepmtauerit aut partem sibi connexam a filiis et fratribus suis ac filiis fratrum suorum nec non quibusuis aliis sue cog^ nacioriis hominibus in hac parte semper expedire et defendere non cu~ rauerit vel non poterit, extunc hec pars partem alteram presens con^ cambium obseruantem cum grauamine centum marcarum compoti de predicta Posega absque porcione iudicis in primo termino et ante litis ingressum deponendarum mediantibus eisdem iudicis et nostro homini* bus in suas pristines <> seu priores porciones possessionarias, introducere et pacifice permanendam relinquere teneatur occasione absque omni. Quarum viliarum Roholch et Thapalouch vocatarum pertinenciarumque earundem ipsis filiis Bekus et Thome filio Demetrii, vt premittitur, do= natarum, vt iidem domini de Velyke dixerunt mete hoc ordine distin^- guntur. Prima meta incipit iuxta terram predicti Gregorii filii Bekus Twerdyth vocatam a parte occidentali in quodam monte superius vaU lem Rwsawlgy vocatam existentem in meta terrea,- inde tendit directe inter vineas versus orientem iuxta terram eiusdem Gregorii et decli^ nando cadit in riwlum Rwsinwlgypathaka vocatum, per cuius meatum paruum descendendo versus meridiem exit de eodem similiter iuxta terram eiusdem Gregorii versus orientem et eundo ascendit ad montem ac pertranseundo magnam viam versus predictam Thwerdyth euntem peruenit ad metam terream,- deinde similiter versus eandem plagam et eciam[1] inter vineas directe declinando iuxta terram memorati Gregorii cadit in riwlum Roholchpathaka nominatum, vbi est meta terrea per cuius meatum versus meridiem declinando exit de eodem per quandam semitam versus occidentem, iuxta terram Gregorii antedicti et eundo ad quoddam berch ac predictam magnam viam pertranseundo ac deinde

[1] Slijcdi precrtano »directe*.

per eandem semitam declinando peruenit ad coniunccionem riwlorum, videlicet predicti Rwsawolgypathaka et Chukanpathaka vocatorum, per quorum meatum eundo peruenit ad locum, vbi predictus riwlus *Ro*> holchpathaka vocatus cadit in ipsum[1] meatum predictorum riuulorum, a quo loco incipiendo ipsi tres riwli vnum nomen, scilicetRoholchpathaka agregabunt, per quorum meatum similiter declinando in bono spacio et dictam villam Roholch mediante eodem meatu diuidendo ac deinde modo simili per eundem meatum ipsius riwli Roholch, vt est premis^ sum, nomen vnum aggregati in magno spacio descendendo ad quendam transitum ipsius riwli pertranseundo similiter eciam per meatum eius* dem riwfi Roholch dicti descendendo in bono spacio peruenit *ad* alium transitum eiusdem riwli, de quo transitu exit per magnam viam versus aquilonem ad metam terream et per eandem viam tendendo peruenit ad aliam magnam viam versus Zapolya euntem, per quam paruum eundo versus occidentem venit ad metam terream a parte septemtrio^ nali eiusdem vie existentem,- deinde directe tendit versus occidentem et cadit in vallem Thapalouchwolgy vocatam, per cuius medium versus aquilonem ascendendo et ad caput eiusdem perueniendo ac deinde ad montem directe ascendendo peruenit ad magnam viam per quam quasi inter meridiem et orientem eundo in bono spacio venit ad quandam semitam, per quam tendit vsque orientem, transita tamen prius villa Dezizlawychy vocata per dictam magnam viam vsque ad eandem se* mitam et de ipsa semita flectendo ad partem septemtrionalem in mo* dico spacio declinat in prescriptum riwlum Chukanpathaka appellatum, quem directe transeundo ad partem septemtrionalem asscendendo ad berch, ac deinde inter vineas similiter ascendendo ad montem supra* dictam <!) superius Rwsawlgy existentem reuertitur ad priorem metam ibique terminatur, Mete autem prescripte possessionarie porcionis pre* fatorum filiorum Bekus et Thome filii Dfcmetrii Orbona vocate ac por* cionis possessionarie solius ipsius Gregorii in predicta Twerdygh exis* tentis pretactis dominis de Velyke, vt est premissum, concambialiter donatarum, sicut iidem fiiii Bekus et Thomas filius Demetrii dixerunt, hoc ordine separantur. Prima meta incipit a parte occidentali in quodam monte Terdahegy vocato iuxta terram predicti solius Gregorii in meta terrea, inde quasl inter aquilonem et orientem declinando, vtputa versus plagam orientalem peruenit ad aliam metam terream,- deinde similiter declinando versus eandem plagam orientalem cadit ad quandam fo- ueanv dehinc adhuc versus orientem eundo iuxta terram eorundem

[1] Slijedi precrtano »riuulum«,

<Iominorum de Velyke cadit in caput putey Chayzlonokautha vocati,- exhinc quasi inter orientem et meridiem ascendendo peruenit ad dumuin sum, subtus virgultum byk clokothya nominatum existentem con^ gerie lapidis tumulatum,- inde adhuc versus orientem subtus vineas ipsorum dominorum de Velyke eundo et declinando cadit in quandam siccam vallem, per quam eundo cadit in fluuium Orboua, per cuius meatum descendendo et ecclesiam sancti Georgii martiris transeundo ac deinde similiter in bono spacio per meatum eiusdem riwli descendendo exit de eodem in quandam vallem nemorosam versus occidentem et per ipsam vallem eundo ascendit ad montem ad dumum gertyan,- inde flectitur versus meridiem et eundo per eundem montem cadit in ^uandam siccam vallem Sclauonie <!> Zohodol dictam, in qua valle des- •cendendo peruenit ad finem eiusdem ad magnam viam, per quam eundo versus aquilonem iuxta terram eiusdem Gregorii peruenit ad finem cuiusdam sicce vallis, per quam vallem eundo venit ad caput eiusdem ad metam terream in latere cuiusdam montis existentem,- deinde in ^odem latere ipsius montis et versus eandem plagam secus finem cuiusdam virgulti ipsius Gregorii lusuch vocati per nouem metas ter« reas metatim tendendo deciinat in predictum riwlum Roholchpathaka nominatum, contra cuius cursum asscendendo peruenit ad caput eiusdem, inde versus eandem plagam, quasi in valle, in qua quandoque aqua pluuialis decurrit inter duos montes eundo iuxta vineam predicti Gregorii ascendit ad montem et transita ipsa vinea peruenit ad metam terream iuxta viam existentem, quam scilicet viam ibidem pertranse^ *unio* et per quoddam megye Kwrus videlicet cher versus eandem pla* :gam septemtrionalem eundo peruenit ad predictum virgultum clokothya nominatum, videlicet ad angulum eiusdem ad metam terream,- inde flectitur versus occidentem et eundo per berch iuxta aliud virgultum ztremach vocatum, ipsum virgultum includendo per metas lapideas vertitur ad priorem metam ibique terminatur. Mete siquidem annotatam porcionem possessionariam in predicta Dymynch habitam, vt iidem filii Bekus asseruerunt, a porcione possessionaria filiorum Demetrii et Ladislai filii Anthonii de Radouanch eiusdem terre Dymynch separantes et ad possessionem ipsorum dominorum de Velyke applicantes sunt hec: Prima meta incipit a parte aquilonis in commetaneitate predicte terre Orboua vocate ipsorum dominorum de Velyke in meta terrea,- inde tendit versus meridiem et venit ad aliam metam terream, dehinc adhuc versus meridiem eundo venit ad metam terream,- exinde versus ' eandem piagam eundo et quandam magnam viam pertranseundo venit .ad metam terream, abinde similiter versus meridiem eundo venit ad

metam terream/ inde adhuc versus eandem plagam eundo et meatum riwli Dymynch vocati pertranseundo venit ad metam terream/ exhinc similiter versus eandem plagam eundo venit ad metam terream,- deinde modo similiter tendendo venit iuxta siluam predicte terre Dymynch/ cuius scilicet silue ut ipsi filii Bekus dixerunt pars orientalis applicatur possessioni eorundem dominorum de Velyke secundum antiquas metas eorundem filiorum Bekus, pars autem occidentalis eiusdem silue, ut similiter ipsi filii Bekus dixerunt, remanet nobilibus de Radowanch pre* notatis et sic terminatur. In culus rei memoriam firmitatemque perpe^ tuam ad peticionem parcium prescriptarum eisdem partibus presentes concessimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas ac *zU* phabeto trium litterarum intercisas. Datum per manus discreti viri ma^ gistri Vaientini, lectoris dicte ecclesie nostre, sabbato proximo ante festum assumpcionis virginis gloriose, anno domini millesimo trecen^ tesimo LXX^{mo} quarto,

Iz prepisa istoga fiaptofa odg. I4o7- 5- apnfa, 6ako ga prepisao isti fiaptof god 142o. 19. aprifa. Izvornifi potonjega na pergam. u 6r. ugar. drz. arfiivu w Budimpesti. M. O. D. L. 33618. Stara sign. N. R. A. fasc. I5I0 N0 27-

35.

1374. 13. augusta. li Križevcima <In Crisyo).

Petar Cirfie, župan Riiževački, mofi fiaptof požešRi da ispita na sifja Grgura cfe Kravarina sina Jvana Bana, sto ifi je pocinio na* vfastito time, stoje mamio fimetove Tome sina BoRowog cfe Bagen* ReregtBur na svoje imanje.*

Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie beati Petri de Posaga magister Petrus dictus Chyrke, comes Crisyensis, amicicie debitum *et* honoris continuum incrementum. Dicitur nobis in persona Thome filit Bokow de Bagenkerezthur, quod homines et iobagiones magistri Gre* gorii, filii bani de Crauaryna, feria tercia proxima ante festum beate Marie Magdaiene nunc preterita vnum iobagionem ipsius Thome no* mine Thomam simui cum frugibus manipulatis in campo repertis ad predictam possessionem Crauaryna vocatam predicti magistri Gregorii domini ipsorum contra regni consuetudinem abduxissent moraturum pro* prya sua auctoritate et potencia mediante/ eciam idem magister Gre* gorius hominibus seu obagionibus eiusdem vniuersos iobagiones, qui causa commorandi ad dictam possessionem suam venire et se transfere velent moraturi, simul cum frugibus manipuiatis ducere suis iobagio^ nibus litteratorie commisisset. Super quo vestram presentibus amiciciam

petimus reuerenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro tcstimonio fidedignum, quo presente Andreas et Matheys, filii Alberti uel Petrus filii <> Philippi aut Lorandus filius Petri siue Petrus de Dach dicti de Sumug, aliis absentibus, homo noster illic personaliter accedendo ab omnibus, a quibus decuerit et licuerit parcium illarum hominibus palam et oculte diligenter inquirendo sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem scitaque premissorum veritate citet magistrum Gregorium filium Johannis condam bani de Crauaryna contra prenotatum Thomam filium Bakow <> de Bagenkerezthur in nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec seriem omnium premissorum prout fuerit expediens nobis amicabiliter more solito rescribatis, Datum in Crisyo, die dominico proximo ante festum assumpcionis virginis gloriose, anno domini millesimo CCC^mo^ LXXmo. quarto.

Iz tzvornog izvjesća Crefatoriae) baptofa požežfiog odg. 1374. 19- augusta, u arfovu $ugosfav. afiađemije u ZagreBu: Dipfomata a. 1374.

36.

1374. 19. augusta. <U Pozegi).

Kaptof požešfii izvješćufe Petru CirRi, županu firiževačfiom, cfa je Grgur cfe Kravarina, sin Bana Ivana, uistinu počinio nasifja, s Rojif) ga optužuje Toma sin Bo&otv de Bagen&ereztfjur.

Nobili viro et honesto magistro Petro dicto[1]^, comiti Crisyensi, amico eorum honorando, capitulum ecclesie beati Petri de Posaga ami* ciciam paratam cum honore. Recepimus litteras vestre nobilitatis hunć tenorem continentes:

(Sfijeđi fistina Petra CSyrMe upravfjetta na požešfii fiaptof gođ. 13J4. 13, augj

Nos itaque vestris amicabilibus peticionibus annuentes secundum earundem litterarum vestrarum continenciam cum prenominato Andrea filio Alberti, homine vestro, nostrum hominem Lucam, clericum chori nostri, magistrum altaris sancti Mych<aelis a>rchangeli, ad exsequendum infrascripta pro testimonio transmisimus, Qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente dicto te* stimonio nostro feria quinta proxima preterita a vicinis et commetaneis nobilibus et aliis communibus hominibus illarum parcium, quibus decuit et licuit diligenter inquirendo sciuisset, quod omnia premissa per pre* fatum magistrum Gregorium sic essent commissa et per suos homines ipsi Thome filio Bokow perpetrata[2]>, ut superius sunt conscripta, Qua

[1] Imalo bi slijediti Chyrke.

[2] Pred ovom riječi izbrisano »sic esset«.

quidem inquisicione facta idem Andreas et homo vester. presente dicto testimonio nostro eundem magistrum Gregorium filium Johannis condam bani in predicta Crauarna possessione sua contra annotatum Thomam fiiium Bokow ad feriam terciam proximam post quindenas predicti festf sancti regis Stephani nunc venturi ad vestre nobilitatis presenciam ci* tasset. Datum sabba<to> proximo ante festum sancti regis Stephani, anno domini millesimo CCC^{ma} LXX mo. quarto,

Na Brptw. Nohili viro et honesto magistro Petro dicto Chyrke^ comiti Crisyensi, pro Thoma filio Bakow de Bagenkereztur contra magistrum Gregorium filium Johannis condam bani inquisitoria et ad feriam terciam post quindenas festi sancti regis Stephani citatoria,

Izvomik na papiru u arfiivu Sugosf. afiađ. u %agre5u; Dipfomata a. 1374. Na Brptu vidi se trag pritisnutom pečatu, fiojim Bijase fistina zatvorena,

37.

1374. 27. augusta. U Zadru <Jadre>.

Bira, udova Pitofa de Nassis, prodaje Stancu i zeni mu Tomasini zemfjište u Rotaru sv, Sifvestra uz oBičajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem miiiessimo trecentessimo septuagessimo quarto/ indicione duodecima, die vigessimo septimo menssis augusti/ regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouico, dei gratia inclito rege Hungarie, Po~ lonie, Dalmatie et Crohacie ac illustri <!> principis domini Karoli de Duracio, ducis Dalmatie et Crohacie temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, dei gratia archiepiscopi Iadrensis ac magnifici et po* tentis viri domini Rafaelis de Surdis de Piacencia, honorabiliis comitis ciuitatis Iadre. Domina Bira, relicta ser Vitoii de Nassis, iure directi dominii et plene proprietatis dedit, vendidit et tradidit Stanez condam Merdesse et Thomaxine, eius vxori, vnum iocum vacum positum in confinio sancti Siluestri Verberatorum,- cuius loci hii sunt confines: de . . .. dic>tus emptor, de austro Cusma Cargaseuich, de quirina Johannes Danizich, de borea . . . . Mar)garita, eius soror/ — ad habendum, tenendum, posidendum et quicquid dictis emptoribus suisque h<eredibus>.. ..... <deincep>s placuerit perpetuo faciendum cum om^ nibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis. . . . . <floren>is sexdecim auri, quos florenos sexdecim auri dicta venditrix fuit <contenta et> confessa se ha<buisse>. . . . . <rece>pisse a dictis emptoribus ac.sibi datas, soluptas et numeratas esse/ excepcioni sibi non dati, non <tra^ diti et non numera>ti dicti precii et omni aiiii auxillio omnino renun^

cians. Promittens dicta venditrix per se su<dsque heredes et> sucešsores dictis emptoribus pro se suisque heredibus et sucessoribus stipulantibus de dicta re uendita seu parte <ipsius litem), questionem uel molestiam eis uel suis heredibus et sucesoribus vllo tempore non inferre, nec inferenti <consentire>, set predictam rem venditam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis defendere et excalupniare promisit in ratione ab omni homine, persona et vniuersitate et predictam vendicionem et omnia allia et singula supradicta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, atendere et obseruare et non contrafacere uel uenire per se uel allios, alliqua racione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii et omnium expensarum,. . . . ., , interesse litis et extra et obli* gacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, et pena soluta uel non, nihilominus hoc instrumentum in sua firmitate perduret. Actum Jadre, presentibus ser Damiano condam Cres. . . . . . . io, sartore, testibus ad hoc vocatis, rogatis et alliis.

Ego Iohannes condam ser <Biualdi de Botono>, iudex examinator manum missi.

(Sig. not.) Ego Bartholomeus. . . . . . .<condam> ser Paganini de Bononia olim cancellarii Iadre, publicus imperialli auctoritate <notarius et Iadre> iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et roborauL

Izvornib na pergam, u guBern, arfo'vu u Zadru. fod/'o sam. sv. Dominifia no. 736J.

38.

1374. 1. septembra Diosgyor <In Gyosgewr).

Ljudevit firafj ugarski i BrvatsRi potvrđuje na mofBu Ivana Bissena svoju povefju od 24. juna 1369. CCod dipf. XIV. p. 198.J

Nos Lodouicus, dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magister Iohannes Bissenus, fideiis noster familiaris, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras secreto nostro sigillo, quod penes nos gestamus, consignatas super quadam gracia speciali per nos sibi facta emanatas, tenoris in* frascripti,- petens nostram excellenciam prece humili et deuota, ut eas* dem nostris litteris patentibus transscribi et transsumpmi facientes pro ipso de benignitate regia dignaremur confirmare. Quarum tenor talis est:

(Sfijedi povefja Rrafja Ljudevita od g. 1369- 24. juna.J

Nos itaque iustis et legittimis peticionibus ipsius magistri Iohannis regio inclinati cum fauore pretactas litteras nostras omni prorsus su*

spicione carentes, presentibus de verbo ad uerbum insertas simul cum pretacta gracia in eisdem litteris nostris contenta et expressa pro eodem magistro Iohanne Bisseno et eius heredibus duximus perpetuo confir* mandas, presentes autem in formam nostri priuilegii redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Gyosgewr, in festo beati Egidii confessoris, anno domini millesimo CCC$^{m°}$- LXXmo. quarto.

Iz izvorn. prepisa firafja Sigismunda od g. 1411. 18. juna na pergameni u 6r. ugar. drž. arkivu u Budimpesti, M. O. D. L. 34829. ~ Stara sign. Acta mo nast. Ztreza fasc. IL No. L*

39.

1374. *5.* septembra. *(11* Dubrovniku).

DuBrovačRa općina daje svome posfanifiu Martofu de Tudisio, fioji ide sa posfaniRom krafja Ljudevita u Veneciju radi trgovačRog spora, štoje nastao medu DuSrovniRom i Venecijom, prigodne naputRe.

Commissio transmissa Jadram Martholo de Thudisio ituro Vene* cias cum domino Simone de Aurea, ambasiatore domini nostri domini regis Hungarie, pro factis nostre ciuitatis Ragusii.

Nuy Johanne de Grede, rector de Ragusa, cum lo consello deli pregadi, per auctoritade a *nuy* data dalo grando consello, cometemo a vuy Martholo de Tudis, nostro honorado citadino, che al nome de dio et de misser san Blasio, nostro defensor, debie acompagnar misser Si* mon, armirallo et ambasador del nostro signor misser lo re de Hun~ ^aria, per li nostri seruicii in Vinesia, se vederi che ello se contentera che andi cum esso,- et se ello non se contentasi, non andi. Mai lo debie informar deli nostri seruicii, sicho vuy saue plenamente, sichomo vi fo scrito in la vostra comission.

Et quando sera lo tratamento del aconzo deli nostri seruicii cum li Viniciani, debie destramente informar et ordinar cum lo ditto misser Simon ambasator, che per conseruamento et bon stado de Ragusa debia remagner fermo quello ordine chi hauemo fatto, che in Ragusa et in lo suo distretto nissuno foristero possa vendere ni comparare de lo foristiero, sichomo liViniciani haueno lo simile ordine in la lor citade de Vinesia.

Et aconzando lo ditto ambassator del signor, che nuy possamo mercadandisare in Vinesia, debia ordinar, che li Viniciani usando in Ragusa debia pagar in Ragusa per fatto delfe merchadantie quelli dacii, chi nuy paghemo in Vinesia facando in li la nostra mercadantia non

acreschando essi li dacii usati daspoi, che nuy fossimo sotta la regal magestade in Hungaria.

Et se allo tratamento, chi se fara del aconzo, la signoria ducale o vero aftri per essa, se agrauara de nuy et lamentara allo ditto am* hasador per li ordini, che hauemo fatti contra de lor, et tu serai cla= mado a responder, lor debie responder et schusarni, ca lo ordine che liauemo fatto, che lo foristiero non possa far merchadantia: »Nuy lo hauemo fatto per bon stado et conseruamento de la terra del nostro signore, sioho vuy hauy simile ordine in la vostra zitade de Venesia. Et per occasion de questo nostro ordine, che fessimo, vuy festi uno ordine a die XXIII. de decembrio in MCCCLXXIL, lo qual festi cridar publicamente in li luogi vostri usadi, che pasado lo mese de zenaro proximo sequente alguno Raguseo non alsa ni possa trar da Venesia algune mercadantie, poner ouer cortdur per se ouer per altro per al* guno muodo over ingenio, sotto pena de perdere tuto in che sera con* trafacto. Et ultra questo chaza zaschuno contrafazando et zaschaduno, chi caricasse mercadantie de alguno Raguseo per alguno muodo ouer ingenio ad pene, stricture et ligamenti deli contraordini delo hauer su^ tile. Et questo fo comesso a tutti li officiali vostri deli contrabandi, che inquira de quelli, chi contrafa e schuda le pene, habiando lo terzo de quelle pene et le duy parte deuegna in vostro comun, Et se sera achu* sator dele ditte chose, habia lo terzo de quelle pene e sia tegnudo de credenza vera. Anchora allo die ultimo de mazo proximo sequente, dapoi delo dito mese de decembrio festi uno altro ordine contra li Ra* jjusei, lo qual festi cridar m li vostri luogi usadi digando; »Cum zo sia in pro quello, che li Ragusei sia mal disposti incontra lo honore dela signoria de Vinesia et habia fatto partir li nostri citadini dale sue terre •et luogi, ando et fo presa la parte, che tuti li Ragusei, de quadunqua rason si sia, debia fin a di VIII. proximi hauerse partidi da Vinesia et •da tute le terre et luogi delo coifnun de Vinesia soto pena delo hauere €t dele persone«. Et fo comesso alli proueditort delo vostro comun de catauere et a tutti li officiali deli contrabandi, che debia inquirer quelli <;hi contrafa et debia scuoder le pene/ la qual chosa non e vera che zamai li vostri zitadini non fo menadi da Ragusa ni dalo suo destretto«.

Et se tu non serai clamato a responder soura questi seruisi et tu •debi ordinadamente informar lo ditto ambasador del signor, che ello <lebia responder per nuy per H muodi scriti de su.

Et se non se porra optignere lo nostro intendimento a plen, si cho se conten in questa comissione, se mello non se porra, debia se pur optignere che romagna lo nostro ordine fermo, che furjstier cum

furistiero non possa far mercadantia in Ragusa et in' lo suo destretto,- et tute le altre chose romagna in li termini, che fo intra nuy et li Vi* niciani in lo tempo, quando nuy fessimo lo ditto nostro ordine lo qual volemo che romagna fermo.

Et debie recordare al ditto misser Simon ambasator per lo fatto dela nave de Marino de Menze, che fo abrusada dali Viniciani, si che tu siy informato, che debi exponere alla ducale signoria domandando debita satisfacion.

Et quando tornari da Vinesia cum lo dicto ambasator a Zara debie ni scriuer da Zara ordinadamente per tua littera *zo,* che sera conzo deli ditti nostri seruisii in Vinesia. E da Zara debie andar cum lo ditto ambasador in Hungaria allo ditto nostro signor e debieni scriuer de la resposta del ditto nostro signor et del suo consello soura li ditti nostri seruicii, e non vi debie partire del ditto nostro signor senza lo nostro comandamento.

*Lettere e commissioni di Levante 1359~~l38o. fof. 84~*85-*
LiSri reformationum IV. 142—144.
Gefcic^ TSaffoczy Dipf Rag. Br. 54, 69-71.

40.

1374. 8. septembra. <U Cazmi>.

Kaptof čazmansHi prepisuje svoju fistinu ocf 1374. 12. jufija CCod. dipf JCP. str. 47J*

<C>apitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi <fidelibus> tam presentibus quam futuris Dresencium noticiam habituris salutem in sa* lutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus perue* nire, quod discretus vir Mathei <!> sac<erdos>, rector ecclesie sancte Crucis, de genere Woyk vice et nomine Nicolai filii Georgii Achow[1] ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes moderno nostro sigillo consignatas petens a nobis nomine eiusdem Nicolai d<ebit>a pre<cum> instancia, ut tenorem et formam earundem de verbo ad verbum transscribi sigillique nostri appensione consignari dignaremur. Quarum tenor talis est:

CSfijedi fistina istoga fiaptofa od 12. jufija 1374.J

Nos itaque peticionibus ipsius domini Mathei vice et nomine iam dicti Nicolai filii Georgii de dicta Topolcha nobis factis gratum pre^ bentes assensum easdem litteras de verbo ad verbum transscribi et lit*

[1] Mjesto ovo je vlagom oštećeno, osim toga A pada baš na prijegib, te ir- gleda, budući mu je glavni potez prelomljen, kao da slijedi još r, dakle: Archow^

teris nostris priuilegialibus inseri fecimus vberiorem ad cautelam. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in festo natiuitatis beate Marie virginis, anno domini eodem Mmo CCCmo septuagesimo quarto.

Izvornifc na pergam. u Mr, ug, drz. агб. u Budimpesti D, L. Зо.бJб. CStara signatura vaffda topdc, samostana No. 6SJ

Na Cisttni visi sviCena pCetena uzica zeCene i BijeCe Bojej pečata više nema. Spominje ga u opasci Nagy: Codl And. VI, 4 6 Br. 2.

41.

1374. 8. septembra Csurgć <Chorgo>.

Rajmundo di Beffamonte prior Ivanovaca i njegov Ronvent daju svoju zemfju Surfietinac pod gradom Befom Pavfu Ivanovu kao predij.

Nos frater Raymundus de Bellamonte sacre domus hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani per Hungariam et Sclauoniam prior humilis et comes de Dubycha, memorie commendantes tenore presencium signi* ficamus quibus expedit universis, quod nos consideratis serviciis Pauli filii Juan per ipsum iuxta suam possibilitatem nobis et nostro ordini im* pensis et impendendis de consilio, consensu et assensu fratrum et pro* cerum nostrorum in presenti capitulo nostro nobis assistencium, quam* dam terram nostram Jurketynch vocatam in territorio castri nostri Bela existentem, cum omnibus suts utilitatibus et iuribus ad eandem quo* quomodo spectantibus, exceptis decimis pro nobis reservatis, usque ad nostrum et nostrorum successorum beneplacitum dedimus eidem Paulo et suis heredibus ac damus et confirmamus ad habendam, utendam et possidendam, solvendo nobis vel castellano nostro de Bela idem Paulus et sui heredes de dicta terra annuatim *in* festo sancti Martini octo pensas denariorum et alia servicia more aliorum predialium no* strorum nobis et nostro ordini exhibendo,- reservamus eciam certa iu* dicia, videlicet incendii, sanguinis effusionis et violencie, quarum iudi* ciorum due partes pro nobis in domo nostra, tercia vero eidem Paulo et suis heredibus applicentur. In cukis rei memoriam presentes litteras nostras privilegiales duximus concedendas. Datum in domo nostra de Chorgo, in festo nativitatis beate virginis, in quo eciam die capitulum celebravimus. Anno domini MCCCLXX quarto.

OriginaC na pergameni. Iz arfiiva MaptoCsftog prepisao Ivan TiiaCčić.

42.

1374. 10. septembra. Pont de Sorgue <Apud Pontem Sorgie).

Grgur XI. papa dozvofjuje BisRupu zagreBačfiom da u parnicama podignutim proti njemu pred rimskom tiurijom ne treBa osoBno do faziti, već da si nade zastupniRa.*

Gregorius episcopus etc. venerabifi fratri Stephano episcopo Za* grabiensi, salutem etc. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, tuis exigentibus meritis, perpetua benivolencia prosequentes illam tibi graciam favorabiliter impendamus, quam tibi et tuis commoditatibus fore conspicimus oportunam. Tuis itaque in hac parte supplicationibus inciinati, ut tu, qui carissimi in Christo fiiii nostri Ludovici regis Ungarie iilustris ambaxiator ad nos destinatus existis, ut in quibus* cumque iam motis, etiam si cause ipse criminales et criminaliter inten* tate fuerint, personaliter citari nequeas, et ad personaliter comparendum in causis ipsis minime tenearis, etiam si auctoritate nostra huiusmodi personalis citacio contra te iam forsan concessa seu decreta existeret, sed per procuratorem iegitimum in causis ipsis te defendere vafeas, et usque ad exitum earundem causarum ad ipsarum defensionem per pro^ curatorem huiusmodi admitti possis et debeas, quibuscumque consue* tudinibus apostolicis vel aliis, necnon stiio, usu et consuetudine dicte curie vel palacii apostolici contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tibi concedimus de gracia speciali. Nuiii ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Datum apud Pontemsorgie Avinionensis diocesis, IV. Idus septembris, pontificatus nostri anno quarto.

Tfieiner Mon. Sfav. Mer. I. no. 4/6 str. 29S fe ?eg. an IV. cod. cBart. tom. 2/. fof. 39o.*

43.

1374. 16. septembra. U Senju <Segnie>.

Nifiofa, sin Safiova zvanog Zavas iz zupanije modrušfie, dariva, da ovrši posfjednju vofju svoje matere, samostanu MafoBraćana u Senju gradifište u 5enjut ovaj dar sudBeno se potvrduje,

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem miiiesimo trecentesimo septuagessimo quarto, indictione duodecima, diesexto de* cimo mensis septembris^ temporibus equidem domini Lodouici, dei gratia serenissimi regis Vngarie, venerabilis in Christo patris domini fratris Prothiue, eadem gratia episcopi Segniensis, magnificorumque virorum

dominorum Stephani et Johannis, Vegle, Modrussie, Ge^che ac Vino* dolli comitum nec non Segnie dominorum naturalium, generosi militis domini Andree, vicecomitis Moysis condam iudicis Bartholi/ Georgii condam ser Eanelli, iudicum ciuitatis Segnie nec non Jacobi condam iudicis Vidonis, etiam iudicis Segnie. Actum Segnie in et super balla* durio hospicii generosi militis domini Andree, vicecomitis antedicti, presentibus eodem domino vicecomite Andrea, prouido viro Paulo, prothonotario magnifici domini comitis Johannis, Poker Teothonico, An* tonio filio Frixoni olim vicarii Segnie et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis, Ibique Nicolaus filius ser Jacobi uocati Zauas de Foroiulii, nunc habitator in comitatu „dictorum dominorum comitum Stephani et Johannis, cupiens ultimam volunt^tem, legatum atque mandatum domine Marie condam matris sue ac filie domini vicecomitis David executioni mandare,- que domina Maria, ut ipse Nicolaus et Jacobus pater eius fatebantur, suorum verborum ultima voluntate ac ordinatione iussit et mandavit expresse, quatenus cassalem infrascriptum dictus eius filius et heres dare deberet iure proprio et in perpetuum loco conuentus fratrum Minorum de Segnia de consensu, voluntate atque licentia dicti sui patris ibidem presentis, volentis, consencientis, confirmantis et ratificantis omnia et singula supradicta et infrascripta,- per se suosque heredes, posteros ac successores dedit, tradidit, donavit et allienavit iure proprio et in perpetuum religioso ac honesto viro fratri Marco de Vegla, guardiano conuentus fratrum Minorum de Se* gnia, vice et nomine dicti loci et pro ipso loco pro se suisque posteris ac successoribus recipienti vigore dicti legati adimplendi et[1] ex causa et nomine pure, mere, libere, simplicis et irrevocabilis donationis, que dicitur inter viuos, vnum cassalem dicte domine Marie positum Segnie apud domum heredum condam iudicis Jacobi Plachipogachi^h, apud quendam locum vacuum condam Petri Androsigh versus ripam maris et apud vias publicas ab aliis duobus lateribus, ut ibi dicebatur,- ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, superhedificandum, affictandum, locandum, alliuelandum, permutandum, donandum, uen^ dendum, allienandum et quidquid ipsi guardiano suisque posteris ac successoribus uice et nomine dicti loci et pro comodo ac utilitate ip* sius loci placuerit deinceps perpetuo faciendum tanquam de re propria ipsius foci de ipso cassali seu cum domus constructa fuerit/ cum om* nibus et singulis, que infra predictos continentur confines vel alios, si qui forent ueriores, accessibus, *egresslbus,* iuribus, proprietatibus, com^-

[1] umetnuto iznad linije.

modis, utilitatibus, pertinentiis, coherentiis, usibus, actionibus et requi» sitionibus quibuscumque ipsi et ad ipsum cassalem spectantibus et pertinentibus quoquo modo in integrum a celo usque ad abissum. Quem cassalem sic donatum et datum idem Nicolaus donator de consensu et uoluntate dicti sui patris se uice et nomine dicri ioci et pro ipso loco constituit possidere donec dictus donatarius nomine quo supra ipsi cassali <!> possesionem intrauerit et acceperit corporafem, quam in* trandi, accipiendi et retinendi exnunc sua propria auctoritate sibi li- * centiam, auctoritatem et omnimodam potestatem contulit atque dedit. Hoc adicto <!) ut idem guardianus sibi assignare et dare debeat aliquem[1] seu monumentum in dicta ecclesia santi <!) Francisci, vbi congrue pos- sint suum et eius successorum corpora vniuersis temporibus sepeliri. Promittensque dictus Nicolaus de consensu, voluntate ac assensu dicti sui patris ibidem presentis et consencientis per se suosque heredes, posteros ac successores eidem guardiano pro se suisque posteris ac successoribus uice et nomine dicti loci et pro ipso loco stipulanti et recipienti litem, questionem, molestiam, controuersiam aut tedium ali* quod ipsi guardiano suisque posteris ac successoribus de ipso cassali seu cum domus fuerit, aut aliqua parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set ipsum casalem seu cum hedificatus fuerit eidem guardiano suisque posteris ac successoribus seu qui pro tem* pore legittime fuerit loco sui ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate legittime deffendere, disscalumpniare et modis omnibus dis* sbrigare in iuditio et extra, temporibus vniuersis suis propriis sump- tibus et expensis/ et ipsam donationem, dationem, traditionem, pro~ missionem et omnia et singula supradicta et in hoc puplico instrumento contenta perpetuo firma et rata habere et tenere, attendere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione vel causa seu ingenio, de iure uel de facto, nec ipsam dona« tionem ingratitudine vel offensa aliqua reuocare seu retractare sub pena dupli extimationis dicti cassalis, habita semper ratione meliorationis, que pro tempore fuerit, stipulatione *in* singulis capitulis huius instrumenti in sclidum promissa, reffectione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum,- cuius pene medietas curie coram qua questio fieret de premissis aut aliquo premissorum et reliqua medietas ipsi conuentui fratrum Minorum adueniat,- qua pena soluta vel non, rata et firma maneant omnia et singula supradicta et in hoc publico instrumento contenta.

* nešto fali/ možda »locum«.

Et quia dictus Nicolaus minor erat viginti quinque annis maior tamen quatuordecim, iurauit corporaliter ad santa<!> dei evangelia tactis santis scripturis se ipsam donationem factam ab eo ipsi loco conuentus fratrum Minorum et omnia et singula in hoc instrumento contenta se perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere aut uenire per se vel alium, aliquo iure uel statuto seu beneficis quo uel quibus in preiudicium predictorum uti posset.

Insuper sub eodem millesimo., die quo supra ad instantiam et petitionem dicti fratris Marci, guardiani dicti conuentus fratrum MU norum, proclamatum fuit quatuor diebus dominicis immediate sequentibus de mandato et uoluntate dicti domini vicecomitis Andree per Borcum preconem comunis alta voce in locis debitis et consuetis, vt, si quis uellet se dictis donationi et dationi ipsius cassalis in aliquo opponere aut deberet aliquid super ipso cassali recipere et habere per modum aliquem comparere deberet coram curia Segnie accepturus de iure suo iusticie complementum, quomodo idem guardianus paratus erat cuilibet iuste petenti reddere et facere debitam satisfationem, alioquin dictus guardianus nomine dicti loci possit et ualeat facere suam omnU modam voluntatem tanquam de re propria dicti loci. Quibus quidem quatuor proclamationibus sic factis de mandato dicte curie et celle^ bratis nemine se dicte donationi in aliquo opponente, contradicente vel quicquam petente, idem dominus vicecomes Andreas rector Segnie sedens pro tribunali in loco iuridico facta sibi relacione de predtctts omnibus et singulis sufficienter et debite vt moris est Segnie, instantibus ipso guardiano ser Nicoletto Vallaresso de Veneciis et magistro Bar= tholomeo medico de Caucus de Mutina, procuratoribus dicti loci et pro ipso loco, diffiniendo sententiavit et sententiando diffiniuit et adiu* dicavit dictum cassalem ipsi loco conuentus fratrum Minorum de Segnia, vt de cetero ex ipso et de ipso casali cum omnibus suis iurU bus et actionibus faciat et agere possit temporibus vniuersis suam et suorum successorum omnimodam et liberam voluntatem tanquam de re sua propria dicti loci sine contradictione alicuius persone. Iubens ibidem et in presenti Pribislauo douornico, dato ad omnia predicta pristauo, quatenus ipsum fratrem Marcum et procuratores loci predicti nomine dicti loci et pro ipso loco ponere et mittere debeant in corporalem possessionem et tenutam dicti cassalis. Et sic idem pristaus <!> eundem fratrem Marcum et procuratores dicti loci introduxit et posuit in corporalem possessionem et tenutam dicti cassalis, prout sibi extitit ordU natum per ipsum dominum vicecomitem Andream vigore dictarum prociamationum et sententie.

T Ego Beneuenutus vicecomes Segnie, examinator manum misu (*Signum notarii).* Ego Nicolaus condam Dominici de Vegfa, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc comunis Segnie officialis iuratus, hiis omnibus et singulis interfui, rogatus scripsi et publicaui meoque signo solito et consueto corroboraui.

Izvornifi na pergam. u ar£. samostana u Trsatu no. 11 E./ izvorni prepis u istom samostanu no. 12 E,

44.

1374. 22. septembra. U Dubrovniku <Ragusii>.

Bisfiup treBinjsRi daje nefiu zemfju mrfianjsfiu Medosu Radosaficu fiao fiofonu uz odredene uvjete.

In Christi homine amen. Anno natiuitatis eiusdem mil<l>esimo tre^ centesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima, die vigesimo secunda <!> mensis septembris, Ragusii, coram testibus infrascriptis. Nos quidem Franciscus, dei gracia episcopus Tribuniensis et Merchancium, confitemur, quod vnam possessionem ecclesie de Merchana vinearum et terrarum positam iri Bielem iuxta possessionem Marini Lampri de Men^e pro euidenti vtilitate et augmento eiusdem ecclesie cum omnibus suis iuribus et pertinentiis dedimus et concessimus seu locauimus Me* dossio de Radossalich de Bielem vsque ad sextam generationem incipi» endo ab ipso, tati vero pacto, quod omni anno proxime futuro debeat soluere nobis et nostris successoribus in dicta ecclesia pro affictu dicte possessionis yperperos tres et vnum duplerium duarum librarum cere munde, et duo exsenia, quodlibet de vna gallina et vna fogacia, vnum in natiuitate et aliud in pascha resurrectionis. Quibus omnibus et sin~ gulis ipse Medossius presens consensit. Et hec locatio facta fuit de expressa licentia in premissis hodie attributa a minori consilio dicte ciuitatis. Ser Blasius de Grede, iudex et ser Clemens Marini de Goze, testis.

(Signum notarii.J

Ego Bartholomeus de Scondrato de Cremona, publicus imperiali auctoritate notarius ac iuratus cancellarius et vicenotarius Ragusii, fi* deliter publicaui.

Originaf u đuBrovačkom arkivu. ZBirfia Saec. JCIP.

45.

1374. 27. septembra. U Krku <Vegie>.

Izvadak iz oporufie Bogdane, fiojom ostavfja svomu nećafcu Vufcini, sinu podžupana Petra, vinograd Koroducb.

In Christi nomine amen. Hec est quedam particula per me nota* rium infrascriptum in publicam formam redacta et transumpta ex quo* dam publico testamento Bogdane filie quondam domini , ... scripto et publicato manu judicis Quirini notarij sub 1374. indictione 12., mensis septembris die 4. exeunte/ cujus quidem particule tenor seguitur et est talis: In primis quidem dimisit Vulcine, ejus nepoti, filio domini Petri vicecomitis Besche unam suam vineam dictam de Coroduch cum omnibus iuribus et pertinentiis, positam in contrata Vallium de Murco, apud vineam Jacobi de Nussichij, et prope vineam Dominici de Pre^ dichicio ut ibi dicebatur, et si qui alij sui essent confines meliores, tali modo et conditione, quod dictus Vulcina, vel qui ejus loco fuerit, teneatur et debeat perpetuo annuatim facere ardere duas lampades pro salute anime dicti viri sui et sua et suorum mortuorum in festivita^ tibus principalibus et diebus dominicis/ unam videlicet in ecclesia sancti Francisci de Vegla in cemeterio, cujus sibi eliget sepulturam ecclesi- asticam, et aliam in ecclesia monasterij sancti Michaelis de Vegla, et facere fieri perpetuo annuatim unum obitum cum pulsatione campa* narum in dicta ecclesia sancti Francisci, ut ibi moris est, pro animabus dicti viri sui et sua/ et sic dicta possessio semper vadat de herede in heredem cum dictis debitis et tributis,- et nunquam admitti non possit pro aliquo debito vel maleficio, neque aliquo modo vel causa, sed semper dictis debitis sit subjecta. Ego vicecomes Mattheus manum misi.

fSignum notariQ Ego Bartholus filius quondam vicecomitis Pauli deVegla, imperiali auctoritate notarius ac iudex ordinarius et comunis civitatis Vegle notarius iuratus, ad instantiam et petitionem domini fratris Nicolai de Vegla, custodis et nomine conventus fratrum Mi- norum sancti Francisci de Vegla, iuridice reguirentis et petentis, de mandato, licentia et auctoritate supradicti vicecomitis Mauri mihi tra* dita et concessa, prout in dicto testamento inveni, dictam particulam de verbo ad verbum fideliter scripsi, publicavi et corroboravi, nil addens nil minuens, quod sensum mutet vel intellectum, anno 1397. indictione

5., die 12, mensis decembris Vegle, in curia dicti vicecomitis Marci[1], presentibus Marino filio vicecomitis Barthoii de .... Nicolao de Agi* vertis, Mattheo de Dobraza et aliis testibus <subscripsi>.

ZBorniM Bartofi str. 18.

46.

1374. 6. oktobra. <U Zagrebu).

ZagreBački kaptofpo nafogu Rrafja prepisuje svoju fistinu od god. 1363. 8, decemBra. fCod dipL XIII, p. 32V.

<C)apituIum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Johannes filius Andree et alter Johannes filius Egidii, Thomas filius Pauli et Georgius filius Vimber, nobiles de sancto Andrea, ad nostram personaliter accedentes presenciam, exhibuerunt et apportarunt nobis litteras clausas excellentissimi principis domini Lodovici, dei gracia regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., maiori suo sigillo consignatas, in quibus nobis manda^ batur, quod quia ipsi nobiles litteralia sua instrumenta atque munimenta priori nostro sigillo consignata debito tempore per ipsius domini nostri regis maiestatem termino assignato introportare et sub nostro nouo sigillo transscribi facere non potuissent, ideo nunc de regio mandato eadem instrumenta sub dicto nostro priori sigillo emanata et confecta sub nostro nouo sigillo transscribi facere deberemus, interque instru^ menta ipsi nobiles ad presens exhibuerunt nobis quasdam nostras lit* teras priuilegiales nostro priori sigillo consignatas tenoris infrascripti,• petentes nos, vt easdem transscribi et nostro nouo sigillo consignare faceremus. Quarum tenor talis est:

CSfijedi fistina od g. /363. 8. decemBraJ.

Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis obedientes pericU oniqe eorundem nobilium annuentes, dictas nosrras litteras priuilegiales inuenientes esse veras eas de verbo ad verbum transscribi fecimus et nouo nostro sigillo pendenti consignari. Datum in octauis festi beati Mychaelis archangeli, anno domini M.°CCC°LXX.° quarto.

Izvornifc na pergameni u kr. ugar. drž. arMivu u Budimpesti. M. O. D. L. 35.248. Stara signatura ~ Acta monasterii Garig fasc. II. No. 28.

Na fistini visi o crvenoj i zefenoj svifenoj vrpci ošteceni pečat

[1] Vidi gore Maurus.

47.

1347. 7. oktobra.

Bi**l**ješka.

Die **VII.** octobris. Restituantur ad mandatum domini ducis vel regium octo trabes mutuo accepte a domina ducissa pro catena portus fienda.

Lucius Memorie die Trau p. 3oo etc.
Tejer Cod dipf. IX. 4. 656-657-
Wenzef Acta extera TIL 98.~/o2,

48,

1374. 15. oktobra. U Senju. <In civitate Segnie).

Samostan Mafobracana u Senju daje Mifiufi Stjepanovu MarRofca mfin u dofini sv. Križa uz odredena godišnja podavanja.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima, die quinto de^ cimo mensis octubris,- temporibus equidem domini Lodouici dei gracia illustrissimi regis Vngarie,- venerabiiis in Christo patris domini fratris •<Prothi>ue eadem gracia episcopi Segniensis magnificorumque virorum dominorum Stephani et Johannis, Vegle, Modrusse, Ge^che ac Vinodolli <;omitum, nec non Segnie dominorum naturalium, generosi militis domini Andree vicecomitis, Moysis condam iudicis Bartholi, Georgii, condam ;ser Zanelli, iudicum ciuitatis predicte, Actum in dicta ciuitate Segnie in ecclesia santi Francisci, presentibus ser Jacobo condam ser Nicolai Paonis, ser Bayalardo condam ser Lapy de Veneciis, habitatoribus Segnie, Bartholo condam Christoli, Drasce, ciue Segnie et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis. Cum locus conuentus fratrum Minorum de Segnia haberet quoddam molendinum positum in valle Sante crucis districtus Segnie, ab vna parte cuius est mons uersus austrum, ab alia uero parte est via publica dicte vallis,- nec ipsum molendinum fposset apte colfere uel colli facere ita quod ad commodum et pro^ fectum dicti conuentus reddundaret, infrascriptam concessionem et per^ petuale liuellum, utputa utilius, maiorisque utilitatis ipsi loco et conuentui facere procurauit atque decreuit. Idcirco congregatis fratribus dicti loci in capitulo ad sonum campanelle, ut moris est, ad infra^ ;scripta facienda atque tractanda, silicet<!> honesto viro fratre Marco de Vegla, guardiano loci predictt, fratre Quaterno de Scutaro lectore, iratre Petro de Kataro, fratre Quirino de Busanna, fratre Lucha de

Spalato, fratre Dimitrio de Scutaro, conuentualibus dicti loci ibique
sier<!> Nicolottus Vallaresso de Veneciis mercator et habitator Segnie
tamquam procurator et procuratorio nomine dicti loci, prout de ipsa
procuratione constat publico instrumento scripto manu mei Nicolai$_r$
notarii infrascripti, uice et nomine dicti loci et conuentus et pro ipsa
loco et conuentu de consensu, uoluntate, licentia atque mandato dic^
torum fratrum ibidem presentium, uolentium, mandantium et confirman^
tium omnia et singula supra et infrascripta per se suosque posteros ac
successores in perpetuum concessit, locauit atque dedit ad perpetuale
liuellum MicuIIe condam Stipanni de Marcola<p, habitatori in dicta valle
pro se suisque heredibus, posteris ac successoribus conducenti et reci*
pienti vnum molendinum dicti loci positum in ipsa valle, ubi supra
cum toto terreno sibi cohaderente<!>, circumstante et ad ipsum molen^
dinum spectante et pertinente,- ad habendum, tenendum, possidendum,
gaudendum, reconciliandum, construendum, aptandum, aliis locandum*
et affictandum, nec non omnia et singula comoda et utilitates ex dicto
molendino prouenientes accipiendum et in suos usus conuertendum,
iura sua permutandum, donandum, uendendum et allienandum, pro
anima et corpore iudicandum et dandum et quicquid ipsi Miculle «uis^
que heredibus, posteris ac successoribus de iuribus tam habitis, quam
habendis in ipso mofendino deinceps placuerit perpetuo faciendum,- cum
accessibus, egressibus, iuribus, proprietatibus, comodis, utilitatibus, co^
herentiis, pertinenciis, vsibus, requisitionibus et actionibus quibuscum^
que ipsi et ad ipsum molendinum spectantibus et pertinentibus quoquo
modo usque in viam publicam,- saluo semper et reseruato ipsi loco et
conuentui iure dominii et proprietatis, affictus et pensionis ducatorum
trium auri boni et iusti ponderis dandorum et soluendorum in perpe*
tuum eidem procuratori vel guardiano suisque posteris ac successo^
ribus recipientibus uice et nomine dicti loci et pro ipso loco annuatim
in festo omnium santorum de mense nouembris proximi,- sub pena in-
ferius anotata, videlicet librarum viginti quinque paruorum. Promittensque
dictus procurator procuratorio nomine uice et nomine dicti loci et pro
ipso loco de consensu et uoluntate dictorum fratrum ibidem presentium
et confirmantium omnia et singula supra et infrascripta per se suosque
posteros ac successores solempniter sine aliqua exceptione iuris aut
facti se obligando eidem Miculle pro se suisque heredibus, posteris ac
successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem, molestiam, con^
trouersiam aut grauamen aliquod eidem Miculle uel suis heredibus,
posteris ac successoribus de ipso molendino aut aliqua parte ipsius-
vllo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set ipsum molendi^

num cum omnibus suis iuribus ipsi Miculle suisque heredibus ac suc* cessoribus ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate legittime deffendere, disscalumpniare, auctori^are *et* disbrigare. Que omnia *et* singula supradicta et in hoc instrumento contenta promiserunt uicissim, silicet vna pars alteri ad inuicem solempnibus stipula-tionibus hine inde interuenientibus perpetuo firma et rata habere atque tenere, attendere, obseruare et adtmplere et contra non facere uel uenire per se uel alios, aliqua ratione uel causa seu ingenio, de iure uel de facto, sub pena librarum quinquaginta paruorum ex parte dicti loci et librarum viginti quinque paruorum pro parte dicti conductoris,- stipulatione in singulis capitulis huius instrumenti in solidum promissa,- que pene tociens com* mittantur et exigi possint in singulis capitulis huius instrumenti, quociens fuerit contrafactum,- refectione omnium dampnorum et expensarum ac interesse, que et quas vna pars occasione alterius sine sua culpa faceret uel substineret in iudicio siue extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis, attendendis et adimplendis obligauerunt uicissim vna pars alteri, silicet idem procurator bona dicti loci et ipse con* ductor sua omnia bona mobilia et immobilia, presentia et futura. Qua* rum penarum medietas curie coram qua questio fieret de premissis aut aliquo premissorum et reliqua medietas parti deueniat obseruanti/ quibus penis aut aliqua earum sofuta uef non, rata et firma semper maneant omnia et singula supradicta et in hoc publico instrumento contenta etc„ ut plenius fieri potest secundum sylabam predictorum ad sensum et laudem cuiuslibet sapientis.

f Ego[1] Beneuenutus vicecomes Segnie, examinator, manum misi *CSignum notarii.J.* Ego Nicolaus condam Dominici de Vegla, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc comunis Segnie officialis iuratus, hiis omnibus et singulis interfui, rogatus scripsi et publicaui meoque, signo solito et consueto corroboraui.

Izvornik na pergam, u ar&. sam. u Trsatu no. 14. C.

49.

1374. 15. oktobra. U Senju. <In civitate Segnie).

Samostan MafoBracana u Senju daje sucu Sosipu razrušenu nefiu iiuću uz godišnja podavanja.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indiptione duodecima, die quinto

[1] Drugi rukopis.

decimo mensis octobris, temporibus equidem domini Lodouici, dei gracia serenissimi regis Vngarie, venerabilis in Christo patris domini fratris Prothiue, eadem gracia episcopi Segniensis magnificorumque virorum dominorum Stephani et Johannis, Vegle, Modrusse, Ge^che ac Vino-dolli comitum nec non Segnie dominorum generalium, nobilis militis domini Andree vicecomitis, Moysis condam iudicis Barthoii, Georgii condam ser Zanelli, et Jacobi condam iudicis Vidonis, iudicum ciuitatis predicte, Actum in ipsa civitate Segnie, in ecclesia santi Francisci, presentibus ser Jacomello condam ser Nicolai Paonis, ser Bayalardo condam ser Lapij de Veneciis, mercatoribus et habitatoribus Segnie, Bartholo condam Christoli, Drascio ciue Segnie et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis. Cum locus conuentus fratrum Minorum de Segnia haberet infrascriptum cassalem disiectum et funditus dirup* tum, nec ipsum posset congrue reconciliare et ad structuram domus redducere ac reformare, infrascriptam concessionem et perpetuam da* tionem utputa magis utilem ipsi loco et conuentui facere procuravit» Idcirco congregatis fratribus dicti loci ad sonum campanelle ad infra* scripta specialiter facienda atque tractanda, scilicet fratre Marco de Vegla guardiano, fratre Quaterno lectore de Scutaro, fratre Petro de; Catharo, fratre Quirino de Busanna, fratre Lucha de Spalato, fratre Demetrio de Scutaro, conuentualibus dicti loci ibique ser Nicolottus Vallaresso de Veneciis, procurator dicti conuentus, ut de ipsa procu* ratione constat instrumento facto manu mei Nicolai notarii infrascripti, nec non magister Bartholomeus medicus de Caucas[1] de Mutina, eciam procurator dicti loci, ut asserebant habitatores Segnie, vice et nomine dicti conuentus et pro ipso loco de consensu, voluntate atque licentia dictorum fratrum ibidem presencium et consentientium, confirmantium et ratificantium omnia et singula supra et infrascripta per se suosque posteros ac successores, in perpetuum dederunt, concesserunt, loca-uerunt et ad liuellum sempiternum contulerunt viro nobili iudici Joseph condam iudicis Dimini, ciui Segnie, tanquam plus offerenti et danti pro se suisque heredibus, posteris ac successoribus conducenti et re* cipienti vnum cassalem dicti loci positum in ciuitate Segnie apud domum heredum condam iudicis Jacobi de Cusma apud casalem seu locum uacuum condam Petri Androsich et apud vias publicas, vt ibi dice* batur/ ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, superhedifi* candum et construendum, aliis locandum et affictandum nec non omnia comoda et vtilitates de ipso cassali et cum domus fuerit, accipiendum et in suos vsus et vtilitates convertendum, permutandum, iura sua tam

[1] Cautris?

habita quam habenda in ipso cassali donandum, uendendum, allienan^ dum et pro anima et corpore iudicandum et distribuendum ^t quicquid iudici Joseph suisque heredibus, posteris ac successoribus de iuribus tam habitis, quam habendis in ipso cassali deinceps placuerit perpetuo faciendum/ cum accessibus, egressibus, iuribus, proprietatibus, commodis, utilitatibus, coherenciis, pertinenciis, vsibus, requisicionibus quibus» cumque ipsi et ad ipsum cassalem spectantibus et pertinentibus quoquo modo in integrum a celo usque ad abissum/ salvo semper et reseruato ipsi loco et conventui iure dominii et proprietatis, affictus et pensionis ducatorum quinque auri boni et iusti ponderis dandorum et sofuen* dorum in perpetuum eisdem procuratoribus uel guardiano dicti loci su= isque posteris ac successoribus recipientibus uice et nomine dicti loci et conuentus et pro ipso loco annuatim in festo omnium santorum de mense novembris proximi,- nec non faciendum celebrari vnam missam conuentualem similiter omni anno sub pena inferius annotata. Promittentes insuper dicti procuratores procuratorio nomine, vice et nomine dicti ioci et pro ipso loco de consensu, uoluntate et licentia dictorum fra- trum ipsius conuentus ibidem presentium, uolentium ac consentiencium omnibus et singulis in hoc contractu contentis per se suosque posteros ac successores solempniter sine aliqua exceptione iuris aut facti se obligando ipsi iudici Joseph pro se suisque heredibus, posteris ac suc* cessoribus stipulanti litem, questionem, molestiam, controuersiam aut gravamen aliquod non inferre nec inferenti consentire aut facere eidem iudici Joseph vel suis heredibus, posteris et successoribus de ipso cas^ sali aut aliqua parte ipsius velo tempore, set ipsum cassalem et domum quando fuerit cum omnibus suis iuribus ipsi iudici Joseph et suis he^ redibus ab omni et quolibet homine et vniuersitate legittime deffendere,. discalumpniare et modis omnibus[2] disbrigare temporibus vniuersis suis propriis sumptibus et expensis videlicet dicti loci. Que omnia et singula supradicta et in hoc instrumento contenta promiserunt vicissim silicet vna pars alteri ad inuicem solempnibus stipulationibus hincinde inter* uenientibus perpetuis temporibus firma et rata habere et tenere, atten^ dere, observare et adimplere et contra non facere aut uenire per se uel alios, aliqua ratione uel causa seu ingenio, de iure vel de facto, sub pena ducatorum centum auri ex parte dicti Ioci et ducatorum quin- quaginta auri pro parte dicti conductoris, stipulatione in singulis capi* tulis huius contractus in solidum promissa,- que pene tociens corn^ mittantur et exigi possint in singulis capitulis huius contractus, quotiens fuerit contrafactum,- reffectione omnium dampnorum et expensarum ac

2 2 puta.

interesse litis seu que et quas vna pars occasione alterius faceret uel substineret sua culpa in iudicio siue extra. Pro quibus omnibus et sin^ gulis firmiter obseruandis, attendendis et adimplendis obligauerunt vicissim, scilicet vna pars alteri videlicet ipsi procuratores bona ipsius loci et ipse conductor omnia sua bona mobilia et immobilia, presencia et futura, Quarum penarum medietas curie coram qua questio fieret de premissis et reiiqua medietas parti deveniat predicta obseruanti/ quibus penis aut altera ipsarum soluta uel non, rata et firma semper maneant omnia et singula supradicta.

t Ego Beneuenutus, vicecomes Segnie, examinator manum misi,

CSignum notarii.J. Ego Nicolaus condam Domintci de Vegla, im* periali auctoritate notarius et nunc comunis Segnie officialis iuratus, hiis omnibus et singulis interfui, rogatus scripsi et publicaui meoque signo solito et consueto corroboraui.

Izvornifc na pergam, u arft. samostana u Trsatu no 13. E.

Na вегШ pismom 1$ v.: carta fiueffi ducatorum V. a iuđice tfosepfi et tenet modo ipsam dbmum Ludouici de Arimino etc.

50.

1374. 21. oktobra, <U Dubrovniku).

Općina đuBrovačtia daje naputak svojim posfanicima, Hafio ce u zajednici s admirafom Dorijom izravnati prijepore mfetačfio^du BrovačHe.*

MCCCLXXIV. indicione XII., die XXI. octobris.

Copia literarum destinatarum ser Martholo de Thodisio et Nic* cholao de Gondo<Ia> ambaxatoribus communis Ragusii in Hungaria.

Jacomo de Menze, rector de Ragusa, co lo consello deli pregati ali nobili et saui Martholo de Thodisio et Niccola de Gondola, nostri ambassadori de Ragusa, salute cum sincero amore. Riceuessimo ia let« tera che mandasti tu Martolo nouamente a Zara et la letfera, che ni mando messer Simon, amirallo et ambassadore de lo nostro signor, et lo tenor d'esse bene intendessimo. Et de presente sicho ne scriuesti tu Martolo cum misser f amiralio che li nostri Ragusei furono afran* chati che possano usar et mercatantegiar in Venesia, cosi noi fessimo gridare in Ragusa che ciascuno Veneciano cum sue cose et mercancie possa usare et mercatantezar in Ragusa et al suo destretto cum Ragusi. Et perzo che li Veneciani scriueno al nostro signor che ne faza cassar lo nostro ordene che forestier cum forestiere non possa mercatantizare in Ragusa, perzo volemo et comandemo che tanto cum misser *V* ami*

rallo quanto coli altri nostri amici che ve parera, vi dobie adouerare cosi dinanzi lo signor se fara besongno che se lo signor volesse fare alguna mencion de cassar lo detto ordine ouer che li Venetiani non si incruda, ouero intonda in questo ordine, per lo milior modo, che sauerai et porrai, d^bbi rimmouere lo signor de questa adomanda/ dan* doli a sauer che la sua cittade de Ragusa non valeria niente se questo ordine fusse casso, ouero se Veneciani podesse mercatantegiar in Ra* gusa cum forestier. Et se lo signor se apropiasse et volesse al po* stutto che lo detto ordine fusse casso in tutto ouero che li Venetiani non s' intenda in lo detto ordine, et voy ne debie scriuere a ponto d' ongni cosa a Ragusa per vostra lettera et debie aspettar in corte dalo signor la nostra risposta. Et se non fosse alcuna mention dalo nostro signor de cassar lo detto nostro ordene, et voy procure de auere per gratia dalo signor la lettera che li mando la signori dugal de Venesia de lo afranchar deli nostri mercatanti et mercantie che possono usare in Venesia, et se non porre auer la Iettera principal et *voy* abie la copia del altra littera per man de lo cancellier de lo nostro signor. Et debie rengratiar lo nostro signor delo acconzamento de li seruisii de la terra sua et recomandarne ala sua regal maestade et riceuere comando da esso, et debie venir a Ragusa.

Anchora volemo et comandemo, che debie dir a lo messer ami* rallo souradetto per lo piu bello modo che vi parera: »Messer lo amirallo, li gentil homini et lo comun de Ragusa, vostri cordiali amici, vi ringratian assai quanto che po et fa de la vostra faticha et sauio modo che ave tegnudo cum vostra copiosa dtscrecion de lo acomo* damento de li lor seruicii et pregaui quanto elli po che vi debie cosi adouerar dinanzi lo nostro signor che romangna fermo lo nostro ordine che forestier cum forestier non possa mercantizar in Ragusa«. Et debili dir di tanta faticha et ben che aui fatto per li Ragusei oltra lo premio che aspette da dio per questo beneficio et laude de lo nostro signor et da li homini de lo mondo in sengno d'amor et *di* beniuolenza elfi vi dona ducati V^c/ li quali auengna che sia pizolo dono, respettando ala vostra nobilitade, niente de meno non respettati se vi piase alo presio de lo dono, ma ali animi et afetti deli Ragusei chi son et sera a voy de zo perpetualmente obligati et a tutti li vostri. Et perzo date quello ordine che vi piase douo et quando voli che li Ragusei dia et a chi li detti V^c ducati. Et di questo ringraciare noi scriuemo lettera a lo detto amirallo, la quale mandemo legata cum questa, Ja quale li debie presentare et per lo plu destro modo che voy sauere, debic spiare et sauere se messer Γ amirallo vora che sia segrito et de nascoso

questo dono o se no, che noy lo tegneremo di credenzia in fino alla vostra vegnuda.

Lettere e commissioni di Levante 1359~138o, fof. 86—87-
LiBri reformationum III. 144 ~ 145-
GefcicB TBaffoczy Dipf. Rag. Br. 55, 71- 73.*

51

1374. 31. oktobra. <U Zadru).

Bilješka.

Penultimo octubris. Fiat donum domino regi et dominabus reginis de rebus maritimis.

Wenzef Acta extera IIL p. loo.

52,

1374. 31. oktobra.

Na ftraffevu zapovfed spremaju gradovi Zadar, Spffet, Trogir, SiBenik i Nin fađu za Karfa DračBoga.

Littere regie quod armetur galeota una pro transitu iilustrissimi et exceflentissimi domini nostri ducis Karoii de Duratio, Daimatie et Croatie ducis, preparanda per comune Jadre, Spalati, Tragurii, Sibenici et None. Quod obediatur litteris regiis.

Note cBronofogicBe e documenti da Giovanni Lucio Buffettino 1881. p. 136.

53.

1374. 31. oktobra. U Višegradu. <In Wysegrad).

Ljudevit, Rrafj ugarsfii i Brvatsfii, nafaze Raptofu BosansRome da prišustvuje po svom povjereniRu uredenfu meda, sfo ce ga provesti nfegov izasfanifi.

Lodovicus, dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fide^ iibus suis capituio Boznensi saiutem et graciam. Dicitur nobis in per* sona Gregorii filii Bekus de Tuerdigh, quod quedam possessio sua Twerdygh vocata apud manus suas in comitatu de Posega habita et existens, que condam Stephani filii Petres prefuisset, legittimam ream* bulacionem et metarum ereccionem piurimum indigeret, Super quo fidelitati vestre firmissime edicimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Matheus filius Bartholomei de

Dobrogostya vel Nicolaus filius Petri de Posamezey aut Petrus filius Iwanka de Zelnathech, aliis absentibus, homo noster, ad superficiem dicte possessionis Twerdygh vocate vicinis et commetaneis suis inibi conuocatis et presentibus accedendo reambulet ipsam per suas veras metas nouas iuxta veteres in locis necessariis erigendo reambulatamque et ab aliorum possessionariis iuribus metaliter separatam relinquat ean* dem eidem Gregorio eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citet eosdem contra dictum Gregorium in nostram presenciam ad terminum competentem racionem eorum contradiccionis reddituros et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, metarum ereccionis et statucionis seriem cum cursibus metarum, vel si necesse fuerit no* mina contradictorum et citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, in vigilia festi omnium sanctorum> anno domini M.^{mo} CCC.^{mo} LXX.^{mo} quarto.

Iz izvornog fiotarnog fista fiaptofa Bosansfioga odg. 1374. na pergametih u ftr. zem. arfiivu u 'ZagreBu. Doc. medii aevi a. 1374. stara signatura N. R. A. fasc. 151o. N0. 29'

54.

1374. 8. novembra. U Krku. <Vegte>.

Dominifia de Burda progfašujući svoga sina Nifiofu punofjetnim daje mu jedan vrt,

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem 1374. indictione 12., mensis novembris die 8 intrante, Vegle, in camera domini Matthei, archidiaconi Veglensis et coram eo presentibus ser Tomasso de Strusso ac Petro filio quondam Jacobi de Carta, et alijs ad hec specialiter convocatis et rogatis testibus. Ibique Dominica de Burda Nicolaum filium suum ibidem presentem hoc volentem et petentem, a se emancipavit, nec non a sua . , . et materne . . . potestatis penitus exemit, et a . . . sue matris eum penitus relaxavit, et dimisit . . . . itaque sine materne potestatis obtentu possit exnunc testari, agere, con^ trahere ac pacisci et omnia et singula, tam in iudicio, quam extra fa* cere et liberaliter exercere, que quilibet paterfamilias et homo sui iuris facere potest. Qua quidem emancipatione facta dicta Dominica in pre* mium emancipationis eidem dedit et tradit ipsi Nicolao unum suum ortum in quo est ecclesia sancte trinitatis et iuxta ortum illum de Chimpello, et iuxta vineam fratrum Minorum, ut ibi dicebatur, et si qui sui alii forent confines, cum omni iure et actione sibi ex ipsa re,

aut ipsi rei pertinente. Constituens se rem ipsam predicti Nicolai no* mine possidere, usquequo ipsius rei possessionem accepit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit,* promittens per se et suos heredes ac successores dicto Nicolao a se emancipato pro se et suis heredibus, ac succes^ soribus stipulanti predictam emancipationem et dationem et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere, atque tenere et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa sive ingenio, de iure vel de facto, sub pena quinque solidorum denariorum Venetorum gros* sorum, et refectione omnium damnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum,- qua pena soluta vel non, presens carta semper firma existat, et si aliquis veliet eum . . . ei assignavit domum suam iuxta consue^ tudinem civitatis Vegle.

Ego Andreas, canonicus Veglensis, filius quondam Matthei olim Mauri de Vegla, imperiali auctoritate notarius hijs interfui, sed que, prout deo placuit . . . coram qua presens carta fuit confecta antequam in publicam eam redigerem formam, decessit/ ideo de auctoritate domini Pauli, comunis Vegle iudicis, iuxta consuetudinem civitatis Vegle, ad instantiam ipsius Nicolai eam scripsi, publicavi et corroboravi sub 1383- indictione 6., mensis augusti die 17. intrante.

Ego Paulus iudex manum misi.

*ZBornik Bartofi str. 1SJ2 i 19**

55.

1374. 10. novembra. Kraj Spljeta <prope Spaletum).

PodsaBirač papinskifi đofiođaka prima od svecenstva spfjetsHoga loo đufcata u ime đvađesetipetine.

Nouerint uniuersi presens hoc instrumentum publicum inspecturi, quod nos frater Benedictus de Venetiis, ordinis beate Marie seruorum, camere apostoiice in partibus Sclauonie, viddizet in Jadrensi, Spala* tensi, Ragusina et Antibarensi prouintijs et nonnullis alijs ciuitatibus et diocesibus generalis vicarius, subcollector et locumtenens per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Raymundum, dei et apostolice sedis gratia episcopum Paduanum, eiusdem sedis in supradictis pro* uintijs et nonnullis aiijs prouintijs et partibus Itaiie, collectorem generalem

speciaiiter deputati sponte et ex certa scientia sumus contenti et confessi habuisse et manualiter recepisse nomine camere apostolice a re^ uerendo in Christo patre et domino domino Hugolino, dei.et apostolice sedis gratta archiepiscopo Spaletensi et ipsius clero per manus vene* rabilium uirorum dominorum Buzardi primizerij, Duymi Damiani, Jacobi Andree et Nicoiay Pouergeno, canonicorum spalatensium, pro com* positione per ipsos dominum archiepiscopum et clerum nobiscum facta de vigesima quinta siue subsidio procurationis, videlicet pro duobus annis et pro duobus *terminls* anualis decime domini nostri pape Gre* gorij Xlmi ducatos centum quadraginta auri, de quibus centum quadraginta ducatis auri, nomine camere apostolice predicte, facimus eis~ dem domino archiepiscopo et ciero suorum ciuitatis et diocesis occasione premissa usque in hodiernum diem finem, quitationem, absolutionem et remissionem plenariam ac pactum de ulterius non *petendo, ac* ipsum dominum archiepiscopum et clerum suum occasione predicta nomine camere predicte ulterius minime molestare, absoluentes eosdem ab ex* communicationis sententia, si quam incurrerunt, occasione processuum subsidij et decime predicte. Quam quidem confessionem, finem et re^ missionem promittimus nomine camere aposrolice memorate semper de cetero firmam, ratam et gratam habere et tenere perpetuo. Mandantes Victori notario publico infrascripto scribeque nostro, ut de premissis omnibus et singulis publicum conficeret instrumentum. Quod quidem instrumentum iussimus nostri sigilli appensione muniri. Data et acta fuerunt predicta in monasterio sancti Dominici, ordinis Predicatorum de extra et prope Spaletum. Anno natiuitatis dominice millesimo tre^ centesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima, die decima mensis novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domint Gregorij, divina prouidentia pape predicti anno quarto, presen^ tibus venerabili viro domino Matheo, primicerio Traguriensi, et Petro condam senioris Alberti de Sauina de Venetiis, testibus vocatis ad hoc specialiter et rogatis.

CSig. notj. Ego Victor Guillielmi de Torcello, publicus imperiali auctoritate notarius, suprascriptique domini subcollectoris officialis et scriba, premissa omnia et singula de mandato eiusdem domini subcoU lectoris scripsi et in hanc publicam formam reddegi, signum meum una cum ipsius domini subcollectoris sigilli appensione apposui consue* tum requisitus in testimonium ueritatis omnium premissorum.

Izvornifc nci pergam. u ark. fiaptofa u Spfjetu XVI. 1. 49. Na fistini visi na uzici od pergamene odfomak pecata u crvenom vosfiu.

56.

1374. 10. novembra. <Zala>.

Pred fionventom sv. Adriana zafadsfiog namiruju sinovi Bana Nifiofe de Lindva svoje vjerovnifie.

Nos conventus monasterii beati Adriani m<arty>ris de Zala me^ morie commendamus, quod cum iuxta continenciam l<ite>rarum hono^ rabilis viri domini Johannis, prepositi ecclesie Budensis, comitis capelle et secretarii cancellarii serenissimi principis domini Ludovici, dei gracia regis Hongarie <> et Polonie, domini nostri, composicionalium patentium magistri Stephanus, Johannes, Nicolaus et Ladislaus, filii Nicolai con* dam bani de Lindua, in presentibus octauis festi omnium sanctorum proxime preteritis magistro Stephano, filio Chernely et Jacobo, fratri suo, octo marcas denariorum serothinalium et similiter octo marcas Nicolao, filio Laurencii et Gregorio filio suo, singulas earumdem decem pensis serothinalium cc-mputatas sub penis et obligationibus in[1] eisdem[1] contentis[1] soluere debuissent coram nobis, tandem ipsis octauis adue^ nientibus Stephanus dictus Rouaz, famulus et procurator ipsorum fili^ orum Nicolai condam bani, in personis eorundem dominorum suorum ad nostram veniendo presenciam predictas octo marcas denariorum pre* dicto Jacobo, filio Chernely, pro se personaliter et pro eodem magistro Stephano cum procuratoriis literis nostris recipienti et similiter octo marcas denariorum predictis Nicolao et Georgio, filio suo, personaliter coram nobis recipientibus libere absque decima et nona partibus plene persolvit et integre, vt debebat, nostri *m* presencia. Super quibus qui^ dem premissis solucionibus prefatus Jacobus pro se personaliter, pro eodem vero magistro Stephano fratre suo actoritate<!> litterarum nostra^ rum procuratoriarum ac iidem Nicolaus et Georgius, filius suus, per^ sonaliter eosdem fifios bani reddiderunt et commiserunt expeditos atque sibi ipsi satisfactos coram nobis vigore presentium mediante. Datum tercio die octauarum festi omnium sanctorum predictarum, anno do^ mini millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} quarto.

Izvornifi na papiru u BiBfioteci narod. muzeja u Buđimpesti a. 13 J4. (zBirfia $an6oviceva). — Na firptu vidi se trag okrugfa pritisnuta pečata.

Tejer: Coaex Dipf. Hung. T. IX. v. VI. p. 176.-1?8.

57.

1374. 11. novembra.

Bilješka.

Die XI. novembris. Singuli duo villani apportent vnam gailinam et quatuor ova pro faciendo dono domino duci,

Wenzef Acta extera III p. loo.

[1] Iznad iinije istom rukom.

58.

1374. 11. novembra. II Trogiru. <Tragurii>.

Benedifit iz Mfetaka, zamjeniR gfavnog saBiraca desetine za Sfa voniju, očituje da je primio 134 dufiata od trogirsfie dijeceze za desetinu papinsfiu.*

Nouerint vniuersi presens hoc instrumentum publicum inspecturi, quod nos frater Benedictus de Venetiis, ordinis beate Marie seruorum, camere apostolice in partibus Sclauonie in Jadrensi, Spalatensi, Ragu* sina et Antibarensi prouintiis et nonnulis alliis ciuitatibus et dioce* sibus generalis vicarius, subcollector et locumtenens per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Raymundum, dei et apostolice sedis gracia episcopum Paduanum in suprascriptis prouinciis, ciuitatibus et diocesibus et nonnullis aliis prouintiis et partibus Italie eiusdem sedis nuncium et collectorem generalem specialiter deputatum, sponte et ex certa sciencia nomine camere apostoltce predicte sumus contenti et confessi habuisse et manualiter recepisse a clero ciuitatis et diocesis Traguriensis per nanus venerabilis viri domini presbiteri Dessa, archi^ presbiteri et canonici ecctesie Traguriensis, dantis et soluentis pro se et nomine et vice tocius cleri predicti pro tribus annis subsidii procu* rationum legato de latere solui consueti nunc camere apostolice debiti et pro duobus terminis annalis decime domini nostri pape Gregorii XI[mi] per ipsum dominum nostrum papam imposite XIIII. kalendas iunii pon* tificatus sui anno tercio: ducatos centum auri et pro compositione per ipsum clerum nobiscum factam de[1] restis decimarum bienalium felicis recordacionis domini Innocentii pape Vlti et trienaiium domini Vrbani, pape Vti, ducatos triginta quatuor auri. De quibus centum triginta quatuor ducatis auri tam pro predictis subsidio procurationum et de* cima annalli, quam pro restis decimarum usque ad presentem diem no* mine camere apostolice supradicte eundem clerum, ciuitatem et dio* cesim Traguriensem absoluimus, liberamus penitus et quitamus ac eidem clero de dictis centum triginta quatuor ducatis auri occasione premissa facimus pknam <!) finem, quitationem, absolutionem et remissionem plenariam ac pactum de ulterius non petendo,- absoluentes eundem clerum ab excomunicacionis sentencia, si quam incurerunt occasione procesuum subsidii et decimarum predictorum. Quam quidem confes^ sionem, finem, quietationem, absofutionem et remissionem promittimus nomine camere apostolice memorate semper de cetero firmam, ratam

1 pisano 2 puta.

et gratam habere et tenere perpetuo/ mandantes Victori, notario pu* blico infrascripto scribeque nostro, ut de premissis omnibus et singulis publicum conficeret instrumentum/ quod quidem instrumentum iussimus nostri sigilli appensione muniri. Datum Tragurii, in episcopali palacio^ anno natiuitatis dominice millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, inditione duodecima, die vndecima mensis novembris, pontificatus sanc* tissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii, diuina pro^ uidencia pape XI[mi] anno quarto,- presentibus Petro condam ser Alberti de Sauina de Venetiis et Christoforo condam Jacobelii de Torcello, testibus vocatis ad hec specialiter et rogatis.

CSig notj Ego Victor Guillelmi de Torcelfo, publicus imperiall auctoritate notarius, suprascripti domini subcollectoris officialis et scriba, premissa omnia et singula de mandato eiusdem domini subcollectoriš scripsi et in hanc publicam formam redegi, signum meum vna cum ipsius domini subcollectoris appensione sigilli apposui consuetum in testimonium ueritatis omnium premissorum.

Izvornifi na pergam. u ar&. Haptofa u Trogiru no. loL
Na fistini visi uzica od pergamenej pečat otpao.

59.

1374. \2. novembra. <U Zadru).

Pijece zadarsRo zaHfjučuje o momčadi potreSnoj za fađu opredi jefjenu za Karfa Dračfioga.*

Die XII. novembris. Quod de numero CLXXIIII hominum a remis, oportunis pro armando galeam, quam armari mandauit regia maiestas pro accessu domini ducis et consortis in Apuliam, preparentur LXXXVII per commune Jadre secundum distribucionem Johannis Bisseni, Quorum stipendium ascendit in mense in racionem quatuor florenorum pro quolibet CCCXLVIII florenorum. Item supracomitus, co^ mitus et naute octo cum stipendio in mensem,- videlicet supracomitus XV florenos, comitus X florenos, et quilibet nauta sex, et medietas dicti stipendii XXXVII florenos. Item, quod solvatur prescriptis supra^ scriptum stipendium pro vno mense. Et in aduentu domini episcopi Vaciensis declaretur, pro quanto tempore galea erit mansura vltra mensem,- quo scito curia dari faciat supracomito tantam quantitatem, que ei videbitur, pro refrigerio. Qui omnes suprascripti stipendium habeant pro dicto tempore, quo stabunt ad dictam racionem galee, et racione mensis, vsque ad diem reditus eorum a communi Jadre. Item

quod supplicetur domino episcopo Vaciensi, quatenus cum galea Ra* gusinorum, tempore quo iuerunt in Apuliam ambaxiatores regie maie* statis, non iuerit nisi vsque Segniam, et galea Jadratinorum stetit du* obus mensibus expensis Jadratinorum: dignetur si sue paternitati vide* bitur, quod galea Jadratinorum, cum dominus dux appulerit, retrocedat, et gaJea Ragusinorum, si *oportebit,* remaneat/ nihilominus fiat, vt sue paternitati videbitur. Item quod homines a remis acquirantur hoc modo, videlicet: quod scribatur comiti Pagi, quod statim inueniri faciat XL bonos homines a remis, coniectando inter Pagenses, quomodo ei vide* bitur, coniectentur/ qui stent parati, ita quod subito moueant, cum mittatur pro eis, cum stipendio IIII florenorum pro quolibet in mense eis dando, et incoando die quo Jadram intrabunt/ et tale stipendium dabimus eis pro vno mense immediate, et sic habere debeant, quousque stabunt, secundum menses. Et XXV homines a remis inueniantur intra ciuitatem, scilicet per sesterium,- et XXI homines inueniantur de iudi* catibus in insulis, qui iudicatus sunt octodecim,- et quilibet det vnum hominem, tres vero maiores iudicatus dent duos pro quolibet/ quibus omnibus soluatur ut supra Pagensibus,- et ad dictam racionem satisfiat eis tempore quo stabunt. Item quod de pecunia de Pago mittenda et pecunia bladi, que est penes procuratores in vita vsque ad numerum oportunamque quantitatem, convertatur in solucione stipendii supra* scriptorum/ et eciam pro honorando dominos Jadram venturos, qui curie videbuntur honorandi/ et eciam LX floreni, qui debebant converti in honorando dominum . episcopum Vaciensem, et dominum comitem Galipoli, quos LX florenos curia statim dari faciat illis, qui debent donum hoc parare.

Lucius Memorie di Trau p. Soo.
Tarfati Iffyr. sac. V. 99 (samo odfomačj.
Tejer Cod dipf IX. 4, 656 - 657-
Wenzef: Acta extera III. p. 98.~lo2.

60.

1374. 16. novembra. <U Spfjetu).

Bilješka.

Elena mater banorum Bosne invitat Spalatenses ad nuptias do* mini Tuertki bani filii sui.

Note cBrottofogiche e documettti da Giomtttti Lucio. Buffett. 1881. p. 136.

61.

1374. 17. novembra. U Koprivnici <Kapronche>.

Petar Zudar, 6an sfavonsfih odgada parnicu protiv sinova PetBewa.

Nos Petrus Zudar, tocius regni Sclauonie banus, damus pro me^ moria, quod nos causam Georgii filii Petri et Jacobi filii Stephani contra Johannem et Georgium, filios Pethew, que ad primum aduentum nostrum in Zagrabiam fuit prorogata in eodem statu ad octauas festi epipha* niarum domini in nostram presenciam ad secundum nostrum aduentum in Zagrabiam duximus prorogandam. Datum Kapronche, feria sextaproxima ante octauas festi beati Martini confessoris,- anno domini M^{fflo} CCC^{mo} LXX^{mo} quarto.

Na firptu: Pro Georgio filio Petri et Jacobo filio Stephani contra Johannem et Georgium, filios Pethew, ad octauas festi epiphaniarum domini proxime nunc venturas prorogatoria.

Izvornifi na papiru u arkivu $ugosfaven. akademije u %agreBu: Dipfomata a. 1374. Na Brptu fistine viđi se satrt pritisnut pečat, Bojim Bijase fistina zatvorena.

Na Brptu fistitte nafazi se ova Bifjesfia: Chasmenses Garas vel filius Nicolai aut Johannes filius Ladislai seu Benedictus filius eiusdem sin Petrus filius Gyurka an Andreas filius eiusdem vel Pangracius aut seu Georgius filii Pe.

62.

1374. 21. novembra. ^U Djakovu).

Pred uaptofom Bosanskim zafaže Mifiajfo sin Ladtsfava svoj posjed BzenicBu u požešiioj zupaniji za 600 for, NiHofh Banu macvansHome.

Capitulum ecclesie Boznensis omnibus Christi fidelibus tam pre* sentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in vero saiuatore. Ne rerum gestarum pereat memoria peritorum consueuit in^ dustria res gestas literarum patrocinio fulcire. Proinde ad vniuersorum singulorumque noticiam harum serie literarum volumus peruenire, quod Mychael filius Ladislai de Bzenicha[1] ab vna, parte vero ex altera ma* gnificus vir dominus Nicolaus de Gara, banus de Machou, coram nobis personaliter constituti, idem Michael filius Ladislai confessus extitit oraculo viue uocis, quod ipse totalem possessionem seu possessionariam porcionem suam Bzenicha vocatam in comitatu de Posega existentem,

[1] U toj riječi je »r« preko »l« pisano.

cum omnibus suis vtilitatibus, videlicet locis sessionalibus, fimatis <!>, terris arabilibus et pascualibus, siluis, pratis, vineis, aquis et fenilibus ac aliis quibuslibet pertinenciis vniuersis ad eandem possessionem Bzenicha nominatam pertinentibus eidem magnifico viro domino Nicolao bano pro sexcentis florenis aiireis coram nobis plene per eundem per* solutis pignori obligasset, ymo vigore presencium mediante inpignorauit nostri in presencia tali condicione mediante, quod quandocunque idem Mychael prefatam possessionem suam premisso modo inpignoratam pro predicta quantitate pecunie cum sua propria pecunia et non cum aliena, ad scitum prouincie sue redimere posset, liberam absque omni graua* mine habeat facultatem. In cuius rei memoriam et testimonium pre^ sentes concessimus literas priuilegiales appensione sigilli nostri commu* nitas, Datum feria tercia proxima ante festum beate Cecilie virginis et martiris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ LXX^mo^ quarto.

Izvornifi na pergameni u £r. zem. arfiivu u ZagreBu; Doc, med. aevi. Na fistini visi o fjuBičastoj svifenoj vrpci đoBro sacuvani ofirugfi pečat, u бојем se vidi fik sv. Petra, a o&ofo se cita natpis f S. CAPITVLI STI. PETRI BOSNER

Na fjrptu je Bifjesfia XIV. vijeRa: Super impignoracione pos* sessionis Breznycze.

Stara signatura: N R. A. fasc. JJfo, No. 28.

63.

1374, *25.* novembra. U Zadru <Jadre>.

Benеđi&t, podsaBirač papinsHe desetine, prima u ime iste svotu no vaca od samostana rogovskog.*

Nouerint vniuersi presens hoc instrumentum publicum inspecturi, quod nos frater Benedictus de Veneciis, ordinis beate Marie seruorum, camere apostolice in partibus Sclauonie in Jadrensi et nonnullis aliis prouintiis generalis vicarius, subcollector et locumtenens per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Raymundum, dei et aposto^ lice sedis gratia episcopum Paduanum, in suprascriptis et nonnullis aliis prouintiis et partibus Italie eiusdem sedis nuncium et collectorem generalem, specialiter deputatus, visis omnibus quitationibus domini ab^ batis infracripti de decimis trienallibus domini Inocentii, trienallibus domini Vrbani pape V. et subsidio procurationis ac de uno termino annu*-allts decime domini nostri pape Gregorii XI^mi^ sponte et ex certa sciencia

sumus contenfi et confessi habuisse et manualiter recepisse nomine *ca** mere apostolice a reuerendo in Christo patre domino fratre Petro, su« pradicta gratia abbate monasterii sanctorum Cosme et Damiani Ja~ drensis diocesis, dante et soluente pro se et monasterio suo pro se^ cundo et ultimo termino predicte annualis decime dicti domini pape Gregorii X[mi ducatos viginti tres auri et soldos quinquaginta quatuor paruorum De quibus viginti tribus ducatis auri et soldis quinquaginta quatuor paruorum facimus nomine camere apostolice supradicte et eidem domino fratri Petro recipienti pro se et monasterio suo predicto finem, quitationem, absolutionem et remissionem plenariarn ac pactum de ulterius non petendo occasione premissa,- absoluentes eundem dominum fratrem Petrum abbatem ab excomunicationis sentencia, si quam incur^ risset occasione huius solutionis non facte termino competenti. Quam quidem confessionem, finem, quitationem, absolutionem et remissionem plenariam promittimus nomine camere apostolice prelibate semper de cetero firmam, ratam et gratam habere et tenere perpetuo. Mandantes Victori notario publico scribeque nostro infrascripto, ut de premissis omnibus publicum conficeret instrumentum, quod quidem instrumentum iussimus nostri sigilfi munimine roborari. Acta fuerunt predicta Jadre, in domo habitationis suprascripti domini abbatis, anno natiuitatis domU nice millesimo fricentesimo septuagesimo quarro, inditione duodecima, die vigesimo quinto mensis nouembris, pontificatus supradicti domini nostri pape Gregorii Xlmi anno quarto, presentibus Nicola condam Qoili de Jaia et Petro condam ser Alberti de Sauina de Venetiis, testibus uocatis ad hec specialiter et rogatis.

(Sig. not.J. Ego Victor Guillelmi de Torcello, publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptique domini subcollectoris officialis et scriba, suprascripta omnia et singula de mandato eiusdem domini sub* collectoris scripsi et publtcaui, signum meum vna cum ipsius domini subcollectoris sigilli appensione apposui consuetum requisitus in testimonium ueritatis premissorum.

Izvornik na pergam. u guBern, ark. u Zađru. COdio sam. rogov. Mo loQ). Na fistini vidi se trag, gdje je o vrpci visio pečat.

64.

1374. 30. novembra. U Budimu <Bude>.

Ljudevit, firafj ugarsfii i firvatsfii, prima opet u mifost Stjepana, Bisfiupa zagreBacfiog, ocrnjena od pafatina Kontfia.

Nos Ludouicus, dei gratia rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc, nptum facimus tenore presentium, — — — quod quamquam venera*

bilis in Ghristo pater dominus Stephanus, premissa et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis, fidelis noster et dilectus, per quosdam suos emufos et aduersarios, imo verius veritatis inimicos et signanter per quondam magnificum virum Nicolaum Konth, regni nostri pala^ tinum, ex inuidie zelo et fomento malicie erga nostram celsitudinem adeo accusatus et delatus extiterit, et contra eundem nostram prouocauit serenitatem, vt nos eundem dominum episcopum, tanquam nostrum notorium infidelem et nostri regii honoris contemptorem et depressorem, in nostra aresta, imo eciam captiuitate diutius conseruantes, de regno nostro, veluti de numero nostrorum fidelium bannitum exulauerimus,- in exilioque idem existens per plura tempora in curia Romana, tanquam extra nostram graciam et fauorem regium constitutus perstiterit et per^ manserit/ tamen quia demum iustitia de coelo prodeunte et superna gracia nobis et cordi nostro suggerente, que regum corda nonnisi ad bonum suadet et que iusta sunt inducit, de ipsius domini episcopi culpabilitate et infidelibus actibus, ratione quorum nobis delatus extiterat, totis affectibus certius edoceri et experiri anhelantes, et hiis operam adhibentes efficacem eundem ex plurimarum fidedignarum et certarum personarum veridicis relatibus et certissimis documentis, in omnibus et singulis premissis, in quibus culpabilitatis indicium sibi inique dabatur et prestabatur, penitus innoxium, immunem et innocentem fore et per preattactos suos inimicos et aduersarios et precipue dictum Nicolaum Konth palatinum, diabolo, humani generis inimico, instigante, et ex in^ uidie et malicie exagitate zelo falsaque et iniqua suggestione ipsum in* famatum et nostre serenitati accusatum prescriptaque nota infamem et labe infidelitatis offuscatum extitisse certo cercius didicimus et lu* culenter comperimus. Ob hoc nos intuitum nostre consideracionis in ipsum reuerendum dominum episcopum conuertentes et eundem sicuti ex fidelibus fideliorem cognoscentes, quia fidem et fidelitatis constanciam nedum solum in eo comperisse meminimus, verum eciam experiencia certa *docente, m* eius progenitoribus, a progenie in progeniem, quasi semper infusiue descendentem, inuiolabiliter viguisse et sacre corone regie et nostris progenitoribus, piis regibus Hungarie, subsequenterque nobis obseruasse scimus et obseruaturum in futurum eundem et suos successores procul dubio sperantes/ eundem reuerendum dominum episcopum veluti innoxium — — de dicta curia Romana ad propria re* meandum reuocauimus et in primarie nostre dileccionis sinum et gracie gremium recollegimus et recepimus, in specialeque signum nostre dilec* cionis, cum insolencia Alamanorum nos et regna ac nostra dominia, elata ipsorum ceruicosa proteruia, hostili potencia inuadere nisa fuisset,

et eidem domino episcopo et magistro Johanni fratri suo, germano vte* rino, confinia regni nostri, videlićet comitatus Castriferrei et SuprunU ensis tuenda et conseruanda nomine nostri honoris regii dedissemus et assignassemus, idem dominus episcopus et magister Johannes, eius frater, in ipsorum confiniorum nostrorum tuta defensione gratos exhibuerunt nostre celšitudini famulatus. Pro quorum suorum gratuitorum obsequi* orum exhibicione, animum et fauorem nostrum regium sibi idem do* minus episcopus adeo aliexit et attraxit, quod illustrem virginem Kate* rinam, primogenitam nostram karissimam, de sacro fonte baptismatis leuari fecimus et assumpmi per eundem. Ob hoc nimirum premissorum respectu, vniuersas litteras nostras et priuilegia quelibet, super eiusdem domini episcopi nota et labe, macufa et infamia, quibus tanquam insons et penitus immunis innodatus et respersus fuerat, quibuscunque suis emulis et inimicis et signanter iam dicto quondam Nicolao Konth pa^ latino, aut aliis quibuspiam, in sui aut successorum suorum honoris et dignitatis, status aut iuris dispendium et derogamen, sub quorumcunque verborum formis et materiis datas, concessas seu emanata, cassamus, annullamus, mortificamus et viribus omnino denunciamus exnunc, tan* quam dolose et falsa suggestione emanatas et conficte procuratas, de* stitutas et carituras, et earum delataribus seu exhibitoribus nullo vnquam tempore profecturas,- harum sub nostre maiestatis litterarum. Datum Bude, in festo beati Andree apostoli, anno domini M. CCC. LXX, quarto.

Tejer. Codex Dipf. Reg. Hung. T. IX. o. IV. p. 576.-579- po Pray M5S. T. D. nro 54. p. 159- sgg-

65.

1374. 1. decembra. U Budimn <Bude>.

Ljudevit, firafj ugarsfii i firvatsfii, preporuca DuBrovcane gospodaru Terrare.

Ludovicus dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmatie etc. Amici* tiam vestram sinceris studiis deprecamur, quatenus vniuersos ciues et mercatores nostros de Ragusio, dum ad terras, dominia et passus ue* stros peruenerint, velitis habere fauorabilius nostri consideratione com^ mendatos. Datum Bude, die primo mensis decembris, anno <mill. trec.) LXXIIIL

*Orfginaf u tajnom ar&ivu u Becu. Ovjerovffeni prijepis u cfuBrov. arfiivu**

Ađresa na feđima: Magnifico ct exceflenti domino Nicolao Marchioni Estesi, domino Ferrare carrissimo.

66.

1374. 1. decembra. U Budimu <Bude>.

Ljudevit firafj ugarsRi i Brvatsfii, preporuča DuBrovčane Gafeotu Mafatesti i njegovoj Braću

Lodouicus dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmatie etc. Amici* tiam vestram attente petimus et rogamus, quatenus vniuersos ciues et mercatores nostros fideles de Ragusio, dum ad uos, terras, dominia et passus vestros peruenerint, velitis habere fauorabiliter nostri conside^ ratione commendatos, Datum Bude, die primo mensis decembris, anno <mill. trec.) LXXIIII.

OriginaC u tajnom arMivu u Beču. Ovjerovfjeni prijepis u đuBrov. arfiivu.
Na feđima adresa: Nobilt et potenti domino Galeotto de Malatesta et suis fratribus, amicis nostris carissimis.

WenzefActa extera III. 95—96.

Dosfovce je istoga dana pisano i: Magnifico et potenti domino Barrabont vicecomiti Mediolani, amico nostro carissimo.

67.

1374. 2. decembra. U Zadru <Jadre>.

Butfio PerRović od pfemena Kacica prodaje Safadinu de Safadinis zemfju u mjestu suB Nadini uz oBičajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indicione tercia decima, die secundo decembris/ regnante serenissimo principe et domino nostro naturale do^ mino Lodouico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Dalmatie,- et tem* pore ilustris principis domint domini Caroli, ducis regnorum Dalmatie et Crouacie ac reuerendi patris domini fratris Dominici, Jadrensis archi^ episcopi ac magnifici viri domini Rafaelis de Surdis, comitis Jadre. Bu^ tichus condam Percouich de generatione Cacich, habitator in loco sub Nadini, per se et suos heredes et <successores> iure proprio dedit^ vendidit et traditit ser Saladino <de Sa>ladinis de Jadra presenti et emp^ menti pro se et suis heredibus et sucessoribus<!> gonagnos quatuor terre laboratiue posite in loco dicto sub Nadini, videlicet in eo loco ex ter*- ris dicti venditoris, in quo dictus ser Saladinus ipsos quatuor gonagnos terre accipere voluerit/ confines ab omnibus partibus: dictus venditor,- ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum et de ipsa terra

faciendum, ut dicto emptori et suis heredibus et sucessoribus placuerit, ut de sua re propria sine contradicione dicti venditoris suorumque hc^ redum seu alterius persone molestatione, Et hoc pro precio librarum sexdecim denariorum paruorum, quas dictus venditor fuit confessus ha^ buisse et recepisse,- renuncians excepcioni non sibi numeratorum dic* torum denariorum et non habitorum omnique alio iuris, legum et sta* tutorum auxilio. Quam terram dictus venditor per se et suos heredes et sucessores dicto emptori recipienti pro se et suis heredibus et suces* soribus perpetuo et omni tempore defendere et excalumpniare promissit super se et omnibus suis bonis presentibus et futuris, ita quod amodo dictus emptor sua auctoritate abeat et possit ingredi tenutam et corpo~ ralem posessionem <!) dictorum quatuor gonagnorum terre, quam ipse ven^ ditor dicto emptori dare promissit liberam et expeditam, et ipsum per^ petuo conseruare indempnem. Quam vendicionem et omnia et singula supradicta promissit dictus venditor ut supra dicto emptori recipienti ut supra firma et ratta habere et tenere et non contrauenire per se uel alios, aliqua ratione uel caussa sub pena quarti et obligatione sui et omnium suorum bonorum presencium et futurorum, cum refecione damp** norum, expensarum litis et extra, et pena soluta uel non, nichilominus presens contractus sit firmus. Insuper Stipanus condam Vladisclaui or= tolanus extra Jadram in Orto, comissarius condam Stefani de Soppe et Perfechus sartor condam Stefani, habitator Jadre ad Castrum Vetus et vterque ipsorum in solidum per se et suos heredes et sucessores dicto ser Saladino recipienti ut supra ipsam terram defendere et excalump^ niare promiserunt super se et bonis suis omnibus ab omnibus contra- dicentibus. Actum Jadre, presentibus Georgio Toscanich et <R)adouano Mordesich' de insulla Magna, ambobus testibus vocatis,

Cm, p,J Ego Federicus Grissogoni de Grissogonis, iudex examinator me subscripsi.

CSig. notj. Ego Laurencius de Alesandrinis de Regio, *publicus* imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, rogatus scripsi.

Izvornifc na pergam, uguSer. ark. u Zadru.fOdto sam. sv. Dominiua No 7$7J-

68.

1374. 13. decembra. <U Djakovu).

Kaptof Sosansši udovofjuje nafogu krafja Lfudevita od 31. ohoBra 1374., CV- Cod dipf. JCP. 74.J te mu priopćuje utvrdene mede posjeda TwerdygB.

Excellentissimo domino eorum Lodouico, dei gracia inclito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. capitulum ecclesie Boznensis oracU»

ones in domino Jesu Christo. Litteras maiestatis vestre statutorias sub maiori sigillo decenti cum honore recepimus hunc tenorem continentes:

CSfijedi fistina Srafja Ljudevita upravfjena na SosansHi Haptof od god 1374, 31. ofcoSraJ,

Nos igitur firmissimis edictis vestre excellencie semper obedire cupientes vt tenemur secundum earundem litterarum vestrarum conti^ nenciam vna cum predicto Petro filio Iwanka, homine sublimitatis vestre, nostrum hominem Gallum, sacerdotem chori nostri, ad exequendum pre* missa pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui demum ad nos re^ uersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente dicto testimonio nostro feria quinta proxima ante festum concepcionis virginis gloriose nunc proxime preteritum ad superficiem predicte pos= sessionis Twerdygh vocate vicinis et commetaneis suis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo reambulasset ipsam per suas veras metas et antiquas nouas iuxta veteres in locis necessariis erigendo re* * ambulatamque et ab aliorum possessionariis iuribus metaliter separatam et distinctam reliquissent ipsi Gregorio eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam nullo contradictore ibidem apparente, ipsis vestre celsitudinis et nostro hominibus quatuor diebus legitimis in facie eiusdem possessionis permanentibus. Prima siquidem meta vnius partis ipsius possessionis, prout nobis iidem vester et noster homines dixerunt, incipit a parte occidentali a coniunccione quorundam duorum fluuiorum videlicet Chukanpathaka et Rosawlgepathaka vocatorum/ inde tendit versus orientem per quandam semitam et quandam magnam viam pertransiendo peruenit ad riwlum Rohalchpathaka nuncupatum contra cuius cursum eundo versus aquilonem in magno spacio venit ad dumum salicis terraa <> circumfusum iuxta ipsum riulum a parte oc^ cidentali situatum, abhinc in opposito ipsius dumi exit de predicto riwlo versus orientem et iuxta terram filiorum Bekus per meatum aque'plu* uialis siue fouealis asscendendo versus eandem plagam ad montem per* uenit ad dumum gerthyan in čacumine ipsius montis existentem meta terrea circumfusum / abhinc flectitur versus meridiem in cacumine eius^ dem montis venit ad quandam vailem nemorosam sclauonice Zuhodol dictam, per quam descendendo cadit in predictum rywlum Roholch* pathaka dictum, contra cuius cursum asscendendo in bono spacio et dimisso ipso rywlo Roholch ad partem orientalem tendit contra cursum alterius fluuii a parte occidentali situati versus aquilonem et reuertitur ad priorem metam. Alterius autem particule cuiusdam possessionis Twerdygh prima meta incipit in latere cuiusdam monticuli a parte oc*

cidentali in meta terrea, que est angularis distinguens terre filiorurrt Demetrii et terre castri de Orbowa ac terre Twerdygh/ inde progre^ ditur iuxta dictam terram Orbowa versus orientem et vadit ad quan*- . dam foueam, de qua similiter ad eandem partem orientis eundo venit ad fontem Chayzlowkutha nuncupatum,• deinde ad troncum arboris harasth/ abhinc flectendo ad meridiem venit ad rubum gerthyan, inde vadit ad anguium silue Clakoche dicte, quam siluam separat ad occi*- dentem, vbi commetatur terre filiorum Bekus/ deinde similiter ad me^ ridiem vadit ad quoddam mege, in quo sunt parue arbores cher et kwrus dicte,- exhinc descendit circa vineas in valle Roholchwlge vo* catam et per eandem vallem in bono spacio eundo peruenit ad fonterm in eadem valle existentem, de quo per cursum aque de ipso fonte cur^- rentis eundo exit ipsam aquam vaditque inter vineas asscendendo irr collem versus occidentem venit ad metam terream, de qua directe eundo peruenit ad quandam paruam vallem/ deinde ad quoddam po^ thokh Rosawlgepathaka dictum/ abhinc ad eandem partem occidentis exit ipsum pothokh et asscendit inter vineas ad cacumen montis *ad* metam terream, que est angularis distingens filiis Demetrii ab occidente et dicto castro Orbowa a meridie ac terre Twerdygh a septemtrione et distinguntur a terra condam dicti castri Orbowa et tendit iuxta ter^ ram filiorum Demetrii antedictorum quasi inter occidentem et septem^ trionem ad metam terream et de illa tendit directe ad septemtrionenr* ad metam terream,- inde ad metam lapideam, de qua vadit quasi inter septemtrionem et orientem ad supradictam priorem metam ibique ter^ minatur. Prout autem iidem vester et noster homines seriem premis^ sorum nobis retulerunt sub appensione sigilli nostri pro maiori firmitate et durabilitate vestre duximus rescribendum maiestati. Datum in festo- beate Lucie virginis et martiris, anno domini supradicto.

Izvornik na pergameni u Mr. zem. arfiivu u ZagreBu. Doc. medii aevi a. /374. Stara signatura N. R. A. fasc. 151o. N0. 29.*
Na fistini visi o crveno'zefenoj' svifenoj vrpci ostećen pečat (ofirugfij.
Na Brptu je suvremena Bifjesfia: Metalis super Twerdych super Orbowa.

69.

1374. 15. decembra. *(il* Čazmi).

Pred Baptofom čazmansBim Bifjezi se nagocfa o neBoj cestici zemfje između pfemića de ZuBodof te Ladisfava UrBanova i Bratica mu,

(C)apitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus tan> presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in om^ nium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus per^ venire, quod cum nos visis litteris domini Jacobi de Scepus, iudicis*

curie regie, scilicet iuramentalibus et adiudicatonis ad uidendum quod* dam iuramentum per nobiles infrascriptos de Zuhodol depositum vna cum Nicolao filio Dominici, vno ex iudicibus nobilium comitatus Cri^ siensis, in ipsis litteris inserto Markum clericum, notarium et preben^ darium dicte ecclesie nostre, hominem nostrum, pro testimonio trans* mistssemus. Tandem iidem ad nos exinde reuersi nobis concorditer re* tulerunt, quod Petrus filius Johannis filii Egidii pro se, Johanne, Domi* nico et Philipo, filiis suis, item Stephanus filius dicti Johannis similiter pro se et Paulo et Nicofeo,-ftliis suis, item Galius filius dicti Johannis, Egidius, frater ipsorum, necnon Nicolaus et Petrus filii Laurencii de Zuhodol coram eisdem Marko litterato et Nicolao filio Dominici per^ sonaliter comparentes, quandam particulam terre penes possessionem Ladislai filii Vrbanus ac fratrum eiusdem patruelium a parte meridionali adiacentem sub infrascriptis metis eisdem Ladislao filio Vrbanus ac fifiis suis nec non fratribus eorum patruelibus ac eorum heredibus per^ petuo consensissent et perpetuassent, Mete autem ipsius particule terre prout easdem iidem noster et dicti comitis Jacobi homines nobis in registro apportarunt sunt tales, sicut easdem ipsi nobiles de Zuhodol coram ipsis erexissent: prima meta incipit a magna via, *que* tendit ven* sus ecclesiam sancti Cfementis et vadit versus meridiem per antiquas metas et venit ad fluuium Zyrch, vbi, est noua meta erecta/ deinde *transeundo* ipsum *fluuium* per eandem plagam et asscendit ad Berch, vbi metam nouam erexissent/ deinde directe eundo per ipsum Berch venit ad metam terream/ dehinc ad aliam metam terream,- abhinc tendit in paruo spacio per eundem Berch et peruenit ad quintam metam de nouo erectam/ abhinc per eandem plagam eundo venit ad sextam metam de nouo erectam,- inde ad eandem plagam eundo venit ad vnam vallem, vbi circa arborem tul nouam metam erexissent,- deinde ad orientem per vallem eundo venit ad arborem bikfa cruce signatam meta terrea circumfusam/ deinde ad eandem plagam eundo venit ad fluuium Chehalnicha/ deinde per ipsum fluuium ad occidentem eundo venit ad vnam viam, que tendit vsque ecclesiam beate virginis et ibi terminantur, et sic ipse monticulus Berch dictus a parte orientali ces^ sisset ipsi Ladislao at filiis suis ac fratribus patruelibus, a parte vero occidentali ipsis nobilibus de Zuhodol remanente. In cuius rei merno* riam et perpetuam firmitatem presentibus nostrum sigillum duximus ap~ pendendum. Datum in octauis festi concepcionis beate virginis, anno domini M.°CCC.°LXX.⁰ quarto.

Izvornifi na pergameni u arkivu $ugosf. afcađemije u %agreBu: Dipfomata a. J374.

Na fistini visi crvena i zuta svifena vrpca. Pecatie otpao.

70.

Oko 1374.

Benedikt, podsaBiracpapinske kofefae, prima za papinsku Bfagajnu dvadeset i pet dukata, sto je preostafo od gradnje crkve sv. Domi nika u Trogiru, te rješava Tranju de Georgiis dafjnje odgovornosti.*

Cum bone memorie reverendissimus pater quondam dominus Ni* colaus, episcopus Tragurii, dedit et consignavit in vita sua egregio et potenti regio militi domino Francisco de Georgiis de Jadra, hono= rabili comiti civitatis Tragurii, certam pecunie quantitatem pro perfi- ciendo et complendo ecclesiam sancti Dominici' ordinis Predicatorum de *burgo* Tragurii, ipseque dominus Franciscus pro huiusmodi opere complendo et perficiendo majorem partem dicte quantitatis pecunie ex* pendtderit in lapidibus, calce, lignamine et magistris pro cooperiendo, ideo venerabilis vir frater Benedictus de Venetiis, ordinis beate Marie servorum, camere apostolice in partibus Sclavonie, in Jadrensi, Spala* tensi et nonnulis aliis provinciis, clvitatibus et dioecesibus episcopalis vicarius, stibcollector et locumtenens reverendi in Christo patris do* mini Raymundi, dei et apostolice sedis gratia episcopi Paduani in su> prascriptis et nonnullis aliis provinciis et partibus Italie ejusdem sedis collectoris generalis specialiter deputati, volens nomine camere aposto-* lice videre et examinare hujusmodi expensas per supracriptum domi* num Franciscum factas circa opus ecclesie predicte. Et visis et dili^ genter examinatis et una cum eodem domino Francisco calculatis ra* tionibus et expensis per predictum dominum Franciscum factis circa hujusmodi opus ecclesie complendum et perficiendum in lapidibus, calce, lignamine et magistris pro cooperiendo/ vidensque idem dominus sub* collector restare apud dictum dominum Franciscum de dicta quanti« tate pecunie ducatorum 25 auri dispositioni sedis apostolice reservatos, dictas expensas idem dominus subcollector laudavit, ratificavit et ap* probavit. Et hec ideo fecit idem dominus subcollector, quia presentia* liter nomine camere apostolice supradicte habuit et recepit a dicto domino Francisco dante et solvente pro se et suis heredibus pro resto de quantitate pecunie expensate, prout superius est expressum, ducatos 25 boni auri justi ponderis,- de quibus quidem 25 ducatis de auro et de omnibus aliis suprascriptis omni modo, via, jure et forma, quibus melius potuit, fecit nomine camere apostoiice prelibate eidem domino Francisco presenti, stipulanti et recipienti pro se, suisque heredibus et successoribus . . . quietationem, absolutam et plenam remissionem, ac pactum de ulterius aiiquid non petendo, liberans et absolvens idem sub^

collector nomine camere antedicte ipsum dominum Franciscum et suos heredes et successores ab huiusmodi expensis ratione reddenda alicui alteri nomine camere supradicte. Insuper ideo dictus subcollector ab* solvit et penitus liberavit commissarios testamenti dicti quondam domini Nicolai episcopi a reddenda ratione de tribus calicibus et uno paramento relictis aliquibus ecclesiis regni Hungariae per ipsum do= minum Nicolaum in suo testamento jam dicto, cum constet ipsi do^ mino subcollectori fidedigna relatione dictos calices et paramenta ipsis ecclesiis per ipsos commissarios destinatos et assignatos fuisse. Quam quietationem liberam et absolutam et omnia et singula in presenti con* tractu contenta idem dominus subcollector nomine camere apostolice supradicte promisit firma et rata perpetuo habere, tenere, attendere et observare, ac eundem dominum Franciscum et suos heredes et successores occasione premissa ulterius minime molestare nec inquietare.

Tarfati: Iffyr. sacr. IV. p. 392-393.

71.

1374.

PogodBa izmedu Bisfiupa zagreBačfioga i oBitefji Banfy radi dese tine u Međumurju.*

Stephani episcopi Zagrabiensis et Petri Zudar bani Sclauonie priuilegium, in quo continetur compositio arbitraria facta inter capi~ tulum Zagrabiense ab vna, et inter Stephanum filium Nicolai bani, eiusque fratres vterinos Joannem, Nicolaum et Ladislaum ab altera,- ratione modi soluendi decimas ab omnibus incolis omnium possessio* num Banfianiarum in comitatu Zaladiensi, sub dioecesi episcopatus Za= grabiensis, in archidiaconatuque de Bexin existentibus. Anno domini M. CCC, LXX. IV.

Tejer: Codex dipf. reg. Hung. T. IX. v. IV. p. 653.

72.

1375. 10. januara. Avignon. (Avinione).

Grgur XI. papa imenuje Ivana, prepozita nadBisRupije ostrogonsfie, BisRupom srijemsfiim.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Iohanni electo Sirmiensi, salutem etc. Apostolatus officium etc. Dudum siquidem bone memorie Stephano episcopo Sirmiensi regimini ecclesie Sirmiensis presidente,

nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, utilem et fiructuosam per apostolice sedis pfovidenciam preesse personam, provisionem ipsius ec* clesie ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter re^ servandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Stephani episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incom* modis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem ecciesie personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te prepositum ecclesie sancti Georgii Strigoniensis, in sacerdotio constitutum, litterarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, aliisque multiplicium virtutum donis, prout fidedignorum testimonio accepimus, insignitum direximus oculos nostre mentis: quibus omnibus debita meditacione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta, eidem Sirmiensi ecclesie de eorundem fratrum consilio aucto^ ritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius Sirmiensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commictendo, in illo qui dat gracias et largitur premia confidentes, quod prefata Sirmiensis ecclesia sub tuo felici regimine, gracia tibi assistente divina, prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiat incrementa. Iugum igitur domini tuis impositum humeris prompta devocione suscipiens, curam et administracionem predictas sic exercere studeas fideliter et prudenter, quod ipsa Sirmiensis ecclesia gubernatori provido et fruc* tuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retribucionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et graciam ex^ inde uberius consequi merearis, Datum Avinione IV. Idus ianuarii, pontificatus nostri anno quinto.

Na firptu: Dilectis filiis capitulo ecclesie Sirmiensis, clero et po* pulo civitatis et diocesis Sirmiensis, et venerabili fratri archiepiscopo Colocensi.

TSe/ner; Mon. 5fav. Mer, I. no. 417, str. 265~29G. Iz reg. an. \>. tom. 26 fof. 1.

73.

1375. 18. januara, U Zadru <Jadre>,

MarReta, udovica Ivana de Cafcina, oBvezuje se, da će na zafjtjev Grgura Quafis, od fiojega je Rupifa imanja na otoiiu Izu CHeciQ, ista mu natrag prodati uz povrat fcupoprodajne svote.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indictione tercia decima, die decimo •octauo ianuarii/ regnante serenisimo <!) principe et domino nostro natu-rrale domino Lodouico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Dalmatie *et tempore illustris principis domini domini Caroli, ducis regnorum DaU matie et Croatie ac reuerendi patris domini fratris Dominici, ladrensis archiepiscopi ac magnifici viri domini Rafaelis de Surdis, comitis Iadre. Cum hoc sit et fuerit, quod ser Gregorius condam Iohannis Qualis de Iadra cum conscenssu<!> domine Marie, matris sue, vendiderit domine Marchete, relicte condam ser Iohanis de Calcina de Iadra, omnes et singulas suas possessiones in quibuscumque consistant, saluis iuribus laboratoriis, scitas<!> et positas in insula Hecij districtus Iadre secundum suos confines pro precio florenorum triginta auri boni ,• *ut* de predictis constat publico instrumento scripto manu mei notarii infrascripti dictis millesimo, indicione et die,- nunc uero ipsa domina Marcheta de gratia speciali fecit per se et suos heredes et sucessores ipsi ser Gregorio sti= pulanti et recipienti pro se et suis heredibus et sucessoribus, quod quocienscumque ipse Gregorius ipsi domine Marchete dabit et restituet dictos florenos triginta auri, quod ipsas omnes posessiones <> dabit et re^ stituet et de ipsis faciet insrrumentum vendicionis et promitet de tui-cione pro se et suo facto tantum et non aliter nec alio modo, vide-licet si, postquam ipsas habuit, ipsas uel partem pignorasset, obligasset uel alienasset uel in alium transtulisset,- et dictum instrumentum ven^ dicionis sibi facte ipsi Gregorio dabit incipssum et capssum et renun^ tiabit eo casu omnibus iuribus sibi competentibus in dicto instrumento, Et hoc sub pena quarti dicti precii et obligatione sui et bonorum suo* rum omnium, et cum refecione danpnorum, expensarum litis et extra, et pena soluta uel non, nichilominus atendere et obseruare teneatur omnia :supradicta Rogantes me norarium, ut de premissis conficiam hoc in* strumentum, Actum Iadre, presentibus Petro Triuisano et Cresio con^ dam Georgii, marinario, habitatore Iadre, testibus et aliis.

Ego Iohanes condam ser Biualdi de Botono, iudex examinator, manum missi.

fSig. not.J. Bgo Laurencius de Alesandrinis de Regio, publicus imperiali auctoritate notarius et Iadre iuratus, rogatus scripssi.

Izvornifi na pergameni u guhern. ar£. u %ađru. (Odio sam. sv. Dominifia no. 735J-

74.

1375. 25. januara. <U Dubrovnifcu).

Općina đuBrovačfia šafje dva posfanifia Banu Bosansfiomu Tvrtfiu u posfu sfoBocfe trgovine.

Die XXV. mensis januarii. Copia littere destinate ser Vite de Go^e et ser Demetrio de Benessa, ambassiatoribus ad dominum banum Bosne.

Martholo de Thodisio, rector de Ragusa, cum lo consello de li pregadi, alli nobifi et savii Vita de *Go$e* et Dimitri de Benessa, nostri ambassadori de Ragusa, salutem cum sinciero amore. Recevessimo la vostra littera, la qual novamente mandaste per Utiessen, nostro corier,- et lo tenore d'esta ben intendessimo. Et penpo volemo et comandemo, che debie optigner quello che porri da misser lo bano de le cose con* tegnude in la vostra commission, et debie re^ever licencia da esso, et debie vignir spa^adamente per la via de Narento a Ragusa. Et se per caso quando *vuy* recpevere licencia da misser lo bano per vignir a Ra* gusa, se misser lo ban fosse aparechiado per vignir alle parti de Chelmo et disesse che *vuy* vignesse insemble cum *esso*,- et *vuy* per lo millor muodo, chi saveri et porri, ve debie excusar de non andar cum esso, digando che per vostri necessitosi servisii ve fa besongno de vignir spa^adamente per la via de Narento a Ragusa, et ca non porri tardar andandp cum esso, supplicando alla sua signoria quanto saveri et porri, che ve lassa vignir spacadamente per la via de Narento a Ragusa. Et se misser lo ban non se contentasse de darvi licencia per lo dito muodo, ma volesse che per ogne muodo, che vuy vignati cum esso alle parti da ia marina, et vuy li debie dir: «Messer lo ban, vuy savi claramente et havi ve^udo per effeto, ca lo comun de Ragusa de troppo pluy ma^ori servisii et plaseri vi ha fatto, ca questo vignir nostro cum *vuy* alla marina.

Et vuy, sicho savio signor et amigo de Ragusa, semo ^erti et non dubitemo, ca non vol, che li Ragusei vostri cordiali amisi et servidori habia damno per vostra occasion, et maximamente de chosa, che vuy

non consequi utile over honor. Lo nostro yjgnir cum vuy non sera a vuy quasi de nessun hutife over honor andando alla marina, ca tanto vuy fari li fatti vostri cum nuy, quanto senga nuy. Et a lo comun de Ragusa porra esser de gran damno,- per^o 9a sicho *vuy* savi, muolti nostri mercadanti cum muolte mercadantie son in le man de Jura de Balsa, et per ficeri informason che fossy fatta al dito Jura da quelli de Tribigna over da altri, chi non so amisi de Ragusa, vignando nuy cum vuy alla marina, ca Ragusa ve fa vignir in quelli parti ad offendere li suy subietti, sicho e manifesto per la ambassada de Ragusa, che se vignisse insemble cum vuy de li^eri lo dito Jura, sicho homo furioso, et chi non possede rason, poria arobar tuti li nostri merchadanti, et li^ garii, et farni gran novitade et mal,- la qual cosa credemo che vi dispiaseria assa,- et per<po supplicamo alfa vostra signoria, che non ne debie agravare, che vignamo cum vuy«. Et debie vignir per la via de Narento. Et de tuto quello che optigneri da misser lo bano, et maxU mamente de lo fatto delle dohane, debieni fare bone et forti povifye da misser lo bano, a^o che non possamo haver question per li tempi, chi die vignire,- cum le sue bolle fe le ditte poviiye. Et mandemovi dentro questa lettera li lamenti, de quelli chi se lamento et fo scritti in nostra canceilaria de quelfo, che lor fo tolto per la dita dohana,- et muolte altre cose son stade tolte che non so scritte, Et perpo debie recovrar tuto quello chi porri. Et vigni spa^adamente per la via de Narento a Ragusa,

Lettere e commissioni di Levante 1359- - /380. f 88. LiBri reformationum IV. 145-146.

75.

1375. 28. januara. ^U Zagrebu).

Precf Raptofom zagreBačRim difefe Vrguan Pasin i sinovi Tifipovi svoje posjede; dioBa se provodi samo quoad usum.

<C>apitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus pre* sentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus per^ uenire, quod accedentes ad nostram presenciam Vrguan filius Pasa nec

non Ladizlaus, Martinus, Jacobus et Simon, filii Philipi filii Paridis, ex~ hibuerunt nobis quoddam regestrum clausum sigillis ipsorum consigna^ tum, in quo regestro clare continebatur, quod ipsi amore fraterno quoad vsum eorum de possessionibus et possessionariis porcionibus eorum, non tamen perpetualiter ab inuicem se separando, ne manus aliena inter eos intrare valeret, inter eos fecissent diuisionem, ut ipsi et ipsorum po^ steritates dileccionis amore perpetuis temporibus possent gratulari per limitaciones metales infrascriptas. *Primo* enim incipiendo a capite vnius putei magni qui existit in silua Crezouycha vocata et per meatum aque de ipso puteo salientis versus partem australem et in bono spacio tendit et peruenit ad vnum riuulum, qui riuulus descendit de vineis et per eundem riuulum tendit versus occidentem et peruenit ad vnam arborem gertyan, in qua arbore signum communiter fecissent,- deinde per sul* cus iugerum satis in bono spacio et per terras arrabiles versus aquU lonem ad quandam arborem sorbelii, in qua arbore signum fecissent/ deinde ad eandem plagam aquilonis in paruo spacio et peruenit ad ad vnum riuulum ad vnam arborem pomi siluestris, abhinc ad eandem plagam aquilonarem et ad alium riuulum, per quem in bono spacio transeundo ad unam arborem gertyan signatam,- dehinc in bono spa^ cio uersus partem australem per sulcus iugerum et per terras arrabiles venfret ad vnam vallem et ad arborem tul signatam et ibidem in paruo spacio ad aliam arborem tul signatam,- dehinc uersus aquilonem per sulcus iugerum ad arborem piri siluestris signatam,- abinde terras ara^ biles relinquendo uersus occidentem et ad arborem piri siluesrris et de^ hinc ad eandem plagam in bono spacio ad arborem has signatam,- de-hinc uersus eundem occidentem et peruenit ad vnam viam antiquam et per eandem viam versus aquilonem in bono spacio eundo flectitur ver^ sus orientem et abhinc in paruo spacio ad vnam arborem sorbelli,- de* hinc versus orientem transeundo duas valles ad vnam arborem tul sU gnatam,- abinde in paruo spacio ad arborem cerasi,- dehinc versus orU entem peruenit ad arborem fyz,- inde uersus partem aquilonarem ad paruum riuulum, qui riuulus esset in medio ville eorum,- transeundo autem ipsum riuulum ad vnam viam magnam, que via in bono spacio transiret uersus plagam aquilonarem et peruenit ad vnum fluuium, qui fluuius esset circa villam superiorem Knegynch vocatam,- dehinc in ca^ pite ville incipiendo per eundem fluuium descendendo uersus partem australem in bono spacio peruenit atque cadit in fluuium Plituycha vo* catum/ abhinc per eundem fluuium sursum ad occidentem per bonum spacium eundo ad vnum rivulum Globochach vocatum et per eundem

sursum procedendo ad partem meridionalem et ueniret ad riuulum KIo* kochech semper sursum tendendo vsque ad finem ipsius riuuli, ibi cursus metalis terminaretur. Sic itaque distinccionibus metalibus factis vsualibus, non tamen perhennalibus pars a parte occidentali a capite putei scilicet prime mete per ordinem vsque fluuium Plituycha Vrguan filio Pasa, pars vero altera a parte orientali Ladizlao, Martino, Jacobo et Simoni, filiis Philippi, cessissent fraternaliter fruende et utende. Nichifominus siluam ipsorum inferiorem circa fluuium Pfithuycha et eciam superiorem in montibus communi vsui deputarunt et eciam porci, qui per extraneos homines aut per quoscunque in siluas eorum admitte* rentur communiter inter se et fraternaliter pro tributo siluarum cedentes inter se diuidantur/ vinee autem antique in ipsorum porcionibus exi* stentes remaneant iuxta primariam diuisionem factam inter ipsos, de plantatis autem uel plantandis vineis amodo et in futurum vnaqueque parcium iobagionibus seu colonis propriis aut extraneis dandi aut loca assignandi, plantandi et vtilitates ac fructus earundem nouarum vine* arum et amodo plantandarum habeat potestatem pro se recipiendi de consuetudine possessionis eorum, hoc non pretermisso, quod si per quempiam racione metarum ipsarum aut terrarum eorundem litis ma* teria aliqualiter suscitaretur ipsi vnanimiter laboribus et expensis se et possessiones eorum atque iura possessionaria defendere debeant et teneantur,- insuper voluerunt, quod vnaqueque parcium de porcionibus suis possessionariis, siluis, vineis et terris sibi cessis sit contenta, ex* ceptis et saluis aliis ipsorum possessionibus numdum adhuc inter se diuisis remanentibus,- hoc eciam adiecto, quod, si aliqua parcium contra voluntatem alterius partis in porcionem aduerse partis manus inponeret violentas et hoc cum vna littera inquisicionali posset comprobari, tunc illa pars, que manus imposuisset violentas contra partem alteram ap^ probantem in viginti marcis absque porcione iudicis conuinceretur ipso facto/ voluerunt eciam ipse parres, quod, si aliqua parcium presentem diuisionem factam inter eos aliquo colore quesito refutarent, ipsa pars contra partem alteram pacerh obseruantem in centum marcis absque porcione iudicis conuinci debeat ipso facto, In quorum testimonium presentes partibus predictis nostro sigillo pendenti consignatas duximus concedendas. Datum in octauis festi beate Agnetis virginis et martiris, anno domini M° CCC° LXX^{mo} quinto.

Izuornifi rta psrgam. u ugar. đr£. arkivu u BPesti. M. O, D. L, 33976 - Stara sign. N. R. A. fasc. 1598. No. 4o.

Na fistini visi o žućfiastoj i modroj svifenoj vrpci pečat.

76.

1375. 2. februara. U Ninu. <None>.

Pred Raptofom ninskim prosvjeduju izasfanici kaptofa zadarskoga protiv BisRupa kninsRoga Pavfa Treggi, radi opfoodnje sefa pozi vajući se na ispravu istog BisRupa.*

Nos capitulum vniuersum Nonensis ecclesie omnibus et singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis seu eciam audituris salutem in filio virginis gloriosse. Ad vniuersorum noticiam et perpetuam rey memoriam harum serie volumus peruenire, ac manifestum facimus et confitemur quod accedentes ad nostram presenciam nobiles viri ser Micha de Pechoro et ser Cresolus Rangerii de Varicassis, tamquam nuncii et ambaxiatores dominorum vicarii, rectorum et tocius consilii ac comunis ciuitatis Jadre, prout in literis credencialibus dicti comunis clarius continetur, asserentes et dU centes; quod cum reuerendus in Christo pater et dominus Paulus, epi* scopus Tiniensis, fecerit quasdam reambulaciones et citaciones contra et aduersus nonnulos nobiles et dominos ciues dicte ciuitatis Jadre de villa uocata Trec^i districtus dicte ciuitatis/ qui episcopus iustitia mediante dicta facere fieri non poterat, prout prefati nuncii quoddam priuilegium capituli Jadrensis solepniter confectum monstrauerunt ad ipsorum cautelam inter cetera continens: qualiter ex relatione prefati capituli nuncii, idem dominus episcopus sic dicere habuit: »Et cgo episcopus ex nunc remicto tali perambulacione facte uel fiende hodie per me aut isto itinere meo hic, quam uolo habere *pro non* facta, er ex nunc me et iura mea presentis ville de Trec^^y submicto curie ciuitatis Jadre« etc. ,-anobis capitulo viso et lecto. Quem punctum ad ip^ sorum instanciam rescribi fecimus et nostri capituli sigilii<!> sigillari, relU *qua* ipsorum iura et gracias regales dicte ciuitati concessas, prout offerebant se nomine dicti comunis suo loco* et tempore probaturos. Quare prefati nobifes et nuncii nomine quo supra ac in personis ipso^ rum nobilium et dictarum dominarum contra quos uel quas supra no* minate citaciones et reambulaciones facte fuerant viua et inuestita uoce contradicunt et contradicendo prohibent ad hoc, ut nulla temporum distancia aut perscripcio aliqua possit obesse iuribus eorum et dicte ciuitatis, cum dicte citaciones nemini personaliter uel in persona facte fuerunt, De qua quidem prohibicione et contradiccione nos prece *m~* stanti rogauerunt quatenus ipsas nomine supranominato condere debe^

remus litteras nostras contradictorias sigilli nostri capituli pendentis sigillatas in omnium premissorum testimonio. In cuius rey testimonium et roborem perpetue firmitatis ad instanciam et requisicionem predictorum hanc presentem contradicionem in formam priuillegii reddactam sigilli pendentis nostri capituli solliti et antiqui fecimus munimine con=-firmari. Actum None, in ecclesia nostra cathedrali sancti Asselli, sub anno natiuitatis domini milfesimo trecentessimo septuagessimo quinto, in* <lictione tercia decima, die secundo mensis februarii, tempore sanctis* simi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii, diuina proui^ dencia pape vndecimi, pontificatus eiusdem anno quinto.

Izvornifi na perg, u arfi. grofova Begna u Posedarju. P. no. 123.
Na fistini visi svifena uzica zute Bojej pečat otpao.

77.

1375. 9. februara. U Bobovcu.

TvrtBo Ban BosansBi osfoBađa DuBrovčane od pfaćanja carine u Bosni.

f Бд нм« иЗцд и сид и сктдго дуд дд іе'ć в*кдомо всдкол\8 ^ЛОВ^кк^ КЛКО СТВСрИ МНЛСТк Г^а^Нк ТКр^КО Л\ИЛСТИК> ЕЖИОЛЛк ЕЛНк БОСДНСКН д$кровник$ кддд до^одшш поклисдри д$Еровлчщи У ил\е кн«зк китко г8ч«тиђ и кнезк димко кошинђк и тдкои сткори милстк г^д^нк кднк тврк^т^ко д$Еровник# гд-ђ сс год^к 8зил\д цринд 8 ЕЛДДЛНИ г^д^нд вднд тврктқд дд *а* нигд^крк *м* $зл\с нигеднд цринд нд д$кровдчкол\к нн нд чшкре дд № ВСЕ своко^д^но *WA* всдк* црин£ и W ЗДЕДБС КОЛИКО КОИ ГОД^к Д^КрОВЧДНННк ТОЛИКО Д^БрОВДЧКИ КОНк ТОЛИКО тркГк ЦЮ »€ ГОД^к Д$ЕрОВЛЧКО ДД *l* СКОБ^д^НО 8 ВЛДДДНИ Г^а^НД БДНД ткрк^т^кл дко фогод^к греде нз клд^д^ип'к 8 д$врокннкк дко ли из д$Бровникд 8 кллддннгс дко лн БН тко понссдлк поноск члов^ккк г^д^нд кднл дд іе нлдтилк :'к: диндрд д ин-кл\к дд »е вскмк свободДНк НИСДНО ПОД БОБОВЦЕМк IV рОШ^а^ВЛ СИНЛ ЕЖИ Л^ктк Ч Т о'f Л*кТ0 л\сцд шрвдрл д ДНк писд Брд^кнк дн^ккк.

StDJanovic; Srpske povelje I. 74. — Mififosić: Mon. SerB. str. 164 - ld§.

78.

1375. 24. februara. U Zadru <Jadre>.

Peregrina, majBa Mavra de Grisogonis, daruj'e MiBi PecBiaru tri sofane na Pagu, da na taj način dosfovno ispuni testamenat svoga sina, Boj'i j'e spomenutom MiBi ostavio petnaest sofana, dočim iB j'e u ostavštini Bifo samo dvanaest.

In Christi nomine amen, Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentessimo septuagessimo quarto, indicfione tertia decima, die viges-

simo quarto mensis februarii/ regnante domino nostro domino Lodo^
uico, dei gratia serenissimo rege Hungarie, Polonie et Dalmatie, nec
non iilustri principe Karullo de Duratio, Dalmatie et Crotie<!> duce tem-
poreque domini fratris Dominici, Iadrensis archiepiscopi ac egregii viri
domini Raphaelis de Surdis, comitis Iadre. Cum hoc sit, quod condam
Maorus Francisci de Grisogonis legasset seu dimisisset in suo ultimo
testamento scripto manu Laurentii de Alexandrinis de Regio, notarii
iurati Iadrensis, in milesimo trecentessimo septuagessimo, indictione oc-
taua, die vigessimo octauo mensis aprilis, ser Miche condam Iohanis
de Pechiar, ciui Iadre, quindecim salinas positas in valle de Pago, ubi
dicitur Jesero in confmio ecclesie sancti Michaelis licet diuisas in duo*
bus locisy quas salinas post hoc dictus ser Micha fecit deliberare ut
dicitur per incantum, credens quod essent numero quindecim et non
sunt nisi duodecim, Vnde domina Peregrina relicta condam dicti Fran^
cisci, mater predicti condam Mauri, tanquam dona et domina bonorum
condam dicti Maori, sui fillii, ut in dicto testamento clarius continetur,
nolens quod vltima uoluntas condam dicti sui fillii infringeretur, nec
suam ipsa conscientiam agrauare, idem <> domina Peregrina per se suos^
que heredes et successores omni modo, uia, iure et forma, quibus me^
lius potuit, dedit, donauit, remisit, tradidit et refutauit donatione, que
dicitur inter uiuos, que nullo modo reuocari possit ingratitudine parua
aut magna dicto ser Miche de Pechar<!> pro se suisque heredibus et suc-
cessoribus stipulanti et recipientt quasdam tres salinas sitas in dicta
vale de Pago iuxta dictas duodecim salinas ad hoc, ut numerus quin^
decim salinarum sit adimpletus. Quas tres salinas idem condam Maorus
emit partim a Mula Polisich et partim a Surmano Druschich Pa*
gensibus et partim de eis emit ^upanus Stiga de Pago a Thiha relicta
Mule Bonisich et hoc nomine dicti condam Mauri cum pecuniis con^
dam Mauri predicti,- quarum trium salinarum hos confines dixerunt:
de borea posidet<!> comissaria condam dicti Mauri, de quirina est mare,
de austro et trauersa est fusatus conuicinalis,-cum omnibus et singulis
ipsarum trium salinarum iuribus et pertinenciis, videlicet cum slibis,
ptallis, quassillis et alliis circumstantiis ipsis tribus salinis pertinentibus
et spectantibus,«ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum et
quidquid dicto ser Miche siue suis heredibus et successoribus de dictis
tribus salinis sic sibi aduentis et datis perpetuo placuerit fatiendum sine
alicuius contradictione tanquam de re sua propria, cum ad ipsum spec^
tent et pertinent<!> de iure ac debent<!> pertinere. Quas quidem tres salinas
sic donatas cum omnibus earum iuribus et pertinenciis omnibus et sin^
gullis, que ad ipsas tres salinas spectare et pertinere possunt, promisit

dicta domina Peregrina pro se suisque heredibus et successoribus pre« dicto ser Miche, eius heredibus et suecessoribus ab omni homine et persona legitime deffendere et excalumpniare, actoricpare et disbrigare in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris et dictam donationem et transactionem, et omnia ac singulla in hoc contractu contenta firma et rata atque grata perpetuo habere et tenere ac adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, per se uel alium siue alios sub pena quarti valoris exti* mationis dictarum trium salinarum ac cum reffectione omnium damp* norum et expensarum litis et extra et obligatione bonorum suorum omnium presentium et futurorum,- et pena soluta uel non, presens in^e strumentum firmum sit. Actum Iadre, in domo dicte domine Peregrine, presentibus ser Grisogono condam Damiano de Begna et fratre Andrea de Candia, habitatoribus Iadre, testibus ad hoc uocatis et rogatis et alliis.

Cm.p.J Ego Simeon de Cucilla, iudex examinator manum missi,

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatenssis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Iadre, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

CSignum notariij.

Izvornifi na pergameni u arfiivu $ugosf. afcađ. u ZagreBu. Dipf. a. 1374.

79.

1375. 25, februara. U Miecima, (Venetiis),

Rajmuncf, BisRup pađovanski, gfavni saBirac desetine papine u Sfavoniji očituje cfa je Biskup trogirstii Krševan pfatio 4o đufiata za cfesetinu.

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo septuagesimo quinto, inditione tercia decima, die vicesimo quinto mensis februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii, diuina prouidentia pape XI^mi anno quinto, In mei notari publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia reuerendus in Christo pater et dominus dominus Raymundus, dei gracia episcopus Paduanus, sedis apostolice nuntius et collector generalis fructuum, reddituum, censuum, decimarum et aliorum quorumcumque in Aquilegensi, Gradensi et aliis prouintiis ac Sclauonie partibus, camere apostolice debitorum auctoritate apostolica specialiter deputatus, admisit ad compositionem reuerendum patrem do^-minum Grisogonum, eadem gracia episcopum Traguriensem, pro et

super omnibus dictis bienalibus et trienalibus hactenus impositis per felicis recordacionis dominos Innocentium papam VI. et Vrbanum pa^ pam V. ex decima[1] annuali ac subsidio prpcurationum legato de latere solui consueto et omnibus aliis impositionibus per supradictum dominum nostrum papam modernum[1] hactenus camere apostolice impositis dictum dominum episcopum et mensam suam episcopalem dumtaxat tangentibus in quadragirita ducatos auri boni ponderis traditis, assignatis et ibidem manualiter numeratis, De quibus quidem XL ducatis auri sic, ut premissum est, assignatis, traditis et receptis et de dictis decimis et imposicionibus dictum dominum episcopum Traguriensem eiusque ec* clesiam, successores et bona dominus episcopus et collector antedictus nomine dicte camere apostolice quittauit, liberauit et absoluit pactumque fecit bona fide de aliquid vlterius nos petendo,- renuncians idem dommus episcopus et collector specialiter et expresse ac ex certa sciencia exceptioni sibi non solute, non assignate, non tradite et integre ab eo non recepte et non habite dicte quantitatis et summe dictorum XL duca^ torum et presentis quittationis et compositionis non sic factarum et generaliter aliis omnibus et singulis exceptionibus, defensionibus et allegationibus quibuscumque etiam iuri dicenti generalem renunciationem non valere nisi processerit specialis. Super quibus omnibus et singulis idem dominus episcopus et colfector voluit dicto domino episcopo Traguriensi fieri atque tradi publicum instrumentum,- quod quidem instrumentum in testimonium premissorum sigilli sui fecit appensione muniri. Datum et actum Venetiis, in monasterio sancte crucis Castel* lane diocesis, anno, indictione, die, mense et pontificatu quibus supra,- presentibus venerabilibus, religiosis et discretis viris domino fratre Petro, priore monasterii sancte Helene dicti loci de Venetiis, presbitero Johanne de Burgo Ruthenensis diocesis, capellano domini collectoris et Viuiano condam Andree de sancta Heulalia Paduane diocesis notario, testibus ad premissa vocatis, habitis specialiter et rogatis.

CSig. not.J. Et *ego* Morandus Philippi clericus Cenetensis dio^ cesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius prefatique domini episcopi et colectoris officialis et scriba, premissa omnia et singula manu propria scripsi et publicaui et in hanc publicam formam redegi signoque meo consueto signaui vna cum appensione sigilli ipsius domini episcopi et collectoris requisitus in testimonium omnium pre^ missorum.

Izvornik na perg. u arfi. fiaptofa u Trogiru no. lo2.
Na fistini visi uzica odpergamene,- pečat otpao.

[1] Od decima do modernum umetnuto na kraju listine.

80.

1375. 5. marta. ***(U*** **Spijetu.)**

Kaptof spfjetski svjedoci, da su se Petar iz Trogira i Surčin iz VrhrijeRe nagodifi gfede kuće u Trogiru.

Nos capitulum maioris ecclesie Spalatensis uniuersis et singulls quibus expedit tenore presencium et ad quorum noticiam presens pa* gina peruenerit significamus, quod nuper nobis in vesperis congregatis in nostra matrice ecclesia supradicta constituti coram nobis sic congregatis personaliter nobiles viri, videlicet ser Petrus Iosephi de Tragurio et Jurchin Haynositg de Verchrika tam humiliter quam deuote nos eorum quoad uerba uel exposicionem audire supplicantibus et petentibus. Qui supradicti nobiles exponendo oretenus dicebant pridie fuisse quandam questionem exortam tam tempore eorum, quam bone memorie patrum eorum, quod per finem et quietacionem ac adnichilacionem et aliis clau^ sulis, prout in ipsarum pagina continetur diu tempore actitatam tum co^ ram dominis banis tum vicegerentibus eorum coram scampno <!) et in curia Tininii, qui predicti nobiles Petrus et Jurchin volentes omnia et singula per *eos* eorumque patrum in dicta questione habita et ob* tenta siue habenda quoquo modo, si que fieri ad presens uel in futurum reperiri possent, per se eorumque heredes et successores ab ho* dierna die in perpetuum pro nichilo habere et tenere vnus alteri et alter alteri per se eorumque heredes et successores faciendo et stipulando finem ac generalem quietacionem ad plenum de ulterius aliquid non dicendo hac de causa et occasione dicte questionis et de omni iure alio, ratione et accione ac omnibus aliis et singulis, ad que vna pars alteri et altera alteri hactenus tenebatur uel tenere poterat in prefata questione alicuius partis siue rei tam supradicti compositoris<!) quam eorum patres racione et causa huiusmodi olim usque presentem diem in prefatis. Et hoc, quia ambe partes supradicte per se eorumque heredes et successores conculcata et adnichilata habita et habenda aut quoquo modo optenta in dicta ipsorum questione eorumque patrum voluerunt,- liberans et absoluens vna pars alteram et altera alteram per se eorumque heredes et successores ab omnibus et singulis controuersiis dictis et factis nunc et in posterum de dicta ipsorum questione et eorum patrum, prout supra/ promittens vna pars alteri et altera alteri per se suosque heredes et successores stipulantibus litem uel controuersiam aut questionem in predictis iam in futurum occasione predicta vllo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set ab omni homine et per^

sona excalumpniare et disbrigare cum soiucione expensarum in predictis, insuper predicta omnia et singuia perpetuo tempore firma et rata ha^ bere et tenere vicissim et non contrafacere uel uenire per se uel aliurrt seu alios ulla ratione uel ingenio *seu* causa, de iure uel de facto, sub pena quingentarum librarum denariorum paruorum persoluenda parti at* tendenti per partem non attendentem presentem contractum et pena so* luta uef non, presens pagina et omnia in ipsa contenta firma perdurent,- omni excepcione defenssionis iuris uel facti remota. Demum inter aiia idem ser Petrus, qui supra, ibidem instanter coram nobis per se suos* que heredes et successores dicto Jurchino dixit se vendidisse cuiusdam domus sue duo pauimenta posita in ciuitate Tragurii retro ecdesiam sancti Laurentii iuxta domum ser Lodeti Zuueti et iuxta domum he~ redum Siluestri Baronis Traguriensis ac super suam canabam stipulante dicto Jurchino per se suosque heredes et successores, prout in notis co^ munis Traguriensis eiusdem vendicionis ambe partes dicebant apparere iucuienter. Vnde ad peticionem dicti Jurchini idem ser Petrus coram nobis afirmare uoiuit dictam uendicionem per se suosque heredes et successores ipsi Jurchino et eius heredibus ac successoribus fuisse fac^ tam ad habendum, tenendum, vendendum et alia faciendum, quidquid idem Jurchinus et eius heredes et successores inde voluerint faciendum, libere faciendum tanquam de re sua propria et spectali sine aliquo contra^ dictore, hoc tamen acto et declarato inter eos prout supra,- et in pre= senti pagina non debeat generari aliquod preiudicium instrumento pu~ blico permutacionis et concambii, quam asserebant fuisse factam per dictum Petrum dicto Jurchino et eius vxori domine Bone de duobus pauimentis siue solariis et cum canape ipsius ser Petri positam in Tra-- gurio iuxta domum Lodeti Iohannis, iuxta murum comunis et iuxta domum heredum Siluestri Baronis, ad quam permutacionem dicebant apparere publicum instrumentum/ volens dictus ser Petrus et ex nunc promittens dictum instrumentum dicti concambii et permutacionis et alia contenta in eo habere perpetuo tempore firma et rata, Et hoc presen* tibus reuerendo patre domino fratre Matheo, dei gracia episcopo Dei^ matensi, Thomassio Dobrulo de Spaleto, Stephano Cimigulitg de Tra^ gurio et Michaeie Marinitg de Clissio, testibus per partem prefatam cum eis conductis, ad hoc vocatis et rogatis,- nec non nobis in pre- sente nostro priuilegio aponi dicte partes ipsos testes pecierunt que omnia et singuia fuerunt per dictas partes composita et affirmata prour supra coram nobis et dictis testibus, — Nos igitur anuentes prefatis partibus verbis dictis excepcionem supplicantibus atque quietacionem generalem, prout supra affirmacionis et pene in eadem quietacione facte

per partes supradictas causa prefacionis et promissionis nec non confessionis dicti ser Petri dicte vendicionl. sic fuisse per eundem ser Pe* trum dicto Jurchino, prout supra„ facte ac omnibus et singulis aliis, prout in presenti pagina continetur, auditis et graciosse ac humiiissime susceptis fecimus dare litteras testimoniales de omnibus supradictis nostri sigilli maioris ecclesie atque nomine impendentis munimine roboratas,- sub anno domini ab eius natiuitate millesimo trecentessimo septuagessimo quinto, indicione Xllla, die quinto mensis marcii, pontificatus sanc^ tissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii diuina prouidencia pape vndecimi, anno quinto.

Izvornifc na pergam, u arfc. fiaptofa u Spfjetu fJCPL 1. 39J- Pidi se trag, gdfe je visio pečat.

Listina je čitava is&rižana, pafije teš/eo razfifiovati poznije firizanje od firi zanja vrfo neursđna pisara. Cdni se, đa Je fistina fiasirana u boncept.J.*

81.

1375. 17. marta. U Garešnici <In Gresencha).

Ladisfav zupan garešničHi svjedočt da su Nifiofa i Petar, sinovi Ivana itd., prosvjedovafi proti otudenju nefiifi posjeda po Cofasti ženi Andrije,

Nos magister Ladizlaus filius Beke, comes de Gresencha, memorie commendamus per presentes, quod magister Nicolaus litteratus et Petrus, filii Jwan de eadem Gresencha, in suis ac Iohannis et Thome, fi^ liorum eiusdem Nicolai litterati, nec non Petri> Ladizlai et Benedicti, filiorum Dominici litterati personis ad nostram personaliter accedentes presenciam extiterunt protestati in hunc modum, quod domina Colastia alio nomine Bagouch uocata filia Mark dicti Pethy[1], consors vero Andree filii Thome dicti Lahek de dicta Gresencha vna cum eodem An^ drea, marito suo, quasdam possessionarias porciones inter fluuios Ko^ tenna et Gresencha uocatos adiacentes ipsos nobiles supradictos tam iure hereditario, quam eciam racione contigue vicinitatis et commeta^ neitatis tangentes et quod eciam nunc in aliqua parte ipsarum posses^ sionarium porcionum esse dignoscerentur ipsis penitus insciis Thome, Gregorio, Andak et Zakal filiis Petri dicti Chepus quoddammodo alie^ nassent et perpetuassent in eorum iuris preiudicium non modicum et grauamen, vnde facta protestacione huiusmodi iidem Nicolaus et Pe^ trus filii Iwan suis et nominibus, quibus supra, ipsam dominam Colastia

[1] Pechy.

uocatam et eundem Andream, maritum suum, a prefatarum possessio* nariarum porcionum inpignoracione, in concambium tradicione et perpe^ tuacione ac quouis modo alienacione facie ad faciem, ipsos vero filios Petri dicti Chepus nec non Paulum et Iohannem, filios Mathe de Ku* kauinch ac alios quoslibet a recepcione, ocupacione et se quouismodo intromissione in easdem factis vel faciendis contradicendo prohibuerunt et interdixerunt coram nobis et vniuersorum nobilium comitatus preno* tati, regni lege requirente, testimonio presencium mediante. Datum in eadem Gresencha, sabbato proximo post dominicam inuocauit, anno •domini M° CCC^mo^ septuagesimo quinto.

Izvornifi na papiru u ugar. drz. arfiivu u BPešti M, O. D. L. 3$249. Stara sign.: Acta monast. Garig fasc. II. No. 29 •

Na hrptu vidi se trag pritisnuta pecata,

82.

1375. 25. marta. <U Zagrebu).

Kaptol' zagreBacfiiprepisuje svoju fistinu od18. aprifa 1346. CCod, dipf XI. 297J.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir nobilis magister Dy* onisius filius Iohannis de Dubouch in sua nec non eiusdem Iohannis patris ac Emerici fratris suorum personis ad nostram personaliter ae* cedens presenciam exhibuit nobis litteras clausas serenissimi principis domini Lodouici, dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. regis iU lustris domini nostri naturalis sub secreto suo sigillo emanatas et con^ fectas, in quibus nobis mandabatur, quod quia ipse Emericus in ser* uiciis domini Karoli de Duracio fratris ipsius domini nostri regis fuisset occupatus, propter que seruicia instrumenta eorum sub nostro priort sigilfo emanata et confecta ad terminum per regiam maiestatem nobis et regnicolis datum et assignatum ad confirmandum nouo nostro sigillo introportare et renouari facere nequiuissent, ideo nos eadem litteralia instrumenta ipsorum transscribi et nostro nouo sigillo transsumpmi fa- cere deberemus, eisdem tamen carta et cera ac scriptura bene exami- natis,- inter que instrumenta idem magister Dyonisius suo et nominibus quibus supra apportauit et exhibuit nobis quasdam litteras nostras pa* tentes nostro priori sigillo consignatas. Quarum tenor talis est:

fPidi fistinu od g, 1346. 18. aprifaj.

Nos siquidem mandatis dicti domini nostri regis obedientes viam^ que iuris obseruantes, vt tenemur, dictas Iitteras nostras inuenientes esse

veras, difigenti tamen examinacione prehabita, ipsas de uerbo ad uer«-bum transscribi et nostro nouo sigillo fecimus priuilegialiter communirL Datum in dominica oculi, anno domini M° CCC° LXX° quinto.

Izvornifi na pergameni u arfiivu $ugosfav. afiadem. u ZagreBu: Dipfomata-a. 1346.

Na fistini visi nesto svifene vrpce crvene i zute 6oje/ pečat je otpao.

83.

1375. 25. marta« *(U* Zagrebu.)

Kaptof zagreBačfii prepisuje svoju fistirtu od 1. maja 1335- CGod. dipf. X. 2oQJ.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens. scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir nobilis magister Dyonisius filius Iohannis de Dubouch in sua, nec non eiusdem Iohannis patris ac Emerici fratris suorum personis ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras clausas serenissimi principis-domini Lodouici, dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. regis \U lustris, domini nostri naturalis, secreto *suo* sigillo consignatas, in quibus nobis mandabatur, quod quia ipse Emericus in seruiciis domini Karoli de Duracio, fratris ipsius domini nostri regis, fuisset occupatus, propter que seruicia instrumenta eorum sub nostro priori sigillo emanata et; confecta ad terminum per regiam maiestatem nobis et regnicolis da* tum et assignatum ad confirmandum nouo nostro sigido introportare et renouari facere nequiuissent, ideo nos eadem litteralia instrumenta ipsorum transscribi et nostro nouo sigillo transsumpmi facere deberemus eisdem tamen carta, cera et scriptura bene examinatis,- inter *que* instrumenta idem magister Dyonisius suo et nominibus quibus supra appor^ tauit et exhibuit nobis quasdam iitteras nostras patentes nostro priori sigillo consignatas/ quarum tenor talis est:

CSfijedi fistina istoga Raptofa od 1335-, I majaj.*

Nos siquidem mandatis dicti domini nostri regis obedientes viam* que iuris obseruantes, vt tenemur, dictas litteras nostras patentes inue^ nientes esse veras diligenti tamen examinacione prehabita ipsas de verbo ad uerbum transscribi et nostro *nouo* sigillo fecimus priuilegialiter com^ muniri. Datum in dominica oculi, anno domini M° CCC° LXX° quinto.

Izvjrnik na pergameni u arkivu fjugosfav. abadem. u %agre6u; Dipfomata-a. 1328.

Na fistini vidi se trag, gdje je o vrpci visio pečat.

84.

1375. *27,* marta. U Križevcima <In Crisio).

Petar CByrfce, župan Briževački, potvrđuje dioBu posjeda Zfoyn, provedenu izmedu Nikofe Stjepanova, te sina mu TaBijana de Cyr kuena s jedne i NiBofe i Ivana sinova Pavfa JaBoBovog de Raven s druge strane, nafion sto su potonji pred istim županom priznafi zaBtjev prviB osnovanim.*

<N>os magister Perrus dictus Chyrke, comes Crisyensis et iudices nobilium comitatus eiusdem memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Nicolaus filius Ste* phani et Fabianus filius suus de Cyrkuena, ut actores, feria secunda proxima post dominicam reminiscere nunc proxime preteritam iuxta continentiam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum contra Io- hannem et Nicolaum, filios Pauli filii Iacobi de Rauen, vt in causam atractos, personaliter astantes comparendo porcionem ipsorum posses^ sionariam in possessione Zloyn vocata pretextu patruelis fraternitatis ipsos in eadem proporcione <> contingentem super eosdem aquisiuissent coram nobis, tandem iidem Iohannes et Nicolaus, filii Pauli, respondis^ sent ex aduerso eo modo, quod hoc bene verum esset, ut idem Nico- laus, filius Stephani, frater ipsorum esset patruelis et ex eo predicta possessio Zloyn vocata tam ipsorum, quam ipsius Nicofai et dicti Fa« biani, filii sui, communis existeret/ vnde si predicti Nicolaus et Fabi- anus predictam diuisionem ipsorum in eadem possessione ipsos contin^ *gentem* absque citacione rehabere voluissent ab eisdem, eciam eandem ipsis absque aliquo litis processu extradare prumpti <> fuissent et parati, nunc vero ipsam porcionem ipsorum absque omni contradiccione fra^ ternaliter extradare vellent plene et integre. Vnde quia nobis et regni nobilibus per assercionem et proposicionem parcium predictarum dicta possessio Zloyn vocata ex linea fraternitatis in duas partes coequaies inter partes prenotatas diuidi, cuius vna recta et quoequalis medietas eisdem Nicolao et Fabiano, filio suo, statui debere uidebatur sicque ad peragendum ipsum negocium noster et capituli ecclesie homines trans^ mitti debeant necessario, ob hoc ipsum capitulum amicabiliter postu^ lauimus reuerenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testtmonio fidedignum, quo presente Anthonius litteratus filius Chornota[2] de ge^ nere Gatal, homo noster, ad faciem eiusdem possessionis Zloyn vocate

[2] Chornoca *l*

vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et pre= sentibus accedendo et eandem in duas partes quoequales diuidendo, vnam rectam et quoequalem medietatem eiusdem cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis ad eandem medietatem spectantibus sta^ tueret eisdem Nicolao filio Stephani et Fabiano, filio suo, heredum in heredes eo iure perhempnali tenendam et possidendam, quo eisdem pertinere dinosceretur. Quod quidem capitulum Zagrabiense nobis amica* biliter rescripserunt eo modo, quod ipsi receptis fitteris nostris racione eiusdem statucionis ipsis destinatis amicabilibusque peticionibus nostris annuentes vna cum eodem Anthonio litterato homine nostro virum dis^ cretum magistrum Anthonium, socium et concanonicum eorum, hominem ipsorum fidedignum, ad ipsam statucionem faciendam pro <testimonio) duxissent transmittendum. Qui demum ad eosdem exinde reuersi ipsis concorditer retulissent, quod ipsi feria sexta proxima ante domi* nicam oculi nunc proxime preteritam ad faciem eiusdem possessionis Zloyn habitatorum destitute in dicto comitatu Crisyensi existentis accessissent, vbi quibusdam vicinis illic existentibus vnam partem eiusdem possessionis a plaga aquilonaria habitam eisdem Nicolao filio Stephani et Fabiano filio suo de dicta Cyrkuena statuissent, alia parte eiusdem prefatis Iohanni et Nicolao, filiis Pauli, remanente, nemine tunc contradictore inibi apparente. Nos itaque vna cum regni nobilibus nobiscum tunc in ipsa sede iudiciaria adherentibus matura deliberacione prehabita iudicantes tum ex speciali annuencia et consensu predictorum filiorum Pauli, tum eciam visis ipsis litteris capituli ecclesie Zagrabiensis re* scripcionalibus predictam medietatem iamdicte possessionis Zloyn vo* cate prefatos Nicolaum et Fabianum, filium eiusdem, pro fraternali porcione contingentem annotatis Nicolao et Fabiano, filio suo, commU simus in filios fiiiorum perpetuo tenere, pcssidere pariter et habere, eo tamen iure, quo ipsis dinosscitur pertinere. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras priuilegialiter emanatas nostrorum sigillorum munimine vallatas eisdem Nicolao et Fabiano, filio suo, duximus concedendas iuris equitate. Datum in Crisio, feria tercia proxima post dominicam prenotatam, anno domini M° CCC^{mo} LXX^{mo} quinto.

Izvornifi na pergameni u arfiivu fjugosf, afiademije u %agreBu; Dipfomata a. 1375.

Na fistini se dofje vidt rupe, na fiojima je visjefa vrpca s pečatom.

85.

1375. 30. marta. U Zadru <Jadre>-

Suci zadarski osuđuju tutore mafodoBnog Matije, sina pokojnog SaHova, da pfate DoBri, udovi spomenutog Safiova, loo fiBra, fioji jojje iznos poRojnifi ostavio u oporuci u ime donešenog po njoj mi raza, Sudprigovora tuženiB, da je oporuHa formafno nevafjana, nije uvažio.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indictione tercia decima, die penul^ timo marcii,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Dalmatie et tempore ilfustris principis d<omini> domini Caroli de Duratio, ducis re~ gnorum Dalmatie et Crouatie ac reuerendi patris domini fratris Do= minici, Iadrensis archiepiscopi ac magnifici viri domini Rafaelis de Sur^ dis, comitis Iadre. Nos Grisogonus de Grisogonis et Damianus Grisogoni de Bengna, iudices curie maioris Iadre ad ciuillia ac ser Iacobus de Zadulinis, iudex examinator subrogatus per teseras loco ser Saladini de Saladinis, tercio iudice, qui adesse non potuit huic iuditio legiptima de causa, vissa petitione coram nobis facta per dominam Dobram, relictam condam Iacobi Desse de Fanfogna petente a domina Nicolotta, relicta Laurencii de Bogde et a domina Ziuita, relicta Iohannis de Varicassis et a ser Macollo de Fanfogna, tutoribus et tutorio nomine Simonis et Dobrice, filiorum et heredum condam Mathei filii et heredis dicti con^ dam Iacobi, ut sibi de bonis dicti condam Iacobi dare debeant libras centum grossorum Venetorum ad bonam monetam, quas ipse condam Iacobus habuit et recepit pro dote et dotis nomine ipsius domine Dobre et quas ipse Iacobus sibi relliquid in suo ultimo testamento scripto per Iohantiem condam Iohannis Ramuali de Regio millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indicione tercia, die octauo ianuarii, et audita re^ sponsione ser Zuue Sergi, advocati rearum<l> dicentis dictos reos non teneri ad solucionem dictarum librarum cum ipsa actrix petat vigore dicti testamenti dicti condam Iacobi quod petere non potest, quia ipsum testamentum est insolempne eo, quia non est subscriptum per iudicem examinatorem iuxta mores terre Pagi, *in* qua fuit factum et rogatum, quarum merito veniunt absoluendi a dicta peticione. Ex aduersa parte replicabatur per ser Iohannem Cosse et ser Francischum de Sloradis, aduocatos attricis, quod ymo dictum testamentum est solempne et

solempniter factum secundum mores et consuetudines ioci, ubi fuit rogatum, cum tunc temporis quando fuit factum non se subscrU bebant examinatores, producens ad prolacionem ipsarum alegationum testamentum condam Salboli de Pago factum eo tempore, per quod aparet, quod nulla fiebat subscriptio, et quod testamentum sine sub^ scriptione iudicis examinatoris vafebant <> et tenebat ac eciam literam domini comitis Pagi recomendacionis dicti testamenti et quod testa^ mentum illud erat solempne et solempniter factum secundum mores loci. Et plus dicebant dicti Iohannes et Francischus advocati, quod posito, quod sic esset, quod tamen negatur, hoc non fuit probatum nec mon* stratum. Igitur per nos uissa dicta peticione et responssione et alega^ tionibus partium et omnibus productis *m* causa ipsa descriptis in actts nostre curie et terminis datis ipsis reis ad probandum et producendum de iuribus suis semel, bis, ter et perhentorie qui nichil monstrauerunt uel dixerunt quod faciat pro iuribus suis, vissa eciam institucione dic- torum tutorum scripta per notarium infrascriptum solempniter facta le^ giptimatis personis, conclusso eciam in caussa ipsa partibus presentibus at inter alia uisso dicto testamento et quod voluntas dicti testatoris sic fuit, ut in dicta peticione continetur/ cum testamentum est vhime uo^ luntatis disposicio de eo, quod testator fieri voluit post eius mortem/ habito eciam, quod dixit et confessus fuit in dicto testamento se ha^ buisse dictas libras centum pro dote ipsius,- matura deliberatione ha^ bita in premissls, Christi nomine inuocato, pro tribunali sedentes sub logia magna Iadre, ut moris est, partibus presentibus talem inter dictas partes nostram sentenciam damus et proferimus in hiis scriptis et in hunc modum: quia condempnamus et sentenciamus dictos tutores no^ minibus predictis ad dandum et soluendum ipsi domine Dobre de bonis predictis dictas libras centum grossorum Venetorum ad bonam mone^ tam iuxta dictam peticionem et dictum testamentum,- iurando prius ipsa domina Dobra ad sancta dei euangelia corporaliter tacra scriptura pe^ ticionem suam fore iustam et veram et se recipere debere vere et se nichil habuisse de ipsa dote nec in toto, quam in parte/ victum uictori in expensis legiptimis condempnantes/ dantes in pristaldum ser Colanum de Matafarris, tribunum curie Iadre, ibidem presentem ad hanc nostram sentenciam executioni mandandam. Actum Iadre sub dicta fosjia, pre^ sentibus ser Nicolla de Grubogna et ser Radollo de Zadulinis de Iadra, testibus vocatis.

Ego Grisogonus de Grisogonis, iudex predictus me subscripsi.

Ego Damianus, iudex ut supra, me subscripsi.

Ego Iacobus de Qadulinis, iudex examinator suppradictus, sup^ scripsi.

CSignum not.J. Ego Laurencius de Alexandrinis de Regio, pu^ blicus imperiali auctoritate notarius et notarius ad ciuillia Iadre, de comissione dictorum dominorum iudicum scripsi.

Pisano suvremeno ne rufiom notarevom, već triBuna:

MCCCLXXV., indicione XIIIL, die XV. mensis octubris, actor iurauit in presencia partis aduerse et mei Nicolai condam Grisogoni de Begna, tribuni curie Iadre, secundum formam dicte sentencie et hoc in ecclesia sancti Platonis tactis reliquiis et scribturis. Et hoc *ego* su* pradictus tribunus mea manu scribssi.

86.

1375. 2. aprila. *(11* Dubrovniku).

DuBrovačfia općina šafje svoga posfaniHa svome sincfiRu u Neretvu sa uputom, fiafio ce zaskočiti i zapfijeniti nefie fađe iz Korcufe i Kotora fircate žitom,

Die II. mensis aprilis, Commissio facta Unu^e de Matessa.

Piero de Gondofa, rector de Ragusa, iudici et consiglieri de la detta terra, a lo nobile et savio Vnu^e de Mattessa, nostro sindico in Narento, salute cum sincero amcre. Ricevessimo la tua lettera, che mandasti pro questo tenor anchor da mattina a di II. de questo mese d' aprile. Et lo tenore d' essa bene intendessimo et percio ti diamo a saver che di presenti mandassimo ccmandando a lo conte de Stagno, che debba armare statim tre barche cum persone XXX de arme sovra esse, et debiale mandare in soccorso de lo nostro legno in Sfiete, con le quale barche viene Dobre de Chaiich per essere capitano di tuta f armada, et pertpo volemo et comandemo, che de presente como audiray che agionga Dobre a Sfiete tanto se eflo ti mandera clamando, quanto se no, debbi gire ad esso, et tutto quello, che ti ordinera lo detto Dobre, debbi fare et complire sicho te fosse ordenado da noi. Et se per aventura lo detto Dobre non vegnisse, et tu como sentiray le dette tre barche essere in Semblate con lo lengno e con la barca altra che se in Sfieta, debi andare et chomandare a Pafon comito de la lengno, che deba vegnir cum tuta *V* armada de di et de notte como melio et in quella hora et in quella terra che ti parera et debbi tollere lo bar* coso cole due barche de Curgofa et de Chataro che sono con la

blava in Io merchado de Narento, quando li detti navili avera carcada dentro la lor blava. Et in quella hora. che la nostra armada sera ad asalir et pigliar li detti navili in lo mercado, puogo avanti secretamente et destramente fa comandamento a tuti li nostri mercadanti, che sarano al mercado de Narento, che non se debbino niente impacar a offendere ne defendere la nostra armada, sotto pena de perperi C per cia* schuno chi contrafara. Et se afguno contrafara et tu lo debi scrivere et mandane significando. Et tute queste cose debi tegner de streta cre^ denca, et debile menare a esecucione per tale partido che li detti na* vili con la blava sia presi da la nostra armada. Et mandali a Ragusa per quello mare dentro de Narento, vegnando prima in mano de lo conte de Stagno et de la a Ragusa. Et volemo che debi dare a savere a tuti li nostri mercatanti de Narento, cha tuto che comparara et mandara a Ragusa, se lo vora vendere a lo nostro comun, noy lo daremo de presente perperi VI de lo staro dei frumento/ perperi V de lo staro de la segala, et perperi IIII de lo staro del miglio, et perperi III $^{1}/_{2}$ de lo staro de lo sorgo. Et se ello lo vorra vendere lo porra vendere per quello presio che vorra et porra ad altri, se al comun non lo vorra vendere. Et de quello che mandasti a dare al conte de Stagno et a noi per questi servisii della blava tu facesti bene et saviamente, et noy pagheremo le spese del correr. Et se alcuno caso avegnisse per questi servicii, che fusse bisongno de scrivere et se alcuni gentili homini overo altro volesse defendere overo dare alcuno favore a ii diti navili contra la nostra armada, et tu li debi pregar da parte nostra et di tuta la terra cum quelle ornate parole che te parera, che non si debbino impacar contra la nostra armada.

Lettere e cimmissioniđi Levants 135Q—138o f 88. 5. LiBri reformationum m 146-147.

87.

1375. 12, aprifa. <U Spljetu).

Pred kaplofotn spfjetsfiim vraćaju supruzi Pavao i Radosfava Gau= sini iz Trogira, Bratu recene Radosfave, sva po njemu zafožena doBra u župi kninslioj, nakon sto je zafagatefj povratio duznu im svotu.

In Christi nomine amen. Cum hoc sit, quod dudum nobilis vir Gausina filius quondam Marini de Gausina de Tragurio per se suosque heredes et successores iure proprio et inrevocabili titulo et nomine pure,

mere, libere et inrevocabilis donacionis donasset, remississet, tradidisset et refutasset donacione, que dicitur inter vivos domine Radoslaue, sue sorori, uterine filie dicti condam Marini, omries et singulas villas, ter^ ritoria, possessiones, prata, nemora, pascua, aquas et aquarum decursus tam cultas, quam incultas posita tam in districtu civitatis Tragurii, quam in regno Croatie existentia, pertinentia et spectantia dicto Gausine et *que* ad ipsum pertinere seu spectare poterant quoquo modo/ et ipsas villas et possessiones cum earum iuribus et pertinentiis promisisset eidem ab omni homine et universitate legitime deffendere et excalumpniare cum hac conditione et pacto uidelicet, quod dicta domina Radoslaua siue sui heredes uel successores deberent et tenerentur manute^ nere et gubernare dictum Gausinam, suum fratrem, prebendo ei victum et vestitum, usque ad vitam dicti Gausine sub certa pena soluenda, rato manente predicto contractu, prout hec omnia lacius et plenius continentur in quibusdam literis capituli Nonensis, datis sub sigillo pendente dicti capituli in ecclesia maiori Nonensi, anno natiuitatis domtni millesimo trecentesimo sexagesimo octauo, indictione septima, die octavo mensis octubris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani, pape quinti, anno quinto. Cumque etiam post hec dictus Gausina coram eodem Nonensi capitulo fuerit conffcssus habuisse et recepisse causa mutui a Paulo condam Purche de Aurana, habitatore Jadre, cognato suo et a domina Radoslaua, dicta sorore sua uterina et uxore legitima dicti Pauli ducatos mille boni auri et iusti ponderis ad racionem librarurn trium et solidorum quatuordecim pro quolibet ducato pro quibus dictus debitor dictis creditoribus ob!igauit nomine pignoris totam et integram unam villam suam vocatam Dassini Dolzi in comitatu Tininij et regno Croatie positam et existentem,- irem me^ dietatem integram unius ville vocate Prapratniza,- item medietatem in= tegram cuiusdam tercie ville vocate Lubitono et que in confinibus dictarum trium villarum continentur vel si forte aiiqui forent alij confines veraciores et cum omnibus et singulis iuribus et pertinentiis earumdem taliter pacto et condicione adiectis, quod ipsi locatarij deberent abicere pro teratico dictarum villarum quolibet anno ducatum unum auri,- cum certis alijs conuentionibus, condicionibus et pactis, que in ipsis litteris continentur, datum None, in cathedrali ecclesia, anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octaua, die vigesimo sexto martij, prout in literis in carta membrana compositis per venerabile capitulum Nonensis ecclesie vel eius capituli notarium pfe* nius apparebat et eiusdem ecclesie sigillo impendente munimine sigillatam seu capituli sepedicti. Nunc vero conparhentibus contrahentibus

prenotatis coram nobis Andrea archipresbitero, Bucardo Jacobo prU mizerio, canonicis et capitulo maioris ecclesie Spalatensis ad dicta officia in nostra matrici ecclesia antedicta congregatis exhibitisque coram nobis dictis literis sub appensione sigillorum pendentium dicti capituli Nonensis predicti Paulus et domina Radoslaua, iugafes, contenti et confessi fuerunt se rehabuisse et recepisse ac manualiter eis datos et numeratos fore dictos ducatos mille auri a dicto Gausina, quos con= fessi fuerunt se habuisse et recepisse, ut supra, exceptioni non eis datis, non traditis et non restitutis dictis ducatis omnino renunciantes et ob hoc non vi, non dolo, nec metu deducti dicti Paulus et domina Rado^ slaua et quilibet eorum per se dederunt, cesserunt et reffutaverunt per se et suos heredes et successores eidem Gausine pro se suisque here- dibus et successoribus stipulanti et recipienti omne ius, omnemque ac^ tionem generalem et partialem, utilem et directam, quod et quam ha* bent in omnibus et singulis bonis contentis in presentibus literis et in literis Nonensis capituli supradictis positis in comitatu Tininj et extra teritorium et districtum ciuitatis Traguriensis, que bona dicti jugales aquisierant vel alter eorum tam titulo donacionis, quam et emphiteotice locationis, vel aliter quoquomodo dummodo dicta cessio et reffutatio ad bona posita in ciuitate vel districtu Traguriensi nullatenus se ex^ tendat. Volentes, quod dictus Gausina amodo deinceps possit et va- leat de dictis villis, rebus et bonis tamquam de rebus suis proprijs suam facere omnimodo volumptatem constituentes se dictas villas et bona omnia supradicta, existentia in dicto comitatu Tininij dicti Gausine nomine possidere, donec ipsarum rerum possessionem acceperit corpo^ ralem, quam accipiendi eidem auctoritatem et licentiam omnimodam ccncesserunt. Et dictus Gausina remisit et refutauit ac penitus rela^ xauit eidem domine Radosfaue victum et vestitum ad quod eidem erat obnoxia virtute literarum predictarum superius expressarum et hoc quia videbatur, quod aliter non poterant quiete et pacifice commanere nec conuenciones predictas attendere bono modo. Promittentes dicte partes una alteri et altera alteri dictas reffutationes, daciones, restitutiones et remissiones predictas ratas, gratas et firmas habere et tenere, attendere et obseruare per se et suos heredes et successores et non contra^ facere vel uenire per se vel alium seu alios, de iure vel de facto sub pena quingentarum librarum parvorum solvendarum per partem non attendentem parti obseruanti, que pena tociens possit exigi cum effectu quociens fuerit contrafactum et pena soluta vel non, predicta omnia firma perdurent et sub reffeccione omnium dampnorum et interesse et expensarum liris et extra,- pro quibus omnibus attendendis obligauerunt

sibi vicissim unus alteri et alrer alteri omnia bona sua presentia et futura Nos igitur supradicri archipresbiter, primicerius, canonici et capitulum maioris ecclesie Spalatensis harum serie universis et singulis tam presentibus quam futuris, quibus expedit vel expedire foret per presentem paginam significamus, quod annuentibus omnibus et singuMs in presenti pagina contentis fecimus dare literas testimoniales nosrre ecclesie predicte sigillo et capituli inpendente munimine roboratas super omnibus et singulis in presente pagina annotatis. Sub anno domini mil^ lesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indictione tertia decima, die XII. mensis aprilis/ pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorij, diuina providencia pape undecimi, anno quinto. Publicata per presentem formam[1].

Izvana: Hec sunt acta in mei presbiteri Iohaniš de Sibinico condam Georgij, canonici ecclesie maioris Spalatensis et quietacionis et aliorum, prout in presentibus cartulis luculenter apparet, scripta manu mea propria ex comissione mihi facta per venerabile capitulum dicte ecclesie Spalatensis in foliis viginti duabus sub anisque, sub in^ dictione, mensibus et diebus in eis sic dictis cartulis anotatis.

Izvorm'6 na pergam. u arfi. fiaptofa u Spfjetu CXVI 1. 31.J.
Kufiufjevic fjura regni I p. 14o~142.
Wenzef Acta extera III /06—loS.

88.

1375. 14. aprila. <U Zagrebu>.

Pred fiaptofom zagreBačfcim daruje Đuro Andrijm de GfaunicBa svome Sratu Dionizu sva svoja doBra u koiaru gfavničfiom.

<C>apitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus pre^ sens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuer^ sorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Georgius filius Andree de Glaunfcha ad nostram personaliter accedens presenciam dixit et coram nobis sponte est confessus, quod ipse uniuersas possessiones. et possessionarias porciones suas tam hcreditarias, quam emptlcias quouis nominis vocabulo vocitantes <!> ipsum tangentes et specialiter pos*-sessionem, que sibi et Ioh<an>ne<!> filio Iuanka, auunculo suo, fuissent d^uolute sub suis certis metis et terminis in districtu dicte<!> Glaunicha. habitis cum omnibus earum iuribus et pertinenciis Dionisio filio eiusdem

[1] Đilješka istoga notara.

Andree, fratri suo vterino et per eum suis heredibus et posteritatibus fraternaliter consensisset et donasset, ymo consensit et donauit coram nobis iure perpetuo possidendas, tenendas et habendas,- nil iuris nilue proprietatis uel dominii sibi in eisdem possessionibus et possessionariis porcionibus reseruando Georgius antedictus, set totum ius, proprietatem et dominium in ipsum Dionisium, fratrem suum et suos heredes ac po^ steritates transferrendo, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sabbato proximo ante domU nicam ramispalmarum, anno domini M°CCC°LXX°quinto.

Izvornik fifepo pisan na pergameni u narodnom muzeju u Bpešti. (Kupfjen g. 187J., te nosi signaturu na Brptu fasc. LVI. No. 83J.

Na fistini viđi se sviCetta vrpca crvene Боje,- pečata više netna.

89.

1375. 24. apriia. U Višegrađu <In Wissegrad).

Ljudevit kraff ustupa gradu ZagreBu na osnovu gradsh'fi privife gija posjede umrfoga Bez odvjetaka Pavfiše.*

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit uniuersis, quod licet nos ad humilimam supplicacionem ymo pocius peticionem inportunam Andree litterati, filii Mathei, ciuis ciuitatis no^ stre Zagrabiensis, curie nostre notarii, pro ipsius serviciis quandam do^ mum olim Paulis iudicis ciuitatis nostre Grecensis de Zagrabia in eadem ciuitate Grecensi, inter domos Maren et olim Simonis dicti Scrinicha, ciuium dicte ciuitatis Zagrabiensis, ante fores ecclesie beati Marcy evangeliste in suo vicinatu habitam, simul cum vineis et terris arabilibus olim dicti Paulis eidem Andree litterato propter defectum prolium ipsius Paulis, ad nostram maiestatem deuolui et nostre collacioni fore pertU nere asserentis et per eum Eiye, fratri suo, ipsorumque heredibus et posteritatibus uniuersis perpetuo dederimus sub condicionibus et pactis in aliis litteris nostris donatoriis expressatis possidendas, tamen quia tandem nos ex tenore priuilegii condam serenissimi et magnifici prin^ cipis domini Bele, olim incliti regis Hungarie, prothaui et predecessoris nostri carissimi laudande recordacionis, per serenissimumque principem condam dominum Karolum similiter inclitum regem Hungarie, genitorem nostrum carissimum, felicis memorie, et tandem per nostram serenitatem confirmati et innouati per prouidos viros Jakomel iudicem, Donatum,

Francha et Johannem, ciues nostros fideles dicte ciuitatis nostre Gre^ censis de Zagrabia, suis, necnon vniuersorum fidelium ciuium et ho^ spitum nostrorum de eadem ciuitate nostra Grecensi de Zagrabia in personis coram nostris regiis obtutibus in specie exhibiti et producti, inter ceteras libertates eorumdem, hac speciaiis gracie prerogatiua, per eundem dominum Belam regem predecessorem nostrum ipsis facta, eos^ dem fide conspeximus oculata debere gratulari, vt si quis de dicta ci^ uitate nostra Grecensi de Zagrabia sine herede decesserit, de rebus suis mobilibus liberam habeat disponendi cuicumque voluerit facultatem/ res vero immobiles, domos, curiam, vineas, terras et edificia suorum con* ciuium habito consilio vxori sue uel alicui cognatorum suorum relinquat, ita tamen, quod nec per ipsum nec per vxorem nec per cognaros a iurisdicione civitatis possit alienare seu eximi vel auelli. Item, si quis intestatus decesserit et nec vxorem, nec filios, nec cognatos habuerit due partes rerum suarum per viros fidedignos, ad hoc de consilio cU vium deputatos, pauperibus et ecclesie eiusdem civitatis distribuantur, tercia vero pars ad vtilitatem ciuitatis reseruetur. Nos itaque inspectis tenoribus predicti privilegii, idem priuilegium ratum habentes et ac* ceptum, dictos fideles ciues nostros Grecenses de Zagrabia in eorum iuribus et libertatum prerogatiuis priuilegiatis supradictis illese et paci* fice conservare volentes, predictam donacionem nostram de premissis domo, vineis et terris arabilibus ipsius condam Paulis, modo premisso ipsis Andree litterato et Elye per nos factam, simulcum dictis litteris nostris ipsam donacionem exprimentibus, preuia racione reuocamus, cas* samus, anulamus, irritamus ac viribus et virtute omnino carere com^ mittimus, harum nostrarum secreto nostro sigillo consignatarum testU monio litterarum mediante. Datum in Wissegrad, in festo beati Georgii martiris, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto.

Originaf u arkivu fjugosf. afiađemije, tia Ceđima utisnut krafjev tajhi pecat, pod kojim čitamo: „refacio haronum speciafis".

T&afčić Mon. civ. ZagraB. I. 245~246.

90.

1375. 25. aprila. U Strasburgu <Stazzburg>.

Ivan, RršfiBisftup, preporuca Zagrepčanima svoga posfaniRa Petra.

Johannes, dei et apostolice sedis gracia Gurcensis ecclesie episco^ pus, sancte Saltzburgensis ecclesie in spiritualibus vicarius generalis,

necnon excellentissimi principis domini nostri gloriosissimi domini Lu^ dowici regis Vngarie capelianus, discretis et sapientibus viris, amicis karissimis, iudici, consulibus et iuratis civitatis Sagrabiensis salutem et obsequiosum in omnibus animum complacendL Cum enim Petrum Chursthkonem de Chray, presencium actorem, nostrum et dicte ec= clesie nostre coionum fidelem pro aliquibus vestre civitatis litteris seu aliis rebus, ut dicitis, vobis de quadam stacione seu comodo sinistre ab^ latis tamquam maleficum captiuaueritis, ut idem nobis retulit et pro^ mulgavit, quem tamen nos nec antecessores nostri dicte Gurcensis eo* clesie episcopi in aliqua sinistra accione vmquam reperimus/ et vos tnodo eundem in huiusmodi facti immunem inventum sub caucione fi* deiussoria usque feriam sextam infra octavas Pasce pendente, proxime venturam extradideritis, ita videlicet, quod idem Petrus vobis litteras interim nostras apertas affere debeat, in qua nos nomine amicorum dicti Petri seu aliorum quorumcumque hominum, nobis et dicte ecclesie nostre iurisdicioni subiectorum ex debito et iure profireamur, quod am^ modo vobis, vestre pretacte civitati seu eiusdem civitatis vestre com- munitati pro dicta deprehensione dicto colono nostro inumaniter illata nullam indignacionem seu inimiciciam inferre debeamus,- quamvis tamen ex debita benignitate homines nostros et ecclesie nostre subditos ex tali vel maiori honesta obligacione eripere seu reddimere teneamini. Qua- propter vos, civitatem et communitatem vestre civiratis, ut prefertur, ex parte nostra seu amicorum ac aliorum quorumcumque hominum nobis et dicte ecclesie nostre subditorum, dicto Petro atinencium, pro dicta captivitate ab omni vlteriori impeticione seu indignacione promit- timus assecurari et presentibus promittendo certificamus, tali adiecta condicione, quod vos munimentis vestris et civitatis vesfre litteris e converso nos et ecclesiam nostram seu omnes nobis et ecclesie nostre prefate subiectos, cuiuscumque status vel condicionis existant homines predicte deprehensionis causa certificetis, quod de cetero nobis nec eciam nostris quibuscumque hominibus nulla molestia seu gravamen oriatur. Scientes, nos multum mirari, quod nobis pro huiusmodi facto litteratorie nichil intimastis, quamvis tamen inviti viderimus vos aut unum de communitate vestra per homines nostros turbare seu in quo^ quam molesrari. Datum Strazzburg, castro nostro, in vigiiia Pasce. Anno domini millesimo trecentesimo LXX quinto.

Originaf na papiru u aruivu $ugosf. afrađemije. Na feđima otisnut pečat.

THafčić Mon. civ. ZagraB. L 244-245-

91.

1375. 26. aprila. <U Dubrovniku).

DuSrovacfia opcina mofi firafja Ljudevita, da posreduje Hod Rra~ fjice Ivane za sfoBodan prijevoz žita iz Apufije.

MCCCLXXV. die XXVI. mensis aprilis. Commissio facta Nixe de Goze, qui iuit ad dominum regem Hungarie.

Noi Piero de Gondola, rector de Ragusa, colo conseglio de pre^ gadi per autoritade a noy data da lo gran conseglio, committemo a te Niccola de Goxe, nostro cittadino honorando, che alo nome di dio debi *andare alo nostro* signor naturale messer lo re de Hungaria, doue lo sentiri che sia, et fazandolt la riuerenza cum recomandagion da parte nostra et de tutta la terra, cum quelle ornade parole che si conuien^ li debi presentar la lettera de credenza,

Et como zonzerai in sua corte douo sera lo ditto nostro signor ananzi che ti presenti dinanzi ala sua regal maiestade, debi presentare le nostre lettere, che porterai cum ti a quelli nostri amici, che sera in corte colo ditto nostro singnor, a li quali noi scriuemo, *zoe* a messer lo vescouo de Vazia et a messer lo vescouo de Vespernia et a messer Francescho conte de Gallipoli et a messer Simon d'Auria, amirallo de lo detto nostro singnor, a lo quale vescouo de Vazia presentarai in segno de memoria de parte nostra quello presento che tu porti cum ti. Et debi pregare tutti questi amici nostri che trouerai colo singnor da parte nostra che ti sia aitadori et fauorevoli dinanzi lo detto nostro signor ad impetrare una lettera, la quale esso debbi scriuere da sua parte ala regina Giouanna de lo rengno de Pulia, che per suo amore nc debbi fare grazia, che possemo comperare in lo detto suo regno de Pulia per *ll* nostri denari, como melio poremo, salme dumilia de fru^ mento et salme dumilia d orzo et trasere de lo detto regno et condure a Ragusa, pagando la sua debita reson de la tratta de la detta blaua ala detta madama la reina.

Et habiando presentade le ditte lettere ali ditti nostri amici che *trouarai* colo singnor, et habiandoli informadi sicorno si contien de soura, te debbi presentare alo singnor nostro messer lo re, et presen-tarli la nostra lettera di credenza, fazandoli la riuerenza che si contien de su.

Et quando esso ti dara audienza, et tu per lo plu ornado modo che te parera li debi dire: Singnor nostro, la nostra cittade de Ragusa

sicomo voy podi essere informado, non semina blaua per suo forni* mento, ne a terreni da poderla seminare. Bt perzo suplica ala vostra regai maestade, sicomo a loro unicha speranza dopo dio, che vi pi* aqua de scriuere una vostra lettera efficase a madama la regina *]o*= hanna de Pulia che per vostro amor lassi li vostri fedeli de Ragusa comperare in lo suo rengno de Pulia duo milia salme de frumento et duo milia de orzo per li lor denari, ala misura de Manfredonia, et che quella blaua possa trare et condure a Ragusa pagando ala detta regina la sua debita rason de la tratta. Et corno auerai impetrada questa let^ tera da lo detto nostro singnor, de presente lo plu tosto che porrai la debi mandare in mano sicura a Ragusa.

Et se non trouerai misser lo vescovo di Vazia in corte et tro* uarai lo suo frar, et tu debi dare a lo suo frare lo presente che man^ demo a messer lo vescovo, et la lettera che scriuemo alo ditto suo frar messer Michel,- et la lettera de messer lo vescovo debi ritegnir tu cum ti. Et se trouarai lo detto messer lo vescouo de Vazia et tu non dari la lettera che mandemo alo detto suo frar, ma la debi squarcear et se nessun de lor tu non trouarai et tu debi tornar cum ti le cose che li mandemo a san Demitrio. Et debine scriuere da san Demitrio de omne cose che farai ordenatamente. Et mo a 1'andata che farai da Ragusa a san Demitrio non debbi tardare a san Demitrio ultra di octo.

Lettere e commissioni cfi Levante 1359~138o. fof. 89.
LiBri reformationum IV. 147 ~ 148.
*Ge(cicfJ*TBa((6czy Dip(. Rag. 6r. 57, 74-75-*

92.

1375. 27. aprila. U Orahovici <In Roholcha).

Ugrin sin Ivana de Rofiofcfia (OrafiovicaJ sa sinom si Petrom^ daruje samostanu sv, Benedikta u Hermu vinograd LipouecB.

Nos magister Vgrinus filius Johannis de Roholcha nec non aule regie miles commendamus pro memoria quibus expedit vniuersis, quod ego et filius meus Petrus ac ceteri heredes mei existentes sanitate bona, sospitate perfecta, pleno sensu, mente integra considerauimus et intelleximus ex instinctu spiritus sancti, quod bonum et salubre est com^ mutare transsitoria perpetuis et temporalia pro eternys, quare nos lega^ uimus, donauimus et assignauimus quandam vineam Lipouech vocatam inter metas possessionis nostre Bakowa vocate absque omni terragio montis et qualibet exaccione ymo contulimus, dedimus perpetue et ir~

reuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam clautri<!> sancti Benedicti de Hermo et per consequens priori ac fratribus presentibus et futuris in eodem deo famulantibus, ita tamen, quod si fratres met non co;isenserint et in processu temporis essetdiuisio inter me et fratres meos, extunc prefatam vineam non possint alienare vel auferre a clautro <!> predicto, sed loco eiusdem recipiant consimilem vineam in porcione mea. In cuius rei ratificacionem seu firmitatem sigillum nostrum pendens du^ ximus aponendum, Datum in Roholcha, feria sexta proxima post resu^ reccionem domini, anno domini M° CCC^{mo} LXXV^{0}.

izvornik na pergameni u ugar. držav. arfiivu u BPesti; M. O, L>. L. 32J62. Stara signatura: Acta monast. Paufi de Bakva^, No. 2

O crvenoj i ffuBičastoj svifenoj vrpci visi prifično sačuvani pečat.

93.

1375. 8. maja. <U Zagrebu>.

Ban Petar Ziidar odgađa parnicu Vafentina, Đure i Benedifta, si nova HedricBoviB, protiv Ladisfava, sina Ifije, radi povrede posje= dovnifj prava prvo spomenutih prigodom statucije doBra CBorcBan.*

Nos Petrus Zudor, regni <Sclauo>nie banus, damus pro memoria, quod Benedictus de Lipolch pro Ladislao filio Elye cum procuratoriis litreris *conuentus* ecclesie Symigiensis contra Valentinum et Georgium, filios Heydrici ac Benedictum filium eiusdem <Heydr>ici iuxta continen^ ciam priorum litterarum nostrarum procuratoriarum in octauis festi beati Georgii martirls ad nostram accedendo presenciam quasdam litteras dicti conuentus Symigiensis domino Karolo, pridem dicti regni Scla<uonie d>uci, ad regium litteratorium mandatum rescriptas tenoremque litterarum regalium eidem conuentui directarum de uerbo ad uerbum in se continentes, asserens accionem et proposicionem eiusdem Ladislai litteris con<tiner>i in eisdem, nobis presentauit, declarantes inter cetera, quod cum prefatus Ladislaus filius Elye acceptis Nicolao filio Ge^ orgii de Zenchen, regio et fratre Nicolao . . . conuentus hominibus feria secunda proxima post quindenas pasce domini, in anno domini M^{mo} CCC^{m0} LXX^{mo} secundo ad faciem possessionis Chorchan vocate vicinis et commetaneis eiusdem presentibus accessissent eandem per veras et antiquas metas reambulare incepissent et cum inter penes<!> me* tas filiorum Heyndruch et partem possessionis eorundem metas iam dicte possessionis Cherchan <> erigere <vo!uissent>, Valentinus et Geor^ *glus,* filii dicti Hedrich, suis et Benedicti filii eiusdem Valentini in per^

sonis inter alios contradiccionis obstaculo obuiassent. Quos quidem filios Heydrich inter alios nobiles <ad diem) octauarum festi beati Georgii martiris tunc proxime affuturas in presenciam ipsius domini Ka^ roli ducis citassent, quibus quidem litteris exhibitis et perlectis continenciis earundem prefati Valentinus, Georgius et Benedictus personaliter coram *nobis* adherendo responderunt ex aduerso, quod dictus Ladislaus filius Elye de possessionariis porcionibus eorum intra metas ipsorum existentibus in premissa possessionaria reambulacione quandam parti^ culam possessionariam occupare et sibi statui facere voluisset, ex quo ipsi fecissent prohibicionem prenotatam et ibidem insfrumenta sua lit^ teralia super facto premisso confecta exhib<ere .... para>tos fore referebant, et quia prefatus procurator annotati Ladislai filii Elye eundem instrumenta eiusdem litteralia ad presens exhibere non posse allegabat, sed exhibicionem eorundem <ad vlteriorem) terminum per nos prorogare postulabat actorque semper debet esse ad exhibendum sua instrumenta promptus et paratus[1], pro eo commisimus, vt dictus Ladislaus in o<c^ tavis) festi beati Martini confessoris nunc venturis <iudicium) sex mar~ carum deponendo litteralia sua instrumenta exhibere teneatur coram nobis, quibus visis iudicium <et iusticiam) inter partes in premissis dic* tabimus. Datum Zagrabie octauo die termini prenotati, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} quinto.

Na hrptu: Pro Valentino et Georgto, filiis Heydrici ac Bene^ dicto fratre eiusdem Valentini contra Ladislaum filium Elye de Jelsa ad octauas festi beati Martini confessoris cum iudicio sex marcarum prorogaroria,

Izvornik na papiru, vrfo bfijeđ, u ugar. drz. arkivu u BPešti: M. O. D. L. 35%5°- Stara sign.: Acta monast. Garig, fasc. II. No. 3o.

94.

1375, 19. maja. <U Zagrefau).

Kaptof zagreBački svjedoči, Bafio je proveo Rrafjev izasfanifi dioBu posjeda između Stjepana sina Stjepanovog i drugova, pfemica de KosucBya, s jedne, te Vufca Matijinog i drugova mu s druge strane.

<C)apiruIum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in om^ nium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod, cum nos iuxta continenciam nostrarum *litterarum* obligatoriarum

[1] Siijedi precrtano »deberet esse«.

seriem litterarum domini nostri regis in se continencium pro diuisione
possessionaria infrascripta inter Stephanum filium Stephani, Iwan filium
Mortonos et Anthonium filium Lorandi, nobiles de Kosuchya, parte ab
vna, nec non Wlk filium Matheus, Iwk filium fratris Albertici et do*
minam Elenam consortem eiusdem <a)c Peteum filium Petri de eadem
Kosuchya parte ab altera feria quarta proxima post festum beatorum
Philippi et Jacobi apostolorum fienda de voluntate parcium predictarum
et iuxta obligamen parcium earundem, prout series obligacionis in eis-
dem litteris nostris prioribus . . . <capi)te sigilli nostri consignatis in se
continentis et iuxta mandatum regie maiestatis, cuius mandati series in
eisdem litteris nostris, vt predicitur, continetur vna cum Martino filio
Johannis, homine in litteris regalibus predictis inserto, discretum virum
dominum Blasium, custodem <th>esaurarium ecclesie nostre transmisis^
semus. Tandem iidem ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt,
<juod ipsi in dicta feria quarta iuxta continenciam ipsarum litterarum
nostrarum obligatoriarum ad facies possessionum Kosuchya et Medse-
nycha vocatarum et suarum pertinenciarum sub <meti)s eorum existen-*
cium et terminis pariter accessissent. Quas quidem possessiones cum
^arum pertinenciis eedem partes hoc modo diuisissent distinccionibus
metalibus infra iam declarandis. Inprimis metas possessionis Kossuchya,
-que inferior Kosuchya vocaretur, in porcione <Stephani) filii Stephani
et frafribus suis cessa metalique distinccione distinguendo in cacumine
montis a parte meridionali circa metas possessionis Medsenycha due
mete terree de nouo erecte extitissent per eosdem,- deinde procedit in*
fra directe ad orientem ad du<as metas tereas<!) penes terram filiorum
Petri dicti Castellan/ abhinc infra per magnam viam ad ostium
^ecclesie sancte Crucis et per medium eiusdem ecclesie ad eandem pla*
gam orientalem per fenestram exeundo infra procedendo inter plagas
orlentalem et septemtrionalem ad fi<uuium> . . . . ya vocatum et trans*
eundo ipsum fluuium ad duas metas terreas,- deinde procedit in bono
spacio ad eandem plagam orientalem supra ad duas metas terreas,- ab^
riinc supra per quoddam nemus directe procedit ad duas metas terreas/
abhinc per ipsum nemus . . . . icem Medunyak dictum satis in bono
spacio ad duas metas terreas/ abinde per ipsum nemus supra asscen*
dendo et transeundo ipsum nemus Medunyak in magno spacio procedit
directe ad metas possessionis Jaztrebnyk vocate, quam ipsi possessioni
inferiori Ko<suchy)a applicassent ad duas metas terreas,- deinde supra
transit ad eandem plagam orientalem in bono spacio ad vnam viam an*
tiquam, vbi due mete terree essent erecte, que commetantur terre ca*
strensium de Predimeryak,- deinde per ipsam vi<am) . . . . supra proce-

dendo ad montem in bono spacio ad quandam viam magnam, vbi due mete terree fuissent eleuate, que eciam terre eorundem castrensium commetarentur/ inde procedit ad vnam arborem nyrfa cruce signatam,- abhinc infra directe transit <ad vnum fluuium Jaztrebnyk> vocatum et per ipsum fluuium Jaztrebnyk supra procedendo in magno spacio ad arborem haasfa cruce signatam, que commetatur possessioni Dol vo* cate, quam possessioni Superior Kosucha applicassent,- abhinc supra procedendo ad eandem plagam orien<talem ad cacum>en montis ad quandam viam, vbi due mete terree essent erecte, deinde infra per ipsam viam in paruo spacio procedendo exit ad dextrum ad partem septem* trionalem ad duas metas terreas, que eciam ipsi possessioni Dol com^ metarentur,- ab<inde . . . . ad . , . , > eandem plagam septemtrionalem ad duas metas terreas,- deinde procedit infra in paruo spacio ad arborem hans cruce signatam,- deinde tendit infra ad aliam arborem haas cruce signatam/ deinde infra directe procedit et cadit in fluuium B<achyn>___ et per ipsum fluuium Bachyn infra procedendo in magno spacio et exit de ipso fluuio ad occidentem ad duas metas terreas, que commetantur pos= sessioni Gorycha vocate,- deinde directe ad eandem plagam occidentalem ad arborem has cruce signatam, ... in paruo spacio ad duas metas ter* reas/ deinde transit per quendam (ocum Terstenyk dictum ad vnum riuum et per ipsum riuum supra procedendo ad occidentem ad fluuium Kosuchya antedictum, vbi due mete terree essent eleuate,- abinde per ipsum fluuium. . . . . . <pro>cedit in bono spacio, ubi quidam riuulus Chernamlaka vocatus cadit in ipsum fluuium Kosuchya et per ipsum riuum Chernamlaka supra procedendo in magno spacio peruenit ad duas metas terreas, que commetantur terre filiorum <Ladizlai>. . . . . . procedit ad montem satis in bono spacio ad partem meridionafem ad duas metas terreas, que eciam commetantur terre dictorum filiorum Ladizlai,- abinde per ipsum montem procedit in magno spacio et per* uenit ad priorem metam. Et sic hii<s. . . . .metalibus distinccionibus factis pro parte dicti Stephani filii Stephani et fratrum suorum mete possessionis Superioris Kosuchya sic inciperentur erecte pro Wlk filio Matheus, Iwk, et domina Elena, sua consorte et Petheu filio Petri, iam prescriptis.... distinccio metalis seu cursus inciperetur in monte circa terram castrensium de Predimeryak, vbi esset arbor tul cruce signata, penes quam essent due mete terree erecte,- deinde infra per quandam viam ad montem Zlaniuerh. . . . . .<quan>dam magnam viam, vbi due mete terree essent eleuate,- deinde tendit infra per ipsam viam in bono spacio et exit de ipsa via ad meridierh ad cacumen cuiusdam monti* culi ad duas metas terreas, que commetantur <possessioni Superior>

Zlatynyk vocate/ deinde infra per ipsum monticulum procedit in bono
spacio ad duas metas terreas, que eciam commetarentur ipsi possessioni
Superior Zlatinyk/ deinde infra directe ad meridiem ad fluuium Zla^
tynnyk vocatum et transe<undo ipsum fluuium), vbi quidam paruus
riuulus cadit in ipsum fluuium Zlatynnyk et per ipsum riuum supra
procedendo in bono spacio directe ad montem ad viam, per quam itur
de Bruznyk in Polanam, penes quam duas metas t<erreas> . , ,, com^
metantur possessioni Prigwozdye,- deinde procedit infra per ipsam viam
in bono spacio vsque metas possessionis Polanya antedicte. Possessionem
autem Medsenycha vocatam in duas diuidendo partes coequales,- cuius
medietas re<cta Stephano filio) Stephani, altera vero medietas Wlk, Iwk
et aliis prescriptis deuenissent, porcionem ipsius Stephani et fratrum
suorum in medio porcionum dictorum Wlk, Iwk et aliorum preallega^
torum reliquendo. Cuius possessionis Medsenyche mete a parte occi-
<dentali> eodem Stephano et fratribus suis, ab alia porcione dictorum
Wlk, Iwk ac aliorum prescriptorum sic separarent; primo in quodam
monte due mete terree essent erecte/ deinde infra tendendo in paruo
spacio ad arborem nucis crucesignatam/ dehinc. . . . .procedendo ad
quandam viam *et* per ipsam viam infra procedendo ad riuulum Brezni*
potok dictum et per eundem riuulum per meatum eiusdem riuuli ad
occidentem procedendo in magno spacio peruenit ad duas metas ter-
reas/ abhinc ad eandem <plagam> occidentalem directe peruenit ad flu*
uium Medsenycha vocatum, penes quem essent due mete terree eleuate,-
abhinc ad eandem plagam directe ad arborem piri cruce signatam, pe^
nes quam duas metas terreas erexissent/ deinde directe <eundo> ad
quendam riuulum Minor Lippouech dictum et per ipsum sursum ten^
dendo directe in magno spacio ad cacumen montis Strasische vocati,
vbi due *mete* terree essent eleuate,- que mere commetarentur terris *no**
bilium de genere Konyuh. . . . .Wlk et Iwk ac aliis preassumptis. Pro
eorum porcione mete inciperentur isto modo: inprimis a parte occiden-
tali, vbi quidam riuulus Negornyk vocatus caderet in fluuium Medse*
nycha et protendit supra per ipsum riuum ad duas metas terreas . . . .
supra per quandam viam inter plagas meridionalem et occidentalem ad
montem ad duas metas terreas,- abhinc tendit supra penes terram Gyui>
dani vsque metas Superior Topolnyk,- que mete ex utraque parte por^
cionls prescripti St<ephani et fratrum> suorum eisdem Wlk, Iwk et aliis
preassumptis distingerent et separarent. De vineis autem ipsorum hanc
fecissent distinccionem: primo in monte Vynogora incipiendo a parte
meridionali a capite cuiusdam putei Churek vocati et per exitum aq<ue...
putei infra procedendo in paruo spacio exit cursus metalis supra ad

vnum montem ad duas metas terreas/ abinde directe ad cacumen ip*
sius montis ad duas metas terreas,- quarutn.vna ad orientem simul cum
monte Prog<rebnyk> et terris sub vineis existentibus wlgo Poduinnyche
dictis Wlk, Iwk et aliis preassumptis, a parte vero occidentali sub ca*
pella sancti Martini incipiendo vsque vineam Thome filii Stupinye si*
mul cum quadam vinea circa vineam O . . . . . habita de Zauersya et
vinea Stephani filii Wezelk cum terris sub eisdem vineis existentibus
Stephano filio Stephani et fratribus suis cessissent et deuenissent/ ce*
terum ad alium montem veniendo similiter Vynagora vocatum proce*
dendo ad cacumen ipsius mo<ntis>. . . . . .vbi due mete terree essent
erecte et dehinc directe declinando ad vallem versus partem meridio*
nalem ad duas metas terreas, quarum vna a parte orientali cum terris
sub vineis existentibus Wlk et aliis pretitulatis, a parte v<ero> occiden*
tali similiter cum terris infra vtneas habitis Stephano filio Stephani et
suis fratribus separarent,- item vineas in monte Negornyk vocato a parte
meridionali, in quo monte essent due mete terree erecte,- abhinc magis
supra ad eundem montem ad duas metas terreas, quarum vna a parte
orientali cum vinea Berzech Stephano filio Stephani et fratribus suis a
parte vero occidentali Wlk et aliis prescriptis demonstrando deuenis*
sent,- item in alio monte Razohe dicto a quadam arbore nucis cruce
signata incipiens transiret supra per vallem ad aliam arborem nucis
cruce signatam ,• dehinc sursum ad montem ad partem occidentalem, vbi
due mete essent erecte, quarum vna a parte orientis cum terris sub vineis
existentibus et vinea Borsinschak, quam quondam Georgius possedisse
Stephano filio Stephani et fratribus suis, a parte vero occidentali simi*
liter cum terris infra vineas habentibus Wlk et aliis, vt prescribitur, de=
uenissent,- item in monte Minor Lypouech vinea Radilouschak a parte
occidentis et medietas alterius vinee Chernynnak a parte orientis ac
quedam plancula quondam Dragos, Wlk, Iwk et aliis prescriptis, alie
vero vinee in eodem monte existentes Stephano filio Stephani et suis
fratribus essent deuolute/ item in maiori monte Lypouech a parte me*
ridionali, vbi due mete terree essent erecte vsque ad alias duas metas
terreas directe a parte orientis cum terris Stephano filio Stephani et
suis fratribus, a parte vero occidentali cum quadam vinea sub aliis vi~
neis habita cum terris Wlk et aliis, vt prescribitur, deuenissent/ item
in territorio Zauersya medietas directa vinee Radiio a parte orientis
Stephano filio Stephani et suis fratribus, a parte vero occidentali Wlk
et aliis preassumptis nec non medietas vinee Lypnak a parte inferiori
Stephano filio Stephani et suis fratribus a parte vero superiori Wlk et

aliis preassumptis deuenissent/ ceterum medietas vinee Stanech a parte meridionali dictis Wlk, Iwk et aliis ipsorum consociis, a parte vero sep* temtrionali Stephano filio Stephani et suis fratribus cessissent possi« dende,- item vinee Perri, Ambrossi, Blasii, Wlchk, Mladus et Pauli, io* bagionum, Stephano et eius fratribus, vinee vero Radouanni, Otolech, Dragen et Mykech, iobagionum, Wlk et aliis, vt prescribitur, deuenis* sent,- item quedam vinea a metis filiorum Castellani usque metas filio* rum Ladizlai de Perch Stephano filio Stephani et fratribus suis, vinea vero Progrebnyk in monte, quam Iwan dictus Supan possedisset, Wlk et aliis, vt prescribitur, cessissent et deuenissent/ item possessiones Go* rycha et Zachretye cum vineis in Zwabynya et Seryauinnak, cum ter= ris sub eisdem vineis existentibus Wlk et aliis preallegatis, possessiones autem Alma et Odouina Stephano et suis fratribus fuissent deuolute,- item medietas possessionis Bruhnyk a parte septemtrionali Stephano et eius fratribus, a parte vero meridionali Wlk, Iwk et aliis vt prescri* bitur,- nec non eciam medietas possessionis Prigwozdye a parte occi* dentis eisdem Stephano et suis fratribus, a parte vero orientis Wlk et aliis prescriptis deuenissent,- alias autem possessiones, scilicet Superiorem Zlatinnyk, Wrhouch, Oztrigh, Zrechye et Giogouech inter se frater* naliter diuisissent, montes autem glandinosas terrasque desertas atque aquas communi vsui deputassent, saluo semper iure alieno. In quorum omnium testimonium premissorum presentes concessimus nostras litteras pendenti sigillo communitas. Datum sabbato proximo ante festum beate Elene regine, anno domini M° CCC° LXX° quinto.

*Izvornifi tta pergameni u aгб. nađBisftupije u ZagreBu. $urid*ica an. 1375^*
Na fistini visi o svifenoj vrpci zefene Boje voštani ovafni večat.
Listina je na desnoj i fijevoj strani firnja.

95.

1375. 29. maja. <U Kalniku).

Pred fiastefanom i zupanom Hafnicfiim prodaju sinovi i ficeri Lucije Bfagonine vinograd na Brdu Wzofia Sefeni i njezinoj' djeci.

Nos magister Lad<isla>us filius Pousa, castellanus de Maiori Kem* luk ac Jacobus filius Iwank, comes terrestris loci eiusdem, significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Fabianus, Paulus, Nicolaus, Anna, Margetha et Ofanna<!> filii et filye domine Lucie filye Blagona, coram nobis personaliter constituti ab vna, parte vero ex aU

tera domina Elena filia sororis sue vna cum filiis suis Gregorio, An* drea, Dionisio, Emerico, Thoma et Martino, ydem Fabianus, Paulus, Nicolaus, Anna, Margetha et Ossana<!) dixerunt et confessi sunt mini* sterio viue vocis, quandam porcionem vinee sue quondam Blagona supra ecclesiam sancte Trinitatis in monte Wzoka existentem eisdem domine Elene et filiis suis predictis pro decem marcis yendidissent, tra* didissent et assignassent cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vnU uersis irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam ex permissione et bona voluntate omnium vicinorum et commetaneorum suorum inibi existencium. In cuius rei memoriam firmitatemque perpe* tuam presentibus sigilla nostra duximus apponenda. Datum feria tercia proxima ante festum Asscensionis domini, anno eiusdem M° CCC°LXX° quinto.

Izvornik na pergameni u Narodnom Muzeju u Sudimpešti (Bivša zBir&a $an kovićeva).

Na hrptu vidi se trag dviju mafeniB ofirugfifipečata, pritisnutifi u oBičnom VOS&U.

96.

1375. 9. juna- U Mlecima <Veneciis>.

Andrija Badoarije, gradanin mfetačfii, imenuje Tranfia i Petra de Avanzo svojim punomocnicima,

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tre* centesimo septuagesimo quinto, indicione tercia decima, die sabbati, nono mensis iunii, Veneciis, Riuoalti, in statione mei notarii posita sub camera imprestitorum. . . . domino Johanne S , , mito condam domini Marini, ciue Veneciarum de contrata sancti Pauli, Benedicto de . , . . condam ser Jacobini de Asilo filio ser Francisci Braghe, testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique nobilis vir dominus Andreas Baduario con* dam domini Stephani, ciuis Veneciarum de contrata sancti Stephani •confessoris, omni modo, uia et forma quibus melius sciuit et potuit fecit, constituit et ordinauit ser Francischinum et ser Petrum d'Auan^o fratres, filios ser Nicholay d'Auan^o, ciues et habitatores Veneciarum, absentes tamquam presentes et quenlibet eorum in solidum ita, quod occupantis conditio potior non existat, sed quod vnus eorum inceperit, alter prosequi, mediare et finire ualeat, suos certos nuntios, actores, factores et legiptimos procuratores et quicquid melius dici potest/ spe** «cialiter ad petendum, exigendum, recuperandum, recipiendum et rece*

pisse confitenduni/ specialiter a domino abbate sancti Grisogoni de
Jadra et generaliter a quacumque alia persona, comuni et vniuersitate
omnem summam et quantitatem pecunie et quicquid aliud sibi, domino
constituenti, debetur et spectat seu debebitur et spectabit in Jadra in
districtu ex quacumque racione et causa, cum cartis et sentenciis et
sine, et ad paciscendum, concordandum et transigendum et de eo quod
receperit ad faciendum finem, remissionem, quietacionem, transactionem
et pactum de amplius non petendo, et si opus fuerit ad comparendum
coram quocumque iudice, rectore et officiale tam ecclesiastico, quam
seculari, ad agendum et defendendum, pignus et libellum dandum et
offerendum, litem contestandum seu lites de calumnia et ueritate dicenda
in animam dicti constituentis iurandum et cuiuslibet alterius generis sa^
cramentum prestandum et subeundum et ad proponendum, excipiendum,.
protestandum, replicandum, terplicandum, accusandum, excusandum,
ponendum et articulandum, propositionibus, exceptionibus, protestacio^
nibus, replicationibus, accusationibus, positionibus et articulis respon^
dendum, testes, instrumenta quelibet producendum et productis oppo^
nendum, testes alterius partis iurare uidendum et eos reyciendum et
reprobandum, iudices et notarios eligendum et recusandum, suspectos
et confidentes dandum in causa et causis/ concludendum, sentenciam
vnam et plures audiendum et <a> qualibet sentenčia et grauamine *appeU*
landum, appellat ones et nullitates prosequendum et sentencias execu*
tori mandari faciendum et ad substituendum loco sui vnum et plures
procuratores et substitutos reuocandum et factum in se reasumendum
rato manente presenti mandato et generaliter ad omnia alia et singula
dicendum, gerendum et procurandum, que in predictis et circha pre~
dicta vtilia fuerint et opportuna et que causarum merita exigunt et re^
quirunt et que ipsemet constitu < ens > facere posset, si presens esset,
etiam si talia forent, que mandatum exigerent speciale. Dans et con*
cedens . . . <s)uis procuratoribus et cuilibet eorum in solidum et sub^
stitutis ab eis uel altero eorum plenum, liberum et generale mandatum
cum plena, libera et generali administratione in predictis ac promictens
michi Marcho notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et re^
cipienti vice et nomine omnium quorum interest uel poterit interesse$_A$
firmum et ratum habere perpetuo quicquid per dictos suos procura^
tores ., uen .. rum in solidum et substitutos ab eis uel altero eorum
actum, gestum et procuratum fuerit sub ypotecha et obligatione om*
nium suorum bonorum,- et uolens relleuare et exnunc relleuans dictos
suos procuratores et quemlibet eorum in solidum et substitutos ab eis
uel eorum altero ab omni honere satisdandi promisit de iuditio sisti et

ludicationem soluendo sub ypotecha et obligatione predictis. . . . .
opportunis. . . . . notarius. . . . .

Conficere[1]. . . . .Marchi de Raphanellis de Ueneciis, imperiali auctoritate notarii, qui in millesimo septuagesimo quinto, indicione tercia decima, die sabbati, nono mensis iunii, scripsit et in publicam formam redegit quoddam procurationis instrumentum inter cetera continens, qualiter nobilis vir Andreas Baduario condam Stephani, civis noster, con* stituit procuratores suos Francischinum et Petrum d'Auan^o, fratres, filios Nicolai d'Auan^o, cives nostros etc. prout in eo plenius conti* netur, — est notarius bone oppinionis et fame eiusque instrumentis et scripturis adhibetur fidei plenitudo. Datum in nostro ducali palacio, die nono iunii, tercie decime indictionis.

Iz fistine zadarsfie od g. 1375> 14. augusta.

Ova je fistina u guBern. arfiivu u Zadru,- odio sam. sv. Krsevana. Kaps JCXIIL, No. 603.

97.

1375. 15. juna. Kraj Spljeta <prope Spaletum)

Benedifit iz Venecije, podsaBirac papinsRi u Sfavoniji itd, prima od nadBiskupa i kfera spfjetsfiog u ime dvogodišnje desetine 6o dufiata zfata,

Nouerint uniuersi presens hoc instrumentum publicum inspecturi, quod nos frater Benedictus de Venetiis, ordinis beate Marie seruorum, camere apostolice in partibus Sclauonie, in Spalatensi et nonnullis aliis prouintiis generalis vicarius, subcollector et locumtenens per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Raymundum, dei et apo« stolice sedis gratia episcopum Paduanum in supradictis et nonnullis aliis prouintiis et partibus Italie eiusdem sedis nuncium et collectorem generalem, specialiter deputatus, recepimus nomine camere apostolice supradicte, a reuerendissimo in Christo patre et domino domino Hugo* lino, predicta gratia archiepiscopo Spalatensi et eius clero ciuitatis et diocesis Spalatensis per manus venerabilium uirorum dominorum Bu* zardi primicerij, Duymi Petri, Jacobi Nicole, Duymi Nicole et Nicole, canonicorum ecclesie Spaletensis, pro compositione per ipsos dominos archiepiscopum et canonicos nobiscum nomine camere supradicte factam de et super decima bienali domini nostri pape Gregorij XI[mi] per

* Ovo službeno zasvjedočenje o vjerodcstojnosti notarevoj nalazilo se je po ;$voj prifici na originalnoj listini, a budući da je i *od* istog dana, kao glavna isprava, *Xo* ga ovamo uvršćujemo.

eundem dominum nostrum papam Gregorium XL nuper irnposita, vide* lizet pro primo et secundo terminis primi anni ipsius decime bienalis ducatos sexaginta boni auri et iusti ponderis, de quibus quidem sexa* ginta ducatis auri facimus nomine camere memorate, eisdem dominis archiepiscopo et canonicis recipientibus pro se et toto clero exempto* et non exempto et pro monasterijs monialium et aliarum ecclesiasticarum personarum civitatis et diocesis Spaletensis finem, quitationem, absolu^ tionem et remissionem plenariam, ac pactum de ulterius non petendo. Quas quidem finem, quitationem, absolutionem, remissionem et pactum promittimus nomine camere sepedicte semper de cetero firmas, ratas et gratas habere et tenere ac ipsos dominum archiepiscopum et clerum supradictos occasione premissa minime molestare. In quorum testimonium presens hoc publicum instrumentum scribi et fieri jussimus per Victorem, notarium scribamque nostrum publicum infrascriptum et: nostri sigilli iussimus appensione muniri, Acta fuerunt predicta in curia loci monasterij sancti Dominici de extra et prope Spaletum ordinis. Predicatorum, anno natiuitatis dominice miUesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indictione tertia decima, die quinta decima mensis iunij, pontificatus suprascripti domini nostri pape Gregorij XI. anno quinto^ presentibus reuerendo in Christo patre domino fratre Boniohanne, su^ pradicta gratia abbate monasterij sancti Michaelis de Monte Polensis diocesis, Ganoro condam domini Lanzaroti de Mantua, notario comunis Spaleti et Chapacio mercedro de Spaleto, ac Nicola Jacobi Andree de Spaleto, testibus vocatis ad hec specialiter et rogatis.

CSig. notj Ego Victor Guillielmi de Torcello, publicus impe^ riali auctoritate notarius ac scriba supradicti domini subcollectoris su^ prascriptis omnibus et singulis interfui, eaque de mandato dicti domini subcollectoris scripsi et in hanc publicam formam reddegi, signum meum una cum ipsius domini subcollectoris sigilli apensione consuetum apponens in testimonium premissorum.

Izvornifi na perg. u arfi. fiaptofa u Spffetu (DCVI. I. 5J.J.
Na fistini viđi se trag, gdjfe je o vrpci visio pečat.
Kukufjević $ura regni I. p. 142 - 3.

98.

1375. 18. juna. U Trogiru <Tragurii>.

Tr. Benedikt iz Venecije, zamjenifi gfavnoga saBiraca desetine pa~ pins/ie za Sfavoniju, očituje da je primio u ime desetine od Biskupa i fifera trogirsRoga 36 duRata,

Nouerint vniuersi presens hoc instrumentum publicum inspecturi^ quod nos frater Benedictus de Veneciis, ordinis beate Marie seruorum,

camere apostolice in partibus Sclauonie, in Spalatensi et nonnullis aliis prouintiis generalis vicarius subcollector et locum tenens pef reue^ rendum in Christo patrem et dominum dbminum Raymundum, dei et apostolice sedis gratia episcopum Paduanum, in supradictis et non* nullis aliis prouintiis et partibus Italie eiusdem sedis nuncium et col- lectorem generalem, specialiter deputatus, sponte et ex certa sciencia sumus contenti et confessi habuisse et manualiter recepisse a reuerendo in Christo patre et domino domino Grisogono, supradicta gratia epis* copo Traguriensi, dante et soluente pro se et mensa sua episcopali, capitulo Traguriensi ac sancti Nicolai et sancti Petri monialium mona* steriorum pro duobus terminis, videlicet primo et secundo primi anni decime bienalis nuper per dominum nostrum papam Gregorium XI. imposite ducatos triginta sex auri boni et iusti ponderis. De quibus triginta sex ducatis auri facimus nomine camere apostolice eisdem do^ mino episcopo, capitulo et monasteriis finem, quitationem, absolutionem et remissionem ac pactum de ulterius non petendo,- quas quidem finem, quitationem, absolutionem et remissionem ac pactum promittimus nomine camere prelibate semper de cetero firmas, ratas et gratas habere et tenere perpetuo, In quorum omnium testimonium presens hoc instru^ mentum publicutn scribi et fieri iussimus per Victorem notarium scrU bamque nostrum publicum infrascriptum et nostri sigilli appensione mu* niri. Acta fuerunt hec Tragurii, in episcopali palacio, anno natiuitatis dominice millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indictione tercia decima, die decima octaua mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii pape XI. supradicti anno quinto,- presentibus reuerendo in Christo patre domino fratre Boniohanne, supra* dicta gracia abbate monasterii sancti Michaelis Polentine diocesis et Antonio clerico Polentino filio Leonardi de Pola, testibus uocatis ad hec specialiter et rogatis.

CSig. not.J Ego Victor Guillelmi de Torcello, publicus imperiali auctoritate notarius et scriba suprascripti domini subcollectoris, supra* scripta omnia et singula de mandato dicti domini subcollectoris scripsi et in hanc publicam formam reddegi, signum meum vna cum ipsius do* mini subcollectoris sigilli appensione consuetum apponens in testimonium premissorum.

Izvornik na pergam. u arfi, fiaptofa u Trogiru no. /o3.
Ma fistini visi uzica odpergamene,- pecat otpao.

99.

1375. 19. juna. U Križevcima <In Crisyo).

Petar CSyrMe, župan RriževačHi, produfjuje rofipamice Nifiofe ilvana, sinova SafoovfjeviB, iNifiofe de Cirfivena, protiv Martina iz sv. Petra.

Nos magister Petrus dictus Chyrke comes Crisyensis damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus et Johannes, filii Petri filii Jacobi

et Nicolaus filius Stephani de Chyrkuena, ex quibus iidem Nicolaus et alter Nicolaus pro se personaliter et pro eodem Johanne cum pro* curatoriis litteris capituli Chasmensis ecclesie comparuit feria secunda proxima post octauas festi pentecosthes contra Martinum filium Ge- orgii de Zenth^peter iuxta continentiam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum mouere habebant, coram nobis ob preceptum et man* datum domini nostri regis nobis litteratorie iniunctum et per quendam nunccium <> exhibitum ad octauas festi beati Mychaelis archangeli nunc proxime venturas statu in eodem perhemptorie duximus prorogari. — Datum in Crisyo, secundo die termini prenotati, anno domini miliesimo CCC° LXX° quinto.

Na firptu: Pro Martino filio Georgii de Zenth^peter contra fi^ lios Petri filii Jacobi et Nicolaum filium Stephani ad octauas festi beati Michaelis prorogatorie.

*Izvorm'6 na papiru u ar&. kaptoCa ČazmansMog u Varazđinu, a. 1375**

Ma Brptu se vidi trag pritisnuta mafena okrugCa pečata, fiojim Bijase Cistina zatvorena.

100.

1375. 8. <jula>. U Zadru ^Jadre^[1]

Krsto Madijev de Pfiyfipo sa otofia RaBa prodaje za pedeset du fiata Nifiofi de Piticor zemfje u Cernu uz ofiičajne uvjete.*

<In Christi nomine> amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentessimo septuagesimo quinto, indicione tercia decima, die octauo <mensis> . . . . ii,- regnante serenissimo principe et domino nostro natu* rale domino Lodouico, dei gracia rege Hungarie, Polonie et Dalmacie, ac illustri principe domino Karolo de Duracio, duce Dalmacie et Cro* hacie, temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, comitis ciuitatis Jadre. Ibique ser Christoforus condam Madii de Phy* lipo, ciuis Arbensis, nomine suo proprio et per se et suos heredes et sucessores <> et ut procurator et procuratorio nomine Madii filii sui habens plenum mandatum ad infrascripta, ut patet publico instrumento

[1] Budući da je u listini navedena jedna listina sa datumom od 8. juna 1375., to je njime odreden za našu listinu terminus ante quem non, Budući nadalje, da na* stavka H posfjednih pet mjeseci u godini nema, to dolaze u *obziv* samo mjeseci junij i julij. Odlučiii smo se za potonji s razloga, Što nije vjerojatno, da bi se istog dana listina izdana u Rabu navodila u listini izdanoj u Zadru.

ipsius procuratoris scripto per Nicolaum Johannis Matbei de Corta* Todullo Padduane diecessis, imperiali auctoritate notarii et iurati Arbi sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indicione tercia decima, die quarto menssis iunii a me notario infrascripto viso ct lecto/ visa ecciam quadam littera comunis Arbi sigillata, ipsius co* munis sigillo recomendante dictum notarium, qui ipsum instrumentum procuratorium scripsit, datum Arbi die octauo iunii/ iure proprio et et imperpetuum dedit, vendidit et tradidit ser Viticor condam ser Ni* colai de Viticor, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et sucessoribus ementi et recipienti vnam totam suam possessionem cum omnibus et singulis terris, vineis, terraticis, pratis, nemoribus, aquis, arboribus et omnibus aliis suis iuribus et pertinenciis et pascuis positis ad Cernum in loco dicto ad Canalta districtus Jadre,- cui tales dixerunt esse con* fines: de austro est via publica, de borea posident <> heredes Vulcine de Mathafaris, de trauersa partim ser Greg<orius> de Nassis et partim est via publica et de quirina illi de Guscho et forte alit sunt veriores confines/ ad <habendum>, tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori suisque heredibus et sucessoribus placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alii, si qui forent veriores, accessibus uel egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus et singulis, que habent super se uel infra seu intra se in integrum omnique iure et accione, vssu <> seu requisicione ex ipsa ei modo aliquo pertinente. Et hoc pro precio nomine precii du^ catorum quinquaginta auri boni et iusti ponderis, quod precium dictus venditor nomine suo et nomine quo supra fuit contentus et confessus habuisse et recepisse ac in se habere dixit a dicto emptore, omnique excepcioni et probacioni non habiti et non recepti dicti precii tempore huius contractus omnique alii suo iuri, legum et statutorum auxiiio om* nino renuncians. Promittens suo et nomine quo supra per se et suos heredes et sucessores dicto emptori pro se et suis heredibus et suces^ soribus stipulanti dictam possessionem ei et suis heredibus et sucesso^ ribus legitime ab omni persona et vniuersitate defendere et excalum* pniare et de ipsa uel parte ipsius litem uel questionem non inferre nec inferenti consentire, set predictam vendicionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo habere firma et rata et non contra^ facere uel venire modo aliquo uel ingenio, de iure uel de facto sub pena quarti, solempni stipulacione promissa cum refecione <> omnium dampnorum et expenssarum ac interesse litis et extra et obligacione sui et nomine predicto omnium suorum bonorum presentium et futurorum et pena soluta uel non, nichilominus presens contractus sit firmus. Ac-

tum Jadre, presentibus Crisio condam ser Georgii de Soppe et Nicola condam Johannis habitatore ad Blatam, testibus vocatis et rogatis et aliis.

Ego Simon de Cucilla, iudex examinator manum missi.

CSig. not.J Ego Bartholomeus Johannis Mathei de Padua, impe^ riali auctoritate notarius et Jadre iuratus, hiis omnibus interfui et ro^ gatus bona fide scripsi et roboraui.

Izvornifi na perganteni u guBern. ark. u %ađw. (Ođio sam. sv. Krševana Kaps. XXII, No. 524).

1375. 31. jula ^U Dubrovniku).

DuBrovacfia opcina šafje svoga posfaniRa u TreBinje radi razniB nasifja.

Die ultimo julL Commissione facta a Give Longo per andare in Tribigna. In nome de dio amen.

Noy Blasio de Grede, rector de Ragusa, collo picolo conseglio, comettemo a ti Give Longo, che a lo nome de dio debi andar per parte nostra e de tuta la terra a Radic, cheffalia de Chanale et a Radogna Antunovich de Tribigna, et facando loro lo saluto da parte nostra, sicomo se convene, li debie presentare la nostra lettera de cre* denca, che lo mandemo. Et debi andare primeramente a Radic,- et se Radogna non fosse con *lo* detto Radic, et tu lo debi pregare, che debi mandare per Radongna, che siano insemble, che lor debi dire ad ambi la nostra ambasada.

Et se sera ambi insemble, et tu dirai ad ambi, et se non porra, ovvero non vorra insemblar, et tu abbiando dette le parole a Radic, andarai a Radugna,- et dirai loro per questo modo, tanto se fusseno insemble, quanto ciascheduno per se.

»Li gentili homeni et lo comuno de Ragusa novamente ricevette lettere da voi, dando loro a savere, che li dovesse mandare uno loro homo da voy per comandamento del nostro signor messer Jura de Balsa, sete aparechiadi de pagar et far satisfar da li homini a *voy* suggetti de Tribigna et de Canale de tuti li danni et robbarie, ch'elli a fatte a li homeni de Ragusa et a li lor villani.

Et perco elli mandano me a *voy,* che vi faco a saver le robarie, che lor a fatte li vostri homini, che vi piaqua de far lor rason et pa* gare et satisfare lor, sicomo, essi fa rason a li homeni vostri favore^ volmente, sicomo *\oy* save«.

Et debi lor legere tuti H damni et robbarie, che porti scritte cum ti, et tutto quello, che essi ti vora rendere et satisfar, tu debi ricevere. Et 90 che tu facai sovra questi servigii- con li detti Radi<? et Radogna, et tutto quello, cha elli ti rispondera et fara di presente ne debi scrU vere per li corrieri, che porti cum ti/ et non ti debi partir da lor sen^a nostro comando.

Lettere e commissioni di Levante 1359 ~ lSSo f. 92. 3.
LiSri reformationum IV. 148~-149.

102.

1375. 14. augusta. U Zadru (Jadre).

Punomocnici Andrije Baduarija izdaju namiru vrfu 2oo dufiata Ivanu, opatu samostana sv. Krševana, za pfaćeni dug recenog sa mostana.*

In Christo nomihe amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indicione tertia decima, die quarto decimo mensis augusti/ regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gracia rege Hungarie, Polonie et DaU macie ac inclito principe domino Karulo de Duracio, regnorum DaU macie et Crohacie duce,- temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, archiepiscopi Jadrensis ac magnifici viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, honorabilis comitis ciuitatis Jadre. Ser Franci^ schinus et ser Petrus de Auan^o, fratres, filii ser Nicholai de Auango, ciues et habitatores Veneciarum, legiptimi procuratores et nuntii nobilis viri domini Andree Baduario condam domini Stephani, ciuis Veneci^ arum de contrata sancti Stephani confessoris, ad infrascripta et alia facienda legiptime constituti, ut constat publico instrumento procura^ torio a me notario infrascripto viso et lecto. Cuius tenor per omnia talis est:

CSfi/edi fistina od god. 1375- 9- JuniJaJ.

Procuratorio nomine supradicto fecerunt reuerendo in Christo patri et domino domino Johanni, dei et apostolice sedis gracia abbati mo^ nasterii sancti Grisogoni de Jadra, pro se et subcessoribus suis stipulanti et recipienti finem, refutationem, transationem <!>, quietationem generalem et pactum de vlterius non petendo specialiter de ducentis ducatis auri boni et iusti ponderis, quos predicti procuratores procu* ratorio nomine supradicto contenti et confessi fuerunt sese a dicto do*

tnino abbate habuisse et recepisse pro resto et completa solutione to^ tius eius, quod dictus dominus abbas eidem domino Andree teneretur uel esset obligatus usque in diem presentem nomine et occasione alt* cuius quantitatis pecunie aut alicuius debiti siue rei uel occasione ali» cuius promissionis uel obligationis sibi ab ipso domino abbate actenus facte aut alicuius instrumenti siue sentencie uel scripture siue alia qua^ cumque ratione *uel* causa,- et generaliter de omni iure et actione et de omnibus et singulis, que ipse dominus Andreas seu dicti procuratores dicto procuratorio nomine petere possent contra dictum *dommum* abbatem et eius bona ex quacumque ratione uel causa quoquomodo usque in diem presentem et tam cum cartis, sentenciis et scripturis, quam sine,- exceptioni eisdem procuratoribus non date, non solute et non numerate <licte quantitatis ducatorum ducentorum, ac sibi non dati, non soluti et non numerati tocius eius, ad quid ipse dominus abbas dicto domino Andree actenus tenebatur, ut dictum est, omnino renunttantes et uo* lentes ac mandantes dicti procuratores nomine quo supra omnia instru* menta omnesque sentencias et scripturas in quibus appareret prefatum -dominum abbatem fuisse actenus dicto domino Andree occasione aliqua obligatum ex nunc uana et cassa et vanas et cassas esse et pro cassis, inefficacibus et cancellatis haberi. Nec non absoluentes et liberantes ipsum dominum abbatem eiusque subcessores et bona per acceptilati« onem et aquilianam stipulationem legiptime interpositam,- et promic* tentes dicti procuratores procuratorio nomine supradicto per ipsum do* tninum Andream eiusque heredes et subcessores eidem domino abbati pro se suisque subcessoribus stipulanti Htem uel controuersiam aut que* stionem ei uel eius subcessoribus aut in bonis eiusdem predictorum occasione ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire per se uel alium, de iure uel de facto, set predictam quietationem et omnia et singula suprascripta perpetuo firmam et ratam et firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto/ sub pena quarti eius de quo non obseruaretur uel contrafieret et obligatione omnium bonorum ipsius domini Andree pre* sencium et futurorum cum reffectione et restitutione omnium damp* norum et expensarum *ac* interesse Jitis et extra, stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa et pena soluta uel non, jiichilominus presens quietatio et omnia et singula suprascripta perpetuo maneant in sui roboris firmitate. Actum Jadre, in dicto monasterio sancti Grisogoni, presentibus ser Damiano condam Grisogoni de Begna, Petro Brondo condam Marini> ciuibus Jadre, testibus uocatis et rogatis -et aliis,

Ego[1] Zaninus Galelius condam Cose de Prode, iudex examinator manum missi.

(Signum not.J. Ego Petrus condam Bartholomei de Annobonis: de Sarcpana, imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc iuratus comunis Jadre, premissis omnibus interfui, eaque rogatus scripsi et publicaui,

Izvorni/i na pergam. u guBern. arfi. u Zadru (ođio sam. sv. Krševatta Kaps^ XXIII. no. бo3J.

103.

1375. 30. augusta.

Ljuđevit, Hrafj ugarsRi i Brvatsfci, traži da se promjeni ustanova statuta, po fiojoj onaj ne ntoze cfa Bude izaBran sucem, iioji niti sam nije Bio sucem, a niti su mu djed i otac tu čast oBnašafi.

Ludovicus rex, quod Bifsa Cipriani eligatur in iudicem, et quod statutum continens, quod cui pater vel avus non fuerit iudex vel ipse* met, non possit elligi in iudicem, corrigatur.

Note cfyronofogicBe e dbcumenti da Giovanni Lucio, Buffett, 1881., p. 136.

104.

1375. 22. septembra. U Senju <In civitate Segnie).

Safiov, prior pavfinsfiog samostana sv. Spasa u GfuBotini RraJ Senja, iznajmfjuje za vječna vremena fcucu Nifiofi Masofovom sinu iz AnRone za godisnju najamninu od pet duBata.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tre* centesimo septuagesimo quinto, indictione tercia decima, die vigessimo secundo mensis septembris,- temporibus autem domini Lodouici, det gratia serenissimi Vngarie regis, venerabilis in Christo patris domini fratris Prothiue, eadem gratia Segniensis episcopi, magnificorumque vi* rorum dominorum Stephani et Johannis, Vegfe, Modrusse, Ge<pche ac Vinodolli comitum nec non Segnie dominorum generafium, nobifis mi*-litis domini Andree vicecomitis, Moysis condam iudicis Barthofi, Georgit condam ser Zanelfi et Jacobi condam iudicis Vidi, iudicum ciuitatis predicte. Actum in ipsa ciuitate Segnie„ sub porticu domus habitationis ser Francisci Paonis, presentibus iudice Moyse condam iudicis Bartholi,.

[1] Drugi rukopis.

nobile ciue Segnie, ser Zarotto condam ser Jacobi de Justinopuli mer* catore et habitatore Segnie, Gudino condam Jurai Brauareuiz ciue Se* gnie et aliis testibus ad hec uocatis. Ibique religiosus et honestus vir frater Jacobus, prior monasterii santi<!> Saluatoris ad Glubotinnam dio* cesis Segniensis, ordinis beati Pauli primi heremite, de mandato, con* sensu, voluntate et speciali licencia venerabilis patris fratris Thome, generalis ordinis heremitarum, nec non fratris Stephani, vicarii tocius <h'cti ordinis, licet absentium, pro quibus de rato promisit sub pena inferius contenta presente fratre Georgio, conuentuale dicti monasteri, et consenciente omnibus et singulis infrascriptis per se suosque poste- ros ac successores exnunc imperpetuum <!> dedit, contulit, concessit et affictauit Nicolao condam Massoli de Ancona, ciui et habitatori Se* gnie, pro se ac suis heredibus, posteris ac successoribus presenti, con* ducenti et recipienti vnam domum pretacti monasterif positam Segnie apud cassale heredum condam iudicis Jacobi de Raducho, apud cas* sale heredum iudicis Jacobi de Cusma, apud domum domini Moysis militis quadam curia media et apud litus maris/ ad habendum, tenen* dum, possidendum, gaudendum, locandum, affictandum, superhedifi* candum, iura sua tam habita quam habenda in dicto cassali vel domo donandum, vendendum, allienandum, pro anima et corpore iudicandum et disstribuendum et quicquid ipsi Nicolao ac suis heredibus deinceps placuerit de ipsa domo perpetuo faciendum,- cum accessibus, egressi- bus, iuribus, proprietatibus, comodis, vtilitatibus, pertinenciis, coheren* tiis, ac iurisdictionibus quibuscumque ipsi et ad ipsam domum spectan* tibus et pertinentibus quoquomodo et cum omnibus et singulis, que ipsa domus habet supra uel infra seu intra se in integrum a celo usque ad abissum, saluo et reseruato semper ipsi monasterio in sempiternum iure dominii et proprietatis, census et annue pensionis quinque duca* torum dandorum ipsi monasterio. Promittens autem ipse frater Jacobus prior de consensu, ut supra, uice et nomine ipsius monasterii per se ac suos posteros ipsi Nicolao pro se ac suis heredibus, posteris ac suc- cessoribus stipulanti litem, questionem, molestiam, controuersiam aut jjrauamen aliquod ipsi Nicolao uel suis heredibus de ipsa domo aut aliqua parte ipsius vllo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set ipsam domum cum omnibus suis iuribus dicto Nicolao et suis he* redibus ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate legitime def^ fendere, disscalumpniare et modis omnibus dissbrigare et non contra* facere aut venire per se uel ^lios, aliqua ratione uel causa siue ingenio, de iure uel de facto. Et hec idcirco fecit pretactus frater Jacobus prior, <juoniam idem Nicolaus se et sua bona obligando solempni stipulatione

interuenienti promisit eidem fratri Jacobo dare et soluere annuatim in festo santi Michaeiis de mense septembri -<!> nomine affictus, census et pensionis dicte domus eidem priori et qui fuerit legittime in dicto mo* nasterio ducatos quinque auri iusti ponderis imperpetuum omni et quauis causa, contradictione et occasione remota. Que omnia et singula su* pradicta et in hoc publico instrumento contenta promiserunt sibi ad in* uicem vna pars alteri et altera alteri solempnibus stipulationibus hincinde interuenienttbus perpetuo firma et rata habere atque tenere, attendere, cbseruare et adimplere et non contrafacere aut venire per se aut alium, aliqua ratione uel causa siue ingenio, de iure uel de facto, sub pena centum ducatorum auri iusti ponderis, stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa,- que pena tociens committatur et exigi possit in singulis capitulis huius publici instrumenti, quociens fuerit contrafactum. Item promiserunt sibi ad inuicem vna pars alteri et aU tera alteri refficere et restituere omnia et singuia dampna et expensas, que et quas vna pars ocasione alterius sine sua culpa faceret uel sub* stineret in iudicio siue extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis, attendendis et adimplendis obligauerunt, videlicet dictus frater Jacobus omnia bona ipsius monasterii et idem Nicoiaus sua bona pariter mobilia et immobilia quecunque/ presencia et futura, Cuius qui* dem pene medietas eurie, coram qua questio fieret de premissis aut aliquo premissorum et alia medietas parti deueniat obseruanti/ qua pena soluta uel non, rata et firma semper manenat omnia et singula supra* dicta et in hoc publico instrumento contenta.

Ego[1] iudex Nicholaus filius chondam iudici<!> Jachobi, exgemi* nator<!> manum migi.

(GCagoCska 6i(ješka savremena i istom tintom):

To e iistb Mikuie Masoia snb ki e dal vsako leto 50 zlatih ot hiž Mašolovih>.

CMonogr. not.J. Ego Nicoiaus condam Dominici de Vegla, pu> blicus imperiaii auctoritate notarius et nunc comunis Segnie officialis iuratus, hiis omnibus et singulis interfui rogatus scripsi et publicaui meoque stgno solito corroboraui.

Izvornifi na pergam. u ugar. državnom arfiivu u Buđimpešti: M. O. D. L. No. 34376. — Starasignatura: Acta conventus S. Safvatoris prope Segniam No. 3.

Na pravoj strani na dnu savremena gfagofjsfia BifješRa :

Karta od Mikule kvartara.

Dofje niže oHrenuto:

Knez Anž.

[1] Drugom rukom,

105.

1375, 24. septembra, <U Čazmi).

Kaptof cazmansfii prepisuje darovnicu Rrafja Andrije od g. /2o/, CV. Cod dipf III 72J.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus tam pre^ sentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore, Vt ea, que aguntur in tempore apud posteros inuiolabiliter perseuerent litterarum testimonio solent perhempnari, inconcussum nam* que id permanet, quod scripti patrocinio fuerit communitum. Proinde vniuersorum noticie harum serie volumus fieri manifestum, quod hono^ rabilis et religiosus vir dominus frater Petrus, prepositus monasterii sancte Marie de Glogoncha nec non canonicus sancti Stephani dominici se^ pulcri Ierosolimitani, ad nostram personaliter accedendo presenciam ex^ hibuit nobis quasdam litteras priuilegiales olym excellentissimi principis domini Andree, felicis recordacionis regis Hungarie tituli infrascripti, sigilfo suo autentico, vt prima facie apparebat, consignatas, petens nos debita precum instancia, vt easdem de verbo ad verbum transscribt et litteris nostris similiter priuilegialibus inseri faceremus ad cautelam, Quarum tenor talis est:

CSfijedi fistina firafja Andrije od g. 12o7<J-

Nos itaque iustis et legitimis peticionibus ipsius domini Petri pre^ positi gratum prebentes assensum, presertim quia easdem litteras non abrasas, non cancellatas nec aliqua sui parte viciatas esse reperimus, ideo easdem de verbo ad verbum transscribi et litteris nostris similiter inseri fecimus priuilegialibus vberiori pro cautela. In cuius rei memo* riam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum feria secunda proxima ante festum beati Mychaelis archangeli, anno domini millesimo CCC^{mo} septuagesimo quinto.

Izvarnifk na pergameni u 6r. zemafj. ar&ivu u <Z,agreb~u. Docum. med. aevi a. 12o7. Stara sign, Actor. Coff. S, $. ¥>адг., fasc. II, N0. $4.

PeČat i vrpca otpafi.

106.

1375. 30. septembra. Temesva> <Themeswar).

Ljudevit, firafj ugarsRi i fjrvatski, podjeffuje pfemstvo somodvarsHom joBagionu Stjepanu SaRoBovom Karacunovom, te mu istodoBno da~ ruje posjed Kamarje novom donacijom.

Lodouicus, dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie, Cro^ acie etc. memorie commendamus, quod nos visis et circumspectis fide*-

litatibus et fidelium seruiciorum meritis magistri Stephani filii Jacobi, filii Karachunii de Kamarya per eum nqbis et sacre corone in diuersis et arduis negociis nostris et regni nostri, specialirer vero reobtencionis banatus nostri Zeurinuensis factis et impensis, hanc specialem graciam sibi duximus faciendam, vt ipsum de iobagionatu castri de Somogwar eximentes eundem in numerum seu cetum fidelium nobilium nostrorum in regno nostro Hungarie perseuerancium et existencium asumimus<!> et collocauimus, ymo asumimus et collocamus harum nostrarum serie litterarum eo modo, quod ipsam possessionem Kamaria vocatam vna cum suis pertinenciis, vtiiitatibus quibuslibet sub metis et terminis in litteris domini Bele regis Hungarie, progenitoris nostri karissimi, per prefatum magistrum Stephanum filium Jacobi in specie nobis exhibitis, con^ tentis et expressis, eidem magistro Stephano filio Jacobi et per eum suis heredibus ac successoribus vniuersis noue nostre donacionis titulo et omni eo iure ac titulo, quo ad nostram pertinere dinoscitur maiestatem dedimus, donauimus et contullimus iure perpetuo et irreuocabiliter pos* sidendam, tenendam pariter et habendam. Presentes autem cum nobis aportate fuerint in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum in Themeswar, die dominico proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto.

*Iz izvomog prepisa Bana Pavfa de Pecħ ođ god. 14o6, na pergameni u fcr. zem, arfcivu u *Zagre6u; Doc, tned. aevi a. /3J5.*

107.

1375. 6. oktobra. <U Zagrebu).

Kaptol zagreBačfiiođređuje, da ce predijafac njifiov Ivan Ladisfavov i Braca mu od predija Safsoch pfacati četiri marfie na godinu.

<C>apitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in om^ nium saluatore. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum nos vnumquemque nostrum et ecclesie nostre predialem in iure communi eorum volumus conseruare, inter alios Johan^ nem filium Ladislai filii Vrbani et suos fratres vterinos, ut hoc ex preuia nostra donacione communiter mediantibus nostris litteris facta apparet euidenter, volumus et committimus, *ut* ipse Johannes filius Ladislai et eius fratres, sicut ceteri nostri prediales de Topplica, ita et ipsi de predio eorum Jalsoch per nos ipsis dato annuatim quatuor pensas denariorum,

duas pensas circa festum sancti Martini confessoris, et alias duas circa festum beati Georgii martiris dare et soluere teneantur, modum tamen semper aliorum nostrorum predialium obseruando,« collecta tamen in-ponenda, si necesse fuerit atque consuetudinibus dicti nostri comitatus ab antiquo obseruatis, saluis semper remanentibus. In cuius rey memo^ riam perpetuamque firmitatem concessimus litteras pendentis sigilli no* stri munimine roboratas. Datum in octauis festi beati Mychaelis, anno domini millesimo CCC° LXX^{mo} quinto.

Izvornifi na pergameni u ugar. drž. arfiivu u BPešti: M. O. D. L. 34377• Stara signatura Acta cCaustri Pauf. Lepogfavensis, fasc. L, No. 3.

Ma fistini visi crveno^zuta svifena vrpca s oštećenim pecatom.

108.

1375. 7. oktobra. <U Veneciji).

Andrija Contareno, dužd mfetačRt piše krafju Ljudevitu, da do~ zvofjuje uz uvjet reciprociteta Dubrovčanima trgovinu u VenecijL

Serenissimo excellentissimo domino Lodovico, dei gratia Hungarie, PolIonie etc, regi illustri plurimum honorando, Andreas Contareno, ea* dem gratia dux Veneciarum etc., salutem et votivorum successuum in^ crementa, Regie maiestatis ambaxatorem nobilem virum Simeonem de Auria de Janua, admiratum et consifiarium regium, alacriter suscepimus, et ambaxiatam super facto Raguseorum, per ipsum sapienter expositam, intelleximus diligenter. Ad quam, sicut eidem ambaxatori viva voce dU ximus, presentibus respondemus, quod maiestati regie, que per eumdem ambaxatorem nos cum verbis amicabilibus et placibilibus de facto pre* dicto rogavit, complacere cupientes, contenti sumus, quod ipsi Ragusei cum mercationibus et bonis suis possint venire Venecias, stare et re^ dire, et tractentur dulciter et benigne. Quia autem sic placibiliter ad preces regias condescendimus, maiestatem prefatam precamur, quatenus dignetur tenere modum, quod Ragusei observent erga nos et nostros an^ tiquas et bonas franchisias et consuetudines nostras tam longissimo tem-pore approbatas, videlicet, quod cives et fideles nostri possint mercari cum terrigenis et forensibus libere, ut solebant, sicut est rationabile at* que iustum, reddendo nos certos, quod maiestas regia de hoc nobis complacebit, ut causam habeamus tractandi Raguseos de bono in me= lius temporibus in futuris, nec causam habemus querendi provisionis re^ media, que honeste fieri possent. Datum in nostro ducali palatio, die septimo octobris, **XIII.** indictionis.

Izvornik u đuhrovačfiom arfa'vu. C^BirMa saec. JCIP. n. 4Q).

Starine I. J4S,

109.

1375- 12. oktobra. U Zadru <Jadre>.

Kofan de Martinusio prodaje Grguru de Zadufinis šest sofjana na otofiu Pašmanu.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem milles* simo trecentessimo septuagessimo quinto, indicione tercia decima, die duodecimo menssis octubris/ regnante serenissimp principe et domino nostro domino Lodouico, dei gratia inciito rege Hungarie, Polonie, Dal* tnacie et Crohacie ac illustris<!> principis<!> domini Karoli de Duracio, ducis Dalmacie et Crohacie, temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, dei gratia Jadrensis archiepiscopi ac magnifici et potentis viri domini Rafaelis de Surdis de Placencia, honorabillis comitis ciui- tatis Jadre. Colanus de Martinusio, ciuis Jadre, dedit, vendidit et tra~ didit ser Gregorio condam Grisogoni de Zadulinis, ciui Jadre, iure proprii et inperpetuum salinas sex positas in insulla Pischimani cum vno clapo terre posito in Ga<r>ma gognaorum quinque, si plus uel minus cedat in dicta vendicione,-. quarum salinarum hii sunt confines; •de trauersa posidet <f> heredes ser Stephani de Qualis mediante po* toch et partim mare,- de austro via publicha, de quirina via publicha et de borea sunt saline sancti Nicolai,- confines terre gognaorum quinque supradicte hii sunt: confines de austro terre sancti Nicolai, de trauersa saline sancti Nicolai mediante via comunis, de borea terre .sancti Demitrii mediante via conuicinalli, de quirina posidet presbiter Philipus de Sloradis, plebanus sancti Petri.de Plathea,- ad habendum, tenendum, posidendum et quidquid dicto emptori suisque heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Et hoc pro precio et nomine precii flo* renorum centum quinquaginta auri, quod precium dictus venditor fuit contentus et confessus se habuisse et integre recepisse,- excepcioni sibl non dati, non solupti et non numerati dicti precii et omni allii auxillio omnino renuncians. Quam rem venditam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis dictus venditor per se, suos heredes et sucessores promisit dicto emptori pro se, suis heredibuš et sucessoribus stipulanti <lefendere et excalupniare in racione ab omni homine, persona et vnU uersitate in racione<!> et predictam vendicionem et omnia et singula supradicta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, atendere et ob* seruare etnon contrafacere uel uenire per se uel allios, aliiqua racione

uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii et omniunr expensarum, dapnorum et interesse litis et extra et obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, qua solupta uel non presens instrumentum in sua firmitate perduret. Actum Jadre presentibus Co^ lano de Fanfogna et Micsa de Rasulo, testibus ad hec vocatis, rogatis. et alliis.

Ego Zaninus condam Cose de Prode, iudex examinator manum missi.

CSig. not.J. Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bo^ nonia, olim cancellarii Jadre, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, predictis omnibus interfui et rogatu.s scripsi et roborauu

Izvornifc na pergameni u guBern. arfiivu u Zadru. (Ođio sam. sv. Nikofe^ No. 234).

110.

1375. 14. oktobra. U Ninu <None>.

Izvršitefji oporufie svećeniRa Mirše prodaju Duri iz Nina zemfjiste u Ninu za deset fiBra uz oBicajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millessimo tre^ centessimo septuagessimo quinto, indicione tercia decima, die quarta decima octobris, None,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturali domino Lodouico, dei gracia rege Hungarie, temporibus equi^ dem reuerendi in Christo patris domini Demetrii de Matafaris, dei et apostolice sedis gracia Nonensis episcopi atque magnifici et potentis- viri domini Raphaelis de Surdis, honorabilis comitis None. Ser Dessi- mus et Gregorius, fratres et filii condam Dobrossi, tanquam commis^ sarii ex testamento olim presbiteri Mirsse iure proprio et inperpetuum dederunt, uendiderunt et tradiderunt Georgio condam<!) de Nona lo* cum unum positum in Nona,- cuius tales dicuntur esse confines: de trauersa domus Andree Dobroseuich, de austro uia uicinalis, de me* ridie et de borea uia publica in parte et in parte locus ecclesie Marie monialium de Nona uel si qui forent ueriores confines,- ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum ac quiquid eidem emptori suis* que heredibus et successoribus deinceps placuerit faciendum,- cum om^ nibus et singulis iuribus et pertinenciis dicti loci et cum omnibus et singulis, que intra predictos continentur confines uel alios, si qui fo^ rent/ cum omnibus accessibus et egressibus suis in uiam publicam. Et hec pro precio et nomine precii librarum decem paruorum, quod pre*

cium et denarios dicti venditores fuerunt contenti et confessi se habuisse •et recepisse a dicto emptore/ exceptioni non habite, non recepte et non numerate dicte quantitatis pecunie et omni alii iuris et legum auxilio omnino renunciantes. Promictentes dicti uenditores nomine quo supra emptori supradicto pro se suisque heredibus et successoribus recipienti •*et* stipullanti dictum locum super dicta commissaria semper legiptime defendere, autorizare et scalumpniare ab omni homine, colegio et vni* uersitate et dictam uenditionem et omnia et singula suprascripta sem^ per firma et rata habere et tenere et in aliquo non contrafacere seu Tienire per se ipsos uel alios, aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub obligatione omnium eorum bonorum presencium et futurorum, Actum et firmatum fuit in platea comunis, presentibus ser Stephano Mifgosti iudice, ser Johanne Borse examinatore, Georgio Cristinich' et Petro Martini, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

Ego Johannes Borsse, examinator manum missi.

CSig. not.J. Ego Petrus condam Bonacursi de Sancto Miante<!>, amperiali auctoritate notarius et Nonensis iuratus canzelfarius, hiis om^ nibus interfui et rogatus scripsi et publicaui signumque meum aposui.

Izvornt'6 na perg, u arfi. grofova Begna u Posedarju; P. No. /2J.

111.

1375. 21. oktobra. U Zadru <Jadre>.

Kroj'ac VfatSo iz Zadra prodaje PriBi, udovi Bogdanovoj, oranicu Bod sv, Ivana za trinaest zfatina uz oBičajne uvjete.

In <Chri>sti nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem milles* simo trecentessimo septuagessimo quinto, indicione quarta decima, die vigessimo primo mensis octubris,- regnante serenissimo principe et do~ mino nostro domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hungarie, Polonie, Dalmacie et Crohacie ac illustris principis domini Karoli de Du^ racio, ducis Dalmacie et Crohacie, temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, dei gracia archiepiscopi Jadrensis ac magnifici et potentis viri domini Rafaelis de Surdis de Placentia, honorabillis comitis ciuitatis Jadre. Vlatcus sartor, ciuis Jadre, dedit, vendidit et tradidit Pribe relicte Bogodani de Jadra vnam terram aratoriam positam vltra portum Jadre ad macerias supra sanctum Johannem gonaiorum qua* t<uor> uel circha, si plus uel minus cedat in dicta concessione et ven* dicione,- cuius terre hii sunt confines: de austro terra est Prodoli ац-

rificis, de borea posidet P , . . ulus marinarius,- de trauersa et quirina posidet Zuzius merzarius/ ad habendum, tenendum, posidendum et quid^ quid dicte emptrizi suisque heredibus et sucessoribus placuerit deinceps perpetue faciendum sine contradicione cuiusquam/ pro precio et nomine precii florenorum tredecim auri, quod precium dictus venditor fuit contentus et confessus habuisse et integre recepisse ac sibi datum, so* luptum et numeratum esse,- excepcioni sibi non dati, non solupti et non numerati dicti precii et omni allii auxilio omnino renuncians. Promitens dictus venditor per se, suos heredes et sucessores dicte emptrizi pro se, suis heredibus et sucessoribus stipulanti dictam terram venditam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis defendere et exca* lumpniare ab omni homine et persona ac vniuersitate in racione et pre* dictam vendicionem et omnia et singula supradicta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, atendere, obseruare et non contrafacere uel ue= nire alliqua racione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti dicti precii et omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et extra et obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum et pena solupta uel non, presens instrumentum in sua firmitate perduret. Actum Jadre, presentibus Mesa de Casulo et Georgio, sartore, testibus ad hec vocatis, rogatis et aliis.

Ego Zaninus Galellus condam Cose de Prode, iudex examinator manum misi.

CSig. notj. Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bo^ nonia olim cancellarii Jadre, publicus inperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et roborauu

Izvornifi na perg. u ar£. grofova Begna u Posedarju: P. No. 126.

112.

1375. 25. oktobra <U Zagrebu).

Kaptof zagreBačfii prepisuje na mofBu Petra Martinovog de CBef) svoju fistinu od 13. aprifa 1332. CVidi Cod dipf JC. p. 16.).

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus, quod magister Petrus filius Martini de Cheh ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras excellentissimi principis do^ mini Lodouici, dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. regis illustris, domini nostri naturalis, secreto suo sigillo consignatas, in quibus nobis mandabatur, quod quia ipse magister Petrus litteras suas sub priori

nostro sigillo confectas actenus introportare et eas sub nostro nouo sigillo transcribi facere propter seruicia domini Karoli ducis, domini sui, nequiuisset, ob hoc eas nos sub nostro nouo sigillo transcribi fa* ceremus. Quarum quidem litterarum eiusdem magistri Petri vnius tenor talis est;

CSfijedi fistina istog fiaptofa od g. 1332. 13. aprifaj.

Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis obedientes tenorem dictarum litterarum magistri Petri filii Martini de verbo ad verbum transcribi fecimus et nostro nouo sigillo consignari. Datum feria quinta proxima ante festum beati Demetri martiris, anno domini M^{mo} CCC° LXX° quinto.

Izvornifi na pergameni u arfi. Jugosfav. afiađ. u ZagreBu. Dipfomata a. 1332.

Na Brptu nafazi se trag pritisnutog ovafnog pečata.

113.

1375. ***27.*** **oktobra. Na Braču <Braze).**

Ivan de Matis iz Zadra prima looo dukata u ime miraza svoje žene Domancije.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem natiuitatis miilesimo tre* centesimo se<ptuagesimo> quinto, indicione XHIa, die vigesimo septimo mensis octubris,- regnante serenissimo principe et domino nostro natu* ralle domino Lodoyco, dei gratia rege Hungarie, Polonie, Dalmacie et Croacie, temporeque reuerendi patris et domini domini Stephani de Tra^ gurio, dei et apostolice sedis gratia episcopi Braciensis et Farensis et egregii et potentis viri domini Symonis de Aurea de Janua, regii ad<mi* ra)ti et comitis insule Braze, Curzole et Quare suisque iudicibus . . , existentibus nobilibus viris dominis . . . Damiani de Dobreticho , . , et Zuano Ratchouich. Ibi ser Johannes de . . . matis de Jadra, habitator Lesne, sine aliqua exceptione iuris uel facti per se suosque heredes fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a domina Domangia eius uxore et filia Radouani Dobrechouich <et> Dobra in dotem et nomine dotis ducatos mille aureos/ renuntians exceptioni sibi non datorum et receptorum dictorum ducatorum dotis nomine et omni legum auxilio. Quos uero ducatos fuit . . . se . . . et sua custodia et protectione et illos custodire . . . saluare et gubernare/ promittensque per se suosque heredes alios redere et restituere eidem domine Domanzie suisque he*

redibus aut cui ius et casus dederit in omnem casum et euentum re* stituende dotis, sub pena quarti dictorum denariorum cum reffectione dampnorum omnium et expensarum iitis et extra cum obligatione su* orum bonorum mobilium et[1] presencium et futurorum. Actum Braze in domu habitationis ser Nlcole Cutey in Neress<is>, presentibus dicto ser Nicola, Petro Peruzich' et Glubino Osrienich', habitatoribus in Braza, testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis,

Ego[2] Bilsa Cipriani de Spalato, vicarius Bracie, manum meam missi.

C3гд, not.J Ego Vliuerus domini Jacobi de Zauarino de Padua, imperiali auctoritate notarius canzelariusque iuratus Braze, hoc instru»-mentum sumptum ex notis Johannis de Argento, olim notarii Braze, prout in ipsis inueni ita in publicum redegi nichil adens uel minuens, quod sensum variet uel <mutel intelle>ctum nisi forte in litteris, sillabis, pontis uel conpositionibus.

Izvornifi na pergam. u guBern. arfciuu u 'Zađru Cođio sam. rogov. no I//J.*

114.

1375. 1. novembra. U Zvolenu <Zolii>.

Ljudevit, firafj ugarsfii i firvatsRi, daje u zamjenu za posjede Ceren i Vefifii Reč u zafadsfioj županiji svoje imanje Bofug u županiji Hunt.

Nos Lodouicus, dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc, significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, memorie com* mendantes, quod quia fideles nostri magister Leukus, filius Pauli de Ozlar, aule nostre miles, item Paulus et Petrus, filii sui, quandam pos* sessionem eorum Horhag vocatam, item porciones suas possessionarias in possessionibus Cheren et Nogreech appellatis existentes ipsos con^ tingentes in comitatu Zalyensi habitas nobis simul cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis permutatiue obtulerunt, tradiderunt in perpetuum et donauerunt, ideo in concambium earundem possessi* onis et porcionum possessionariarum nobis traditarum quandam pos-se<ssionem nost>ram Bolug nuncupatam in comitatu Huntensi habitam cum omnibus et quibusuis suis vtilitati<bus v>tilitatumque integritatibus, sub suis veris et antiquis metis de manibus nostris regiis eis<dem . . .

[1] Slijedi zamrljano: futurorum.

[2] m. pr.

Leukus et filiis suis eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis de* dimus, donauimus < et contulimus >, ymmo damus et conferimus in •e<ии>т[г] possidendam, tenendam et habendam/ assumpm<entes ipsos et> eorum posteritates in dominio dicte possessionis Boiug ab omnibus impetitoribus ma . . . omni temporis in euentu conseruare pa . ,'. e et «xpedire harum sub nostrarum testimonio iitterarum, quas in formam nostri priuilegii redigi faciemus, dum nobis fucrint reportate. Datum Zolii in festo omnium sanctorum, anno domini M^{mo} CCC^{mo} septua* gesimo quinto.

Izvornifi na pergam, na jerfnom mjestu 6rnj, a na više mjesta tešćo čit (jiv, jer se tinta razišfa/ u narod. muzeju u Bpešti a. 1375- Cpridbšao darom udbve $ankovic'eve prefco Sze'cBe'nya a. 1S62.J.*

Ispođ tefista vidt se trag ofirugfog pritisnutog tajnog pecata u crvenom uosfiu,- ispod njega; rCefaciJo Petri Zudor Bani et per eum sigiffata.

To je pogfavtti uzrofi, zasto ovu fistinu priopćismo.

115.

1375. 14. novembra. II Avignonu <Avinione>.

Grgur JCI. papa imenuje Tomu Nifiofina BisRupom firSavsfiim,

Gregorius episcopus etc. difecto filio Thome Nicolai electo Cor* baviensi salutem etc. Apostolatus officium etc. Dudum siquidem bone memorie Petro episcopo Corbaviensi regimini Corbaviensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum ipsam vacare contingeret, utilem et fructuosam per apostolice sedis providenciam preesse perso* nam, provisionem eiusdem ecclesie ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per pbitum ipsius Petri episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacacione huiusmodi fidedignis refatibus inteU Jecta ad provisionem ipsius ecclesie celerem et feiicem, de qua nuiius preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservacione et •decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa ionge vacacionis sub^ iaceret incommodis, paternis et soiicitis studiis intendentes, post defibe* racionem, quam de preficiendo eidem ecciesie personam huiusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te canonicum ecclesie

[1] Mjesto doduše nije krnje, ali se je tinta kao i na nekim drugim mjestima tisiijed vlage razišla.

Strigoniensis, in minoribus dumtaxat ordinibus constitutum, litterarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, aliisque muftiplicium vir* tutum donis, prout fidedignorum accepimus testimonio, insignitum di* reximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pen* satis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta, eidem Corbaviensi ecclesie de eorum* dem fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi pre* ficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente domino actus tuos prefata Cor^ baviensis ecciesia gubernatori provido et fructuoso administratori gau* deat se commissam, tuque preter eterne retribucionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et graciam exinde uberius consequi me- rearis. Datum Avinione XVIII. Kalendas decembris, pontificatus nostri anno quinto.

CNa BrptuJ. Dilectis filiis capitulo ecclesie Corbaviensis, clero et populo civitatis et diocesis Corbaviensis et venerabili fratri archiepiscopo Spafatensi.

Theiner: Mott, Sfav. Mer. I. No. 421. str. 299~3oo.
Iz reg. an. V. cod. cBart. tom. 26. fof. 63

116.

1375. 24. novembra <U Dubrovniku).

DuBrovač&a općina ovjerovfjuje i registrira tri pisma Gjure Baf sica, da su ga posvema namirifi duBrovački gradani Dumona i Pofiret za dužne carine na oBafi Mata i u Prizrenu.*

Л/loiVH ЛЛНЛОИ ЕрДТН КНС38 Н с8ДНИЛ\к Н ВЛЛСТСЛОЛ\к Д^ЕрО- КкЧКИЛ\к ЦГДк ВДЦ1СГД Гк-рГИ Л1ОЕ0КН0 П0ЗДРЛКN№ННN№, Л Л1Н 3 КО- ЖНЛЛк £ОТСНN№Мк ДОКр-к СЛ\0. ДЛ ЗНДТС, 1вр СkМk КИЛк $ЧНННЛк** милостк ДЗмонн пр^кгс іерс мн се іе пллтнлк н пдкн вин$ $чини\'к милостк др$г$ Д$монн н Покр-ктУ іерс л\н се cS плдтнлн н нс л\н с8 нндчнмк крики дд w тол\к дд знлтс герс л\н с8 прдви н плдтили **МН СУ Cf Ck БССЛ\к ДД КЛКО ЗНДТС ПО ЗЛКОНУ дУЕрОКкЧКОЛЛУ ТЛКОН** Бчннн тс іерс л\и cS прлкн до дкндшнсгд днс прлкн цJогодс лш cS дркждли цлрннУ. д поксл-к кн поснллл\к оБ*к по л$к8 лидчмсно- **RHKIO Н КОГк КИ БСССЛН Н ДД H£k K'fepSI€TC.

Бк л*кто тнсИфно и.г.и.о.и.д. лгкс«ца И10на # данк рлзложн а Д$монл Боринковнкк с господинолчк Ггсрпемк н с Кллшол\к на Млтн зд тркгов«, ЩО л\8 irkun дркжллк и плати лл$ се н *и WCTA* мВ длкжднк ИИЩД н за то и господннк Г^оркгк н Балша SHHHHCMO ПОВЕЛК Д&иони, како да га ВЕКС НН іа Гк»ркгк ни Бллшд ни ннн члОЕгккк да га нфг GH№ пнсано на кр-кгк Л1дти н тол*8 н ки св^кдокк Филнпк Бдрслк Бмтккк, Борннковнкк и Мкг Колдновнкк и Покре Бсн^кшнкк н ТОМSH КИ мнлосннкк Дрдглшн-Босачнкк.

Повел^кнгемк господннд Ггсркпа н Бдлшс, Рлнч« дникк пнсд.

М Драгаш Босдчикк киук сш$зн пнслнк> мнлостникк.

Стори мнлостк господинк ТіоpаrК Д^мони и Покрет^ кдко л\и *ct* плдтишс, цю вишс длкжии зд цлрин$ прнзр-кнск$ зд тон не нл\лк> вскс послд нн IVTK когд тккмо дд ci> словоднн IVTK тогд. *п* тол*8 л\8 вишс свсдоцн Рддославк Л\л(к)чдрк н Привнлк Злдтарк н Ткрктко Глдвикк н Мароіе Николикк ^лцинлнннк, а мнлостннкк Блаук.

Стктори сс сНіа мнлостк мнссцд И10нд. и і. днк на ДоБрЗцш повсл^иивмк вслнкдго господннд Гмргга* Рднчс дигакк пнсд.

Que quidem ambe povilie supradicte fuerunt hic registrate de mandato domini rectoris ser Jacobi de Sorgo et sui parvi consilii, que fuerunt ambe dicte povilie autenticate in dicto minori consilio, quia fuerunt presentate cum ordine debito.

Dioersa canceffariae finjiga 1376. g. u đuBrovačfiom arfiivu,
Pucic: Spom. srp. II Br. 33, 26-27.

117.

1375. 24. novembra. U Budimu <Bude>.

Ljuđevit, firafj ugars&i i Brvatsfii, nafaže Bercegu Karfu dracfzomu, da vrati samostanu sv. Krševana imanje Suhovaru oteto po neHim sifnicima.

Lodouicus, dei gratia rex Vngarie, Polonie, Dalmatieque etc., il* lustri principi domino Carolo, duci Duracii, Dalmatie, Crohatte etc, fratri nostro, salutem et fraterne dilectionis affectum. Signifficat nobis abbas sancti Grisogoni de Jadra cum querela, quod nonnulli Jadrenses et certi alii villam suam Cuchauera<!> uocatam super qua borias lhv teras habet confectas tenerent occupatas in suum et monasterii sui pre^

iudicium et grauamen. Idcirco vestre comittimus dilectioni, quatenus eandem villam visis dicti abbatis iuribus statui et reasignare faciatis, ymo uos ipsam restituatis eidem nostra auctoritate mediante,- si qui €nim quicquam actionis contra ipsum abbatem ratione dicte ville ha* foent uel habuerint, idem coram nobis uel palatino aut comite curie nostre in octauis festi beati Georgii martiris proxime affuturi sine di^ latione debeant producere iura sua, quibus debite iustitie complementum iuxta consuetudinem regni nostri exhibetur non obstante[1],- ipsum uero abbatem in dicta villa et eius possessione pacifficum conseruetis et iU lesum eum ab omnibus agrauare uolentibus protegendo, aliud non facturi. Datum Bude, sabbato proximo ante festum beate Catherine virginis, anno domini M° CCC° LXXV^0.

Iz fistine Karfa DraČfioga c. a. 13J5-

Ova je fistina iz prijepisa fiaptofa zadarskogodg. 1449,

Potonji prijepis u guBern. arfiivu u Zadru (odio sam. sv, Krsevana XIV.,, No. 172J.

118.

1375. 25. novembra. ^ll Cazmi).

Pred kaptofom čazmansRim nagađa se Margareta Rćer Pavfova sa svojim Bratučedima Nifiofom i Ivanom gfede posjeda Zfonyn, Raven / Stefanovac.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus tam pre^ sentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Vt ea que geruntur in tempore apud posteros inuiolabiliter per* seuerent litterarum testimonio solent perhempnari/ inconcussum namque id permanet, quod scripti patrocinio fuerit communitum. Proinde vni* uersorum noticie harum serie volumus fieri manifestum, quod cum ma^ gistro Iohanne litterato filio Fabyani de Sydynna pro se personaliter et pro nobili domina Margaretha vocata filia Pauli filii Jacobi filii Petri filii quondam Jaxa bani filii siquidem Isaak de Rauen cum procuratoriis lit* teris magnifici viri domini Petri Zudor, regni Sclauonie bani, ad infra^ scriptam confessionem faciendam specialiter emanatis ab vna, item Ni* colao et Johanne filiis Petri filii eiusdem Jacobi de Chyrkuena pro se personaliter ac pro Petro vnico filio ipsius Johannis de nouo procreato, cuius onus et grauamen si de infracripto contractu quouis modo resU liret in futurum super se assumpmendo parte ab altera, iuxta continen*

[1] Očito manjka nesto.

ciam litterarum magnifici viri comitis Jacobi de Scepus, iudicis curie do^
mini Lodouici, dei gracia inciiti regis Hungarie, Poionie, Dalmacie etc.,
domini nostri, conposicionalium et obligatoriarum ac registri eiusdem
in papiri cedula conscripti sub sigilloque similiter magnifici viri domini
Nicolai de Gara, regni Hungarie palatini, vt prima facie apparebat, in*
tercludendo consignati nobisque directi in quindenis festi beati Martini
confessoris nunc instantibus coram nobis personaliter conparentibus con^
fessum extitit per eosdem communi et vnanimi voluntate sponte et re^
latum, quod, iicet idem magister Johannes iitteratus ipsos filios Petri
super factis possessionariis per Pauium filium Jacobi et fiiios suos sibi
et domine consorti sue ac heredibus ipsorum sexus promiscui donatis
et perpetuatis ac aiiis diuersis articulis in presencia domini nostri regis et
Petri Zudar, regni Sclauonie <bani>, in causam attraxerit, tamen conponea*
tibus ipsos eodem magnifico viro comite Jacobo de Scepus, iudice curie
regie, ac afiis probis et nobilibus viris obtenta prius concordandi licen^
cia ab eodem super omnibus causis et earum articulis inter ipsos hu*
cusque motis et suscitatis quoquomodo signanterque super factis posses^
sionariis et aliis quibuslibet malorum generibus ad pienum[1] concordantes
et pacificantes tali modo, vt prefati Nicolaus et Johannes, filii predicti.
Petri, fratres patrueies consortis ipsius magistri Johannis iitterati, filialem
et fraternaiem acceptacionem per eundem Pauium fiiium Jacobi ac Ni-
coiaum filium suum vigore litterarum regaiium nec non Johannis filii:
eiusdem Pauii mediantibus litteris nostris ipsis magistro Johanni et do*
mine consorti sue ac heredibus ipsorum vniuersis factam, simul cum
porcione possesstonaria integra, prout vni eorum de vniuersis posses*
sionibus ipsorum videlicet Rauen, Zlonyn et Stephanouch vocatis ia
comitatu Crisyensi existentibus et alias vbiiibet quouis nominis voca*
buio vocitatis in regno Hungarie et Sciauonie sitis circa filios ipsius
Pauli de Rauen de presenti habitis et <in> futurum quouis modo legi^
time in ipsos deuoluendis ipsis magtstro Johanni, domine consorti et
heredibus ipsorum vniuersis data et perpetuata eatenus, quatenus per
ipsum Paulum ipsis tradita haberetur et perpetuata perpetuo et irreuo^
cabiliter duraturam iidem fiiii Petri consensissent et consenserunt coram
nobis/ nil iuris niiue proprietatis et dominii de eadem porcione posses-
sionaria ipsis magistro Johanni, domine consorti et heredibus suis per
ipsum Paulum prout vni filiorum suprum annuta et perpetuata ipsi fiiii
Petri pro se reseruando, sed totum ius et dominium eiusdem porcionis
integre in ipsis transferendo. Insuper prefatam possessionem Zlonyn iuxta
fluuium Loky in comitatu Crisyensi habifam cum omnibus suis vtilita*

[1] Pisano 2 puta.

tibus iuxta cursus antiquarum metarum suarum per magistrum Johannem
annotatum de manibus alienis cum suis expensis et fatiga ac sine ad^
iutorio aliorum nobilium generacionis Jaxa bani reobtenta et sibi sta^
tutam legitime eoque aliquam porcionem de eadem a filiis Pauli, fra*
tribus vterinis ipsius domine consortis magistri Johannis, empcionis titulo
ipsi filii Petri vigore litterarum nostrarum conparasse dinosscebantur,
habitis presens<!> quinquaginta marcis denariorum ab ipso Johanne
litterato per ipsum ipsis vt dicebatur plenarie persolutis sibi et per con*
sequens domine Margarethe consorti sue et heredibus ipsorum ac eciam
illis quibus ipsi eandem possessionem simul vel diuisira- in uita vel in
morte traderent, dedissent, tradidissent et assignassent, ymmo ipsi filii
Petri vigore quo supra dederunt coram nobis iure perpetuo tenendam
pariter et habendam,- similiter nil[1] iuris et proprietatis pro se ac dicto
Petro vnico filio ipsius Johannis de ipsa possessione Zlonyn vlterius re=
seruando, sed eandem cum plenitudine suarum vtilitatum in eosdem Jo^
hannem litteratum, consortem et heredes ipsorum transferendo. Hoc non
pretermisso et per eosdem filios Petri suis ac dicti Petri paruuli in per*
sonis extitit assumptum sponte et relatum, vt amodo in deinceps ipsi
et eorum heredes nasscituri particulam vel particulas de possessionibus
filiorum Pauli vbilibet constitutis signanterque de possessione eorum
Rauen vocate iure perhempnali aut inpignoraticio titulis sine consensu
ipsius magistri Johannis litterati, domine consortis et heredum suorum
tacite vel expresse ipsis quoquo modo fiendis in futurum,- excepta dum*
taxat quadam porcione possessionaria in dicta Rauen habita nunc de
presenti vigore aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum per ip*
sum magistrum Iohannem personaliter ac in persona domine consortis
sue vigore procuratorio prenotato pro triginta marcis denariorum minus
duabus, marcam qualibet ◇ quinque pensis conputando, quas ipsi filii
Pauli ab ipsis iuxta continenciam efficacissimarum litterarum recepisse
dinosscuntur nomine pignoraticio recipere consenciendam et annuatam
vllo unquam tempore ab ipsis filiis Pauli filii Jacobi, fratribus prenotate
domine vterinis, recipere non possint neque valeant/ tali obligamine
interiecto, quod si ipsi filii Petri aut Petrus puer filius ipsius Johannis
aliquam particulam de iuribus possessionariis filiorum Pauli sine con*
sensu ipsorum magistri Johannis, domine consortis et heredum suorum
amodo et deinceps reciperent, tunc eorum pecuniam per ipsos racione
dicte particule terre dandam perdant omnino,- ipsi magister Johannes,
domina consors et heredes sqi eandem particulam occupandi, tenendi
et conseruandi habeant facultatem contradiccione ipsorum filiorum Petri

[1] Umetnuto istom rukom.

ac Petri filii ipsius Johannis non obstante. E conuerso autem idem ma* gister Johannes personaliter ac pro[1] eade;nn domina consorte sua vigore procuratorio, quo supra ac Sigismundi filii sui, cuius onus et grauamen, si premisse confessioni contradiceret in futurum, in se assumpmendo confessus extitit, quod si volente domino celi Johannem et Nicolaum filios Pauli, fratres vterinos domine consortis sue ab hac Juce absque heredum soiacio decedere contingeret, quod absit, extunc in medietatem vniuersorum iurium ipsorum possessionariorum ipsos pro tunc contin= gencium ipsi filii Petri et eorum heredes succedere possint et valeant contradiccione ipsius Johannis litterati, domine consortis et heredum su^ orum non obstante,- alia autem medietate dictorum iurium possessio- nariorum ipsorum filiorum Pauli penes ipsos Iohannem litteratum et heredes suos de consensu ipsorum filiorum Petri ac Petri filii Johannis nunc coram nobis facto salua remanente, Ceterum si quas possessiones ab ipsis dudum alienatas ipse magister Johannes litteratus, domina coti* sors et heredes sui ab ipsarum detentoribus inlegittimis iuridice[2] reob* tinere possint, tunc salua sua, domine vxoris et heredum suorum pos* sessionaria porcione de eisdem possessionibus ipsis proueniente et penes ipsos remanente facta prius ipsis de eorum expensis et fatiga iuxta ar^ bitrium proborum virorum omnimoda satisfaccione easdem absque omni lite ipsis filtis Petri pretextu fraterne patruelitatis in ipsos deuoluendas ipsi remittere et resignare tenebuntur pleno iure. In qua conposicione seu vnione super specificata suo modo articulatim expressa ipsi Nico* laus et Johannes, filii Petri, contraipsum Petrum filium eiusdem Johannis paruulum, qui premissis consensum dare non potuit, ipsum magistrum Johannem dominamque consortem et heredes suos, ipseque magister Johannes ipsos filios Petri ac Petrum filium ipsius Johannis contra Si- gismundum filium suum similiter paruulum, qui omnibus premissis pro^ pter suam etatem teneram consentire non potuit propriis laboribus et expensis mutuo se conseruare assumpmentes obligarunt. Tenorem au* tem litterarum nostrarum patencium, quibus mediantibus quandam par^ ticulam possessionariam in Zlonyn habitam a prefato Nicolao filio Pauli, fratre consortis Johannis litterati, iure perpetuo emerant ipsi filii Petri eisdem magistro, consorti et heredibus suis pro tuciori conseruacione eiusdem priuilegialiter nostris in litteris coram nobis assignarunt ac penes eosdem magistrum Johannem, dominam et heredes ipsorum in iudicio uel extra dum eis necesse fuerit originale vbtque exhibere sumpmentes. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentibus sigillum

[1] Umetnuto istom rukom.

[2] Umetnuto istom rukom,

nostrum duximus appendendum. Datum in quindenis festi beati Martini confessoris, predictis anno domini M^{mo} CCC^{mo} septuagesimo quinto.

Izvornifc rta pergameni u arBivu $ugosf afiad. u ZagreBu. Dipf. a. 1375' Na fistini visi vrpca od svife crvene i zefene Boje; pečat je otpao.

119.

1375. 29. novembra.

Pred Banovim protonotarom Gjurom protestiraju Nifiofa od Sv, Andrije i sin mu radi namjeravane potajne prodaje neШћ posjeda.

Nos magister Georgius prothonotarius et in iudicatu vicegerens magnifici viri domini Petri Zudor, regni Sclauonie bani, memorie com^ mendamus, quod Nicofaus filius St<epha>ni de Zenth End<re>as in sua ac Georgii filii sui personis ad nostram personaliter accedens presen^ ciam nobis per modum protestacionis significare curauit, quod Philippus filiusBrathk et Mara consors sua de Kamaria et domine Mytar, Kaua[1]) et Marguuch vocate et Adam litteratus de Branouch et consors sua filia videlicet Nicolai filii Bartholomei quasdam possessiones ipsorum hereditarias Kamaria et Chasmazuhakusy vocatas oculte et ipsis insciis Matheo, Laurencio et Dominico filiis And<ree> de dicta Zenth Endreas vendere et ab ipsis alienare vellent et niterentur in ipsorum iuris grave preiudicium non modicum atque dampnum. Qjuare idem Nicolaus suo et nomine quo supra facta huiusmodi protestacione predictos Phillippum et consortem suam cum[2]) Stephano filio suo[2]> ac dominas Mytar, Kaua et Marguuch nuncupatas[3]> a uendicione, inpignoracione et quauis alia alienacione facta uel facienda, prefatos vero Matheus <!>, Laur<encium> et Dominicum filios Andree a recepcione, occupatione, detencione, pro pignore recepcione dictarum possessionum ipsorum et alios quoslibet se intromissione in ea<n>dem prohibuit contradicendo et contradixit inhi^ bendo coram nobis. Datum in vigilia festi beati Andree apostoli,- anno domini M°CCC°LXX° quinto.

Izvornik na papiru u narod. muzeju u Budimpesti a. 1375- Cpridošao ovamo g. 18940

Na Brptu vide se odfomci ofcrugfog mafenog pritisnutog pečata u oBičnom vosfiu. Od fegende citffivo . . . <PRO>T<HO>NOT<ARIVS> . . .

*> Nije moguće sigurno razlikovati da П: Kana.

[2]> Od cum — suo umetnuto iznad linije.

[3]> Iznad Hnije razura, od koje sevidi: et S<tephano filio>. Očito je pisar ume* tak pod notom 2. najprije na ovo mjesto napisao.

120.

1375. 30- npvembra. <U Trogiru.)

Opcina frogirsBa izaBire svoje pouzdanifie za raspravu o Vfasima i odfučuje da se sruši neko zdanje.

Franciscus de Georgio comes. Comes cum iudicibus et 8 sa^ pientibus habeant auctoritatem super facto Vlachorum tractandt, ne amplius maneant in districtu Traguriensi, cum domino duce, ducissa et comite Petro. Gausigna Marini, Daniel Ioannis, Nicola Azelini, Petrus Ioseph, Augustinus de Casotis, Dessa Damiani, Petrus Micacii, Stipe Nicola.

Hostium apoteche communis claudatur atque illa statio pauca, que est penes apotecam pridem communis, destruatur, et de ipsa fiat una logia, que est (vicina) palatio novo communis.

Notae loannis Lucii. 18. a. Starine. JCIIL p. 242.

121.

1375. 1. decembra. U Zagrebu <Zagrabie>.

Duro protonotar poziva Haptof zagre6acfii da ispifa nasifja Ladi sfava Tutejeva od Bfine na pritužBu Petra Stjepanova de ScefcB.*

Viris discretis et honestis capitulo ecclesie Zagrabiensis, dominis et amicis suis reverendis, magister Georgius prothonotarius et in iudicatu vices gerens magnifici viri domini Petri Zudor, regni Sclavonie bani, amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis loco dicti domini nostri bani Petrus fifius Stephani filii Warissa de Sceich districtus de Biyna, in sua ac Benedicti, Iohannis et Petri, filiorum Andree personis, quod magister Ladislaus filius Tuteus de dicta Blyna, quasdam porciones suas possessionarias in Scelch habitas, ab avo et patre suis ipsis devolutis <!) in quarum possessionariarum porcionum dominio ydem extitissent et nunc aliqualiter in aliqua parte earundem porcionum possessionariarum dominio existerent, que porciones possessionarie nomine iuris matris sue ad eundem extitissent devolute, die dominico proximo post festum nativitatis virginis gloriose in anno presenti. Ceterum quandam porci^ onem possessionariam condam per Thomam filium Marci, fratrem ute^ rinum domine matris sue, sibi commissam in dicta Scelch habitam sab^ bato proximo ante dominicam invocavit cuius nunc quarta preterisset revolucio annuaiis, homines suos dedomo eiusdem Thome, fratris do^

mine matris sue, affugatis litterisque seu instrumentis suis super ipsa possessionaria porcione confectis receptis et asportatis dictus magister Ladislaus pro se propria sua voiuntate occupasset et a tunc usque nunc detineret occupatam in ipsius iuris preiudicium non modicum et gra* vamen. Super quo vestram amiciciam presentibus requirimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Wratko aut Nicolaus filius Hector, sin Nicolaus et Gregorius, filii Lucasii, seu Paulus filius Iwan de Medsenicha, aliis absentibus, homo dicti domini nostri bani ab omnibus a quibus decuerit et licuerit, a nobilibus et ignobilibus et aliis cuiusvis status et condicU onis hominibus sciat et inquirat de premissis omntmodam veritatem. Et post hec prout vobis exinde veritas constiterit domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Zagrabie, sabbato proximo post festum beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° LXX° quinto.

Nafazi se u izvornoj fistini fiaptofa zagr. od" 11. dec. 1375- u arb' grofa IZichya: VII. 13. 59o.

Cod. dipf. com. Zic/jy III 617-8.

122.

1375. 1. decembra. U Avignonu <Avinione).

Grgur XI. papa nafaze svomu nunciju Rajmundu Bisfiupu padu ansfiom neka u zadarskoj, duBrovač&oj i spfjetskoj nadBisfiupiji izBaci iz crkve sve nametniRe.*

Gregorius episcopus etc. venerabili fratri Raymundo episcopo Paduano, apostolice sedis nuncio, salutem etc. Ad audienciam nostram pervenit, quod nonnulli clerici et persone ecclesiastice seculares et religiose Aquilegensis et Gradensis patriarchatuum, necnon Ravenna^ tensis, Iadrensis, Ragusine et Spalatensis civitatum, diocesum et pro^ vinciarum execrabilis ambicionis ardore succensi in nonnuilis monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis et aliis beneficiis ecclesiasticis, secularibus et regularibus patriarchatuum, civitatum, diocesum et provinciarum ipsorum specialiter vel generaliter reservatis et non reservatis, que a viginti annis cirra vacaverint et vacant, se absque titulo et institutione canonica intruserunt, illaque de^ tinuerunt, prout obtinent occupata, fructus, redditus et proventus, ac obvenciones et iura eorum propriis usibus applicantes in animarum

suorum periculum, gravem divine maiestatis offensam et scandalum plurimorum. Super que de oportuno prpvidere remedio cupientes, fra* ternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium seu alios de premissis omnibus summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii te informans, monasteria, dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas ecclesiasticas et beneficia ecclesiastica, que per informacionem eandem inveneris, ut premittitur, occupata, exclusis et amotis quibuscunque occupatoribus et detentoribus eorumdem ab ipsis, ad manum nostram recipere et tenere, donec de ipsis duxerimus ordinandum, ac insuper fructus, redditus et proventus, obvenciones et iura eorum ab eisdem occupatoribus et detentoribus percepta et habita ab ipsis, vel eorum heredibus seu successoribus bona detinentibus eorumdem petere, exigere ac recipere non postponas, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo, invo* cato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras aposto* licas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, Quicquid autem in premissis egeris, nos et cameram nostram reddas distincte et particulariter certiores, Nos enim eos, a quibus fructus, redditus et proventus ac iura huismodi receperis, absolvendi et quitandi plenam tibi concedimus tenore pre* sencium potestatem. Datum Avinione, kalendis decembris, pontificatus nostri anno quinto.

TBeiner Mon. Sfav. Mer. I. no. 422 str. 3oo.
Iz reg. an. V. Bu f. camer. tom. 8 fof. 211.

123.

1375. 1. decembra. U Avignonu <Avinione>.

Grgur XL papa nafaže svom nunciju Rajmundu BisRupu paduan sRom neka sva doBra crRvi oteta traži od otimača.*

Gregorius episcopus etc. venerabili fratri Raymundo episcopo Paduano, apostolice sedis nuncio, salutem etc. Ad audienciam nostram pervenit, quod in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Me* •diolanensi, Ravennatensi, Iadrensi, Ragusina et Spalatensi civitatibus et

diocesibus atque provinciis sunt nonnulla bona immobilia, quorum aliqua racione legatorum factorum ecclesie Romane ad eandem ecclesiam perti* nent, et alia per processus auctoritate apostolica habitos eidem ecclesie confiscata *sunt,* que per alios occupantur in grave ipsius ecclesie et occupantium huiusmodi salutis preiudicium ariimarum. Volentes itaque super hiis indempnitati ecclesie ac saluti animarum occupantium predic^ torum salubriter providere, fraternitati tue per apostolica scripta man^ damus, quatenus per te vei alium seu alios de bonis huiusmodi et aliis quibuscumque legatis et confiscatis qualitercumque ipsi ecclesie, vel alias quomodocumque et qualitercumque pertinentibus ad ecclesiam ante^ fatam, que in patriarchatibus necnon civitatibus et diocesibus ac pro^ vinciis supradictis consistunt, summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii te informans, ea omnia et singula a quibus« cumque detentoribus et occupatoribus eorumdem petere, exigere et re* cipere, illaque vendere plus ofterentibus personis, uni vel pluribus, cum omni studio et diligencia non postponas, contradictores etc, Ut autem premissa omnia eo efficacius exequaris, quo maiori fueris per nos po« * testate munitus, ibi detentores et occupatores bonorum ipsorum ab omnibus sentenciis occasione occupationis et detentionis huiusmodi latis et profnulgatis in ipsos apostolica vel alia quacumque auctoritate <ab* solvendi), ac cum eis super fructibus, redditibus et proventibus eorum* dem perceptis ex illis componendi, et bona ipsa detentoribus et occu^ patoribus eorumdem aut aliis personis concedendi in feudum vel emphU teosim perpetuo vel ad tempus, si et prout utilitati eiusdem ecclesie videris expedire, ac omnia alia et singula, que in premissis et circa ea fuerint oportuna, faciendi, agendi et libere exequendi plenam concedimus tenore presentium potestatem. Volumus autem et tibi tenore presentium mandamus, quod omnia et singula, que per te premissorum occasione quomodocumque recipi, exigi et recuperari continget, dilecto fiiio nostro Guillelmo s. Angeli diacono cardinali, in nonnullis nostris et ecclesie Romane terris in Ytalia consistentibus pro nobis et ecclesia ipsa *m* temporalibus vicario generali, studeas fideliter assignare, et quod eciam de hiis, que in premissis quomodolibet egeris, reddas cameram aposto^ licam per patentes Iitteras tuas tuo pendenti sigiiio munitas, seu pubiica instrumenta distincte et particulariter certiorem, Datum Avinione, ka* lendis decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Tfieiner Mon. Sfav. Mer. L no 423 str, 3oo-3oJ.

Iz reg. an. V. Buff cam. totn. 8. fof. 212.

124.

1375. 2. decembra. <U Zagrebu.)

PrijatefjsRi sporazumaR pred magistratom zagreBačfiim između Ivana Bozo i Tome starješine Bfizne.

Nos Micussius filius Iuan iudex, Dyonisius, Demetrius, Thomas, Nicofaus, Petrus, Anthonius, Chun et Damianus iurati, consiliarii et universi cives montis Grecensis memorie commendamus per presentes, quod Johannes filius Stephani dicti Bozo, condam iudex, onus et gra^ vamina Petri, Ladislai, Thome Pech et Nicolai filii Pauli servorum seu mercenariorum suorum super.se assummens ab una, parte vero ab alia providus vir Thomas villicus de possessione Blizna, omnium ali^ orum ruralium seu iobagionum egregii Johannis filii Pauli pie recor^ dacionis filii magnifici Stepan de Starchy, quondam bani regni Sclauonie, personis, ad nostram venientes presenciam confessi sunt in hunc modum: quod licet providus vir predictus Thomas, villicus de dicta Blizna, prefato Johanni filio Stephani, Bozo dicto, quedam fenilia ipsorum ruralium in monte Warhen existeneta . . . . . . eorumden pro certa summa pecuniali pro recepcione <feni seu> herbarum de eodem ad unum annum seu falcaturam arrendasset,• tamen quia idem Johannes, filius Stephani dicti Bozo, dictas pecunias pro quibus ipsum fenile <utlque arrendasset), cum in termino solucionem prefixi minime exol^ vere curavit, idemque Thomas villicus, cum ad falcandum fenilia seu prata predicta transisset dictus Johannes Bozo, <aduna>tis sibi compli^ cibus in dictum vilficum et servos irruens, certas menbrorum fecisset wlneraciones, tandem ex induccione proborum virorum super hiis om* nibus talem inter sese fecerunt unionem, quod videlicet idem Johannes Bozo prefatis sic wlneratis seu verberatis tres florenos auri in festo beati Thome apostoli nunc venturum persolvere teneatur, ipse Thomas villicus et alii rurales sciticet iobagiones predicti Johannis Pauli, filii Stephani iam sepe nominati, ipsis prehabitis florenis, eundem Johannem Bozo, qui eum expeditum et per omnia absolutum reddere debebunt ipso facto tali vinculo mediante, quod si qui parcium ipsam causam quovis modo in posterum excitare seu innovare presumpserit in viginti quinque flofenis auri puri vngaricalis cpnvincuntur et sit convinctus eo facto,- quofum medietatem iudici cause^ aliam vero medietatem parti

in hiis persistenti exsolvere et ad solvendum obligare et sit convinctus harum vigore et testimonio litterarum nostrarum mediante. Datum *m* dominica adventus domini, anno domini MCCCLXXV.

Prijepis na papim u arAivu zem. u %agre5u, odio samostana Remete fasc, t no 3,

Ttafčić Mon, civ. ZagraB. I. 248-249.

125.

1375. 11- decembra. <U Zagrebu).

Kaptof zagreBačRi izvješćuje lirafja Ljudevita kaRoje po suduproto notarovu uredio pravne posfove Tuteja i njegova Brata u Bfini.*

Excellentissimo principi domino Lodovico, dei gracia regi Hun*-garie, Polonie, Dalmacie, etc, domino ipsorum naturali, capitulum Za~ grabiensis ecclesie oraciones pro eodem ad filium virginis gloriose. No* verit vestra excellencia nos literas magistri Georgii prothonotarii et in iudicatu vices gerentis magnifici domini Petri Zudor, regni Sclavonie bani, reverencia **qua** decuit recepisse in hec verba:

(Sfijedi fistina protonotara Gjure od 1. dec. /37SJ

Nos igitur peticionibus ipsius magistri Georgii prothonotarii an^ nuentes, una cum predicto Paulo filio Iwan de Medsenicha, homine ipsius domini bani, virum discretum Andream, presbiterum prebenda^ rium chori ecclesie nostre, ad premissa peragenda duximus transmit* tendum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in districtibus Blyna et Dubicha simul procedendo ab omni* bus a quibus decuit et licuit, a nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et condicionis illarum parcium hominibus palam et occulte in^ vestigando talem de premissis scivissent veritatem, quod predictus ma* gister Ladislaus filius Teutus omnia premissa et premissorum singula eo modo fecisset ac facere iussisset, prout dicto magistro Georgyo prothonotario dicti domini bani, conquestum *extitisset.* Datum feria tercia proxima post festum sanctificacionis beate Marie virginis, anno domini supradicto,

Izvorm'6 na pergamem' u arfiivu grofa Zicfiy u Zsefyu 211 B. 59o. Na-firptu vidi se trag pritisnutog pecata,

Cod. dipf. com. Zichy. III. p. 61J~8.

126.

1375.

Bifješka o patronatu za župu Stenjevac.

Testimoniales capituli Zagrabiensis super transumptis certis litteris Nicolai praepositi dicti capituli et vicarii generalis intuitu controversie inter nobiles Laurentium filium condam magistri Nicolai dicti Thoth ab una et magistrum Nicolaum filium Arlandi parte ab altera patro^ natus ecclesiae parochialis beatae virginis Mariae in Ztanyoch modo Ztenyevecz compellatae in anno 1375. emanatis transumptis vero pro parte nobilium Casparis Casnar alias Schaffanich de Felseo Ztubicza iudicum nobilium comitatus Zagrabiensis ac Andreae Gusztich, Sigis^ mundi Szermegh, Georgi Raskay, Gregorii Gasparinovich, Georgii Se* zery, Francisci et Nicolai Barothna de Felseo Stubicza.

U ark. $ug. afcađ. pod, sigtt. I. đ. 32.
Actorum et di'pf. fam. com. Oršić. p. 731.

127.

1375. <U Zagrefcu.)

Izvještaj o nepravdama fiaptofsfiim nanesenim gradjanima ZagreBa.

Item primo, in anno domini MCCCLXX quinto, capitulum ec^ clesie Zagrabiensis quoddam stabulum in suburbto civitatis predicte ha* bitum, tempore nocturno dum ventus magnus et horribilis affuisset, per homines et familiares suos incendere fecisset, per quam incensionem ipsius stabuli, vicum Theutonicorum sew sutorum ipsius civitatis per omnia concremare fecisset. Hiis non contenti, eodem anno in vigilia festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, homines ipsius capituli ex commissione eiusdem capitufi, ubi femine, mulieres et virgines in via publica cum mercibus ipsarum clara luce processissent, easdem spo- liassent, denudassent et deturpassent in dedecus muliebris sexus et ho* noris/ et ubi eedem mulieres et virgines clamorem fecissent de spoliis earum ipsis ilfatis, et cum eas defendere voluissent mariti et cognati ipsarum, tunc predicti homines capituli super ipsos irruissent, ubi ho^ mines ipsius civitatis se defendendo aliqua arma ipsorum in signum re* cepissent et sic mulieres et filias ipsorum defendissent. Hiis non suf* ficientes, eodem die circa horam vesperarum ad Novam villam prope fluvium Zawe, que est in territorio civitatis predicte, homines predicti

capituli ex commissione eiusdem super ipsam villam manu armata et violenta irruissent, ubi feminas et virgines deturpassent et quasdam vio* iassent, ac unum pociorem iobagionem in predicta Nova viila in sua domo crudeli nece occidissent. Insuper quemdam concivem civitatis predicte, videlicet Michaelem, filium Damiani, manu violenta captivas* sent et detihuissent, ac in ipsorum vinculis captum tenuissent, quousque eorum placuisset voluntati, eundem in quinquaginta marcis denariorum ab ipso recepissent, ipsum.de eorum vincuiis predictis emisissent. Post hec eciam Stephanum filium Jacobi concivem ipsorum civium civitatis prefate, ubi equos patris sui in pascuis ipsius civitatis custodivisset cap* tivassent, et in eorum vinculis detinuissent, donec ipsorum placuisset voluntati. Et ubi ipsi cives aliqua verba pro premissis dixissent, et cum predicto capitulo propter ipsorum graves et enormes necessitates aitri^ cassent, tunc ipsum capitulum respondisset ex adverso dicentes eisdem iniuriando: ut ipsi cives adhuc non fuissent cremati, bono modo, sed futura peiora sentire deberent in concremacione dicte civitatis eorum. Ubi eodem sero, videlicet in die festi beati Laurencii martiris, predictam civitatem in ioco meliori et piatea pociori igne fecissent usque ad sum* mum eius concremari, quo sero quidam institor nomine Johannes ad sua mercimonia de predicta civitate iter suum arripuiss^t faciendum et dum ipsum ignem et concremacionem se revertendo vidisset, mox reversus fuisset, tunc eum in via publica predicti homines capituli reperiendo et de mandato ipsius capituli crudeli nece occidissent, bonaque sua ab eodem abstulissent. Hiis non contenti, secundo die festi predicti, ipsa concremacione dicte civitatis peracta, in ipsorum civium campo ad pec* cora eorum irruissent, ubi ipsa peccora pascebantur, cum muititudine suorum complicum manu armata et violenta abstulissent et fena ipso* rum congregata in acervis auferri fecissent potencia mediante. Lite tamen pendente inter ipsos, prout superinde certo et efficaci documento potest comprobari.

Iz raspravnoga đoHumenta ođgođ.1469. $eđan primjerafc u arMivu fiaptofa zagre$ačfioga. Acta cap. antigua fac. /o. no. 14. Prijepis u arfiivu fjugosf. a&a demsje,*

TćafčićMon. civ. ZagreB. I. 246-248.

128.

C. 1375.

Karfo Draćfii, herceg Dafmacije i Hrvatske, javfja firafju Ljude vitu cfa po njegovu nafogu Cv. ispravu od 24. novemBra 13/SJ vraća samostanu sv, Krševana u Zadru posjed SuBovaru.*

Serenissime princeps, reuerende pater et domine cum debita re* uerentia, humili obedientia et recomendatione premissa. Nouiter vene^ rabilis pater et deuotus carissimus dominus Iohannes etc., diuina pro* uidentia dignus abbas monasterii sancti Grisogoni de Iadera, hiis diebus non longe preteritis pro.parte vestre regie maiestatis coram mea presentia presentari fecit certas uestras notas litteras impressas vestro paruo sigillo cum camera munitas, quod secretum vestrum est, tenoris et continentie subsequentis;

CSfijedi fistina firafja Ljudevita od g. 13J5- 24. novemBra.J

Quarum litterarum ipsius vestre serenitatis attento tenore cupientes ipsas executioni debite demandare et attribuere ius suum cui raciona* biliter debetur maxime ad indagandam et sciendam veritatem de pre* missis si sic se habet prout exponitur pro parte affati abbatis et quod aliud in contrarium non reperiatur statim remota omni prolongatione prenominatus abbas amonitus et requisitus fuit pro parte uestre curie, quod omnia et quecumque priuilegia et documenta alia haberet facientia ct iuuantia causam suam ostendere et presentare debuisset. Qui dictus abbas in mei presentia et coram meo consiiio omnia sua priuilegia originalia presentari fecit, quorum priuilegiorum et specialiter primi pri-» uiiegii videlicet tenor talis est: anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo, indictione nona, augusto regnante Romano tercio etc.[1],- hic obmittantur tenores priuiiegiorum quia habentur insolempne tran* sumpto ut premissum est, Quibus quidem iitteris seu priuilegiis diiigenter inspectis, attentis et prouisis coram nostra presentia iuxta ueridicam relationem nobis factam de contentis ipsorum priuilegiorum et coram nostro consiHo percepimus, quod vilia que dicitur Suhouara cum suis hominibus, iobagionibus et iuribus quibuscumque spectantibus ad dictam villam ex speciali concessidne catholicorum regum Vngarie facta ec* clesie seu abbatie sancti Griscgoni et eius rectoribus prenominata uilla Suchouarre spectat rationabifiter ad rectum dominium ipsius abbatie omni prorsus contradictione cessante. Ex quo pensantes, quod prin-*

---

1 Gi. Rački, Doc. 81-83 br. 61, a.

cipum et magnatum interest fauere, dotare et deffensare ecclesias et eorum bona saluare et protegere a quibuscumque uolentibus indebite occupare bona ecclesiarum quarumcumque nec non ea augmentare reddendo deo que dei sunt, hac igitur consideratione pie et iuste moti prouisum et mature deliberatum fuerat iuxta determinationem et deci* sionem sani mei consilii, quod attento tenore et continentia vestrarum litterarum et omnium documentorum seu priuilegiorum productorum pro parte ipsius abbatis in et super causa affata super villa ipsa erat conseruandus et manutenendus affatus abbas nomine et pro parte ipsius sui monasterii eiectis possessoribus ab inde quibuscumque cum per* ceptione omnium et quorumcumque iurium suorum. Vester reuerens humilis et obediens frater Karolus de Duratio eadem gracia Dalmatie et Crohacie dux.

Iz prijepisa fiaptofa zadarsfiog od g. 1449> Ovaj prijepis u guBern. arfi. u Zadru (odio sam. p. Krsevana Kaps. JCIV. No. 172.

129.

1376. 23. januara. U Avignonu <Avinione>.

Grgur JCL papa premjesta Demetrija, erdefjsRoga Bisfiupa, na Bi= sRupiju zagreBačfiu.

Gregorius episcopus etc. venerabili fratri Demetrio episcopo Za^ grabiensi, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis etc. Dudum siquidem bone memorie Stephano episcopo Zagrabiensi regimini Zagrabiensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum eam vacare contingeret, per operacionis nostre ministerium utilem er ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decer^ nendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum ipsius Stephani episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacacione eiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, resmfacione et decreto obsistentibus supradictis,

ne ecclesia ipsa prolixe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te episcopum Transilvanum, con* sideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuamKSicut testimoniis fidedignis accepimus, divina gracia insignivit, et quod tu, qui regimini Transilvane ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, dictam Za* grabiensem ecclesiam scies et poteris, auctore domino, utiliter regere ac feliciter gubernare, nostrum animum duximus dirigendum. Intendentes itaque tam dicte Zagrabiensi ecclesie, quam eius gregi dominico salu* briter providere, te avinculo, quo eidem Transilvane ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice plenitu* dine potestatis absolventes, te ad dictam Zagrabiensem eccfesiam auc* toritate apostolica transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem dicte Zagrabiensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licenciam ad prefatam Zagrabiensem ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod tuos actus et opera illius clementia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Zagrabiensi ecclesie per tuam diligentem solerciam, tuumque ministerium curiosum honoris et prosperitatis multiplicium votiva provenient incrementa. Vo^ lumus autem et tibi tenore presencium mandamus, quod antequam pos^ sessionem administracionis bonorum mense tue episcopalis Zagrabiensis recipias, fidelitatis debite solitum prestes iuramentum iuxta formam, quam venerabilibus fratribus nostris Quinqueeclesiensi et Vesprimiensi epi* scopis sub bulla nostra mittimus interclusam, quibus et eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus, ut a te nostro et ecclesie Romane nomine huiusmodi recipiant iuramentum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Zagrabiensem ec^ clesiam cum gracia nostre benedictionis accedens, curam et admini^ stracionem ipsius sic solicite exercere studeas, gregem dominicum in ea tibi creditum doctrina verbi et operis informando iuxta datam a deo tibi prudenciam, quod dicta ecclesia Zagrabiensis per tuum coopera* cionis ministerium fructuosum gotivis iugiter proficiat commodis et suc* cessibus prosperis augeatur, tuque proinde divinam ac prefate sedis et nostram benedictionem et graciam uberius consequi merearis. Datum Avinione x. kal. februarii, pontificatus nostri anno sexto.

CNa BrptuJ. Dilectis filiis capitulo ecclesie Zagrabiensis, clero et populo civitatis et diocesis Zagrabiensis, universis vassallis ecclesie Zagrabiensis, venerabili fratri archiepiscopo Colocensi, et carissimo in

Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri, quatenus eundem Demetrium episcopum una cum ecclesia sua habeat propensius commen^ datos etc. Datum.ut supra.

Tfieiner: Mon. Sfav. Mer. I. no. 428, str. 3p3.
. Iz reg. an, VI. Buff. camer. tom. 3, fof. 56-

130.

1376. 23. januara, U Avignonu ^Avinione).

Grgur XI. papa premjesta nadbisHupa DominiRa na BisRupiju 5o - sansiiu.*

Gregorius episcopus etc, venerabili fratri Dominico episcopo Bosnensi, salutem etc. Romani Pontificis, quem pastor ille celestis etc. Sane ecclesia Bosnensi ex eo pastoris solatio destituta, quod nos hodie venerabilem fratrem nostrum Petrum Iauriensem, tunc Bosnensem epU scopum absentem a vinculo, quo ipsi ecclesie Bosnensi, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, eum ad ecclesiam Iauriensem tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum, preficiendo ipsum eidem Iauriensi ecclesie in episcopum et pastorem; nos ad provisionem ipsius Bosnensis ecclesie celerem et solicitam, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem Bosnensi ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te ar^ chiepiscopum Iadrensem, consideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam, prout fidedignorum percepimus testimonio, aU tissimus insignivit, quodque tu, qui regimini dicte ecclesie Iadrensi hac* tenus laudabiliter prefuisti, prefatam Bosnensem ecclesiam scies et po* teris, auctore domino, utiliter regere et feliciter gubernare, nostrum anU mum duximiis dirigendum. Intendentes itaque tam dicte ecclesie Bosnensi, quam eius gregi dominico salubriter providere, te a vinculo, quo eidem Iadrensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum con^ silio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Bo* snensem ecclesiam auctoritate apostolica transferimus, teque illi prefi* cimus in episcopum et pastorem, curam et administraclonem dicte Bo^

snensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commit^ tendo, liberamque tibi dando licenciam ad eandem Bosnensem ecclesiam transeundi, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius clemen- cia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Bosnensi ecclesie per tuam diligentem solerciam, tuumque ministerium ćuriosum honoris et prosperitatis multiplicum votiva <pro>venient in- crementa. Volumus autem ac tibi tenore presentium mandamus, quod antequam possessionem administrationis boriorum ad mensam episco* palem Bosnensem pertinentium recipias, fidelitatis debite solitum prestes iuramentum iuxta formam, quam venerabilibus fratribus nostris Strigo= niensi archiepiscopo et Cenadiensi episcopo sub bulla nostra mittimus interclusam, quibus et eorum cuilibet per alias nostras litteras manda^ mus, ut a te nostro et ecclesie Romane nomine huiusmodi recipiant iuramentum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus ad prefatam Bosnensem ecclesiam cum gracia nostre bene« dictionis accedens, curam et administrationem sic diligenter geras et so- licite prosequaris, quod ipsa Bosnensis ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis acribus latius diffundatur, ruque preter retributionis eterne premium nostre benedictionis augmentum ac ipsius sedis graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione X. kal. februarii, pontificatus nostri anno sexto.

CNa firptuj. Dilectis filiis capitulo et universis vassallis ecclesie Bosnensis, clero et populo civitatis et diocesis Bosnensis, venerabiii archiepiscopo Colocensi et carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri.

TBeiner: Mon Sfav. Mer. I, no. 429, str. 3o4.
Iz reg. an. VI. Buff. divers. tom. 3. fof, 6o.

131.

1376. 25. januara. **U Zadru <Jadre).**

Tifip de Sforadis, župnik crtive sv. Petra, prodaje samostanu rogovsRomu kamenje izvadeno iz spomenute crkve.

In Christi *nomlne* amen. Anno incarnationis *elusdem* miliesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indictione quarta decima, die uige-

simo quinto mensis ianuari,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Dalmatie ac inclito principe domino Karulo de Duratio, regnorum DaU macie et Crohacie duce, temporeque reverendi patris domini fratris Dominici, archiepiscopi Jadrensis et magmfici uiri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, honorabilis comitis ciuitatis Jadre. Dominus Phylip^ pus de Sloradis, plebanus ecctesie sancti Petri de platea de Jadra, habita prius licentia a domino Georgio plebano ecclesie sancte Marie presbite* rorum de Jadra, vicario prefati domini archiepiscopi Jadrensis, dedit et vendi^ dit venerabili in Christo patri domino fratri Petro, abbati monasterii sanc^ torum Cusme et Damiani de Rogoua diocesis Jadrensis, pro se et dicto monasterio ementi et recipienti certam quantitatem lapidum, qui extracti fuerunt ut dixit de uoltis predicte ecclesie sancti Petri pro pretio sexa^ ginta librarum paruorum, Quod pretium dictus dominus Filippus ple* banus venditor fuit confessus et contentus se a dicto domino abbate habuisse et recepisse, exceptioni sibi non dati, non soluti et non nume^ rati dicti pretii, spei future numerationis et omni auxilio legum et de- cretalium ac statutorum omnino renuntians. Ac promictens dictus do* minus plebanus venditor per se suosque subcessores in dicto plebanatu dicto domino abbati pro se suisque subcessoribus in dicta abbatia et pro dicto suo monasterio stipulanti predictam quantitatem dictorum lapidum sibi venditam ut supra eidem semper legiptime de iure defen* dere et excalumpniare ab omni molestante persona, collegio, comune, capitulo et vniuersitate et dictam venditionem et omnia et singula su^ prascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere ue(uenire per se uel alios, de iure uel de facto, aliqua racione uel causa sub pena quarti dicti pretii stipulatione promissa, cum reffectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra et sub obligatione omnium bonorum dicte eclessle sancti Petri presentium et futurorum,- et pena soluta uel non, nichilominus presens contractus sit firmus. Actum Jadre prope palatium comunis, presentibus Colano condam Marini de Fanfogna et Bartolo condam Lupse marinario de Jadra, te* stibus uocatis et rogatis et aliis.

Ego Johannes ser Maori de Grisogonis, iudex exeminator, manum missi.

(Sig. notj Ego Petrus condam Bartholomei de Annobonis de Sercana, imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, premissis omni* bus et singulis interfui eaque rogatus scripsi et publicaui.

Izvorm'6 na perg. u gu&ern. arfi. u %adru (odio sam, rogov, no lloj,

132.

1376. 16. februara. U Avignonu (Avinione).

Grgur JCL papa dozvofjuje MafoBraćanima vikarije BosansRe, da mogu primiti jedno mjesto darovano im od Ivana Horvata Bana macvansBoga.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis vicario et fratribus ordinis Minorum vicarie Boznensis secundum morem dicti ordinis, salutem etc. Sacre vestre religionis, sub qua devotum exhibetis domino famu* Jatum, promeretur honestas, ut votis vestris, illis presertim, per que augeri possit cultus divinus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra, et dilecti filii nobilis viri Iohannis de Hornati <!) bani de Machov Quinqueecclesiensis diocesis peticio continebat, quod ipse ex zelo fidei et singulari devocione, quam ad ordinem vestrum gerit, cupit in dicta diocesi in loco ad hoc magis apto et con^ decenti, et in feudo proprio ad honorem et laudem dei ac beati Fran* cisci eius ordinis fundatoris de bonis sibi a deo collatis, in suorum et eius parentum remissionem peccatorum, de licencia dominii temporalis, sub cuius dominio locus ipse fuit, ecclesiam seu cappellam vel orato^ rium cum campanili, campana, cimiterio, domibus et aliis necessariis officinis pro usu et habitacione fratrum monasterii eiusdem, qui ibidem divino cultui vacare, et scismaricis ac patarenis in illis partibus existentibus predicare verbum dei, eosque ad unionem orthodoxe fidei et sancte catholice ecclesie reducere valeant, construere et fundare: quare pro vestra et dicti nobilis parte nobis fuit humiliter supplicatum, ut eidem nobili faciendi predicta, et vobis huiusmodi locum recipiendi et retinendi licenciam de benignitate apostolica concedere dignaremur, Nos igitur, qui dictorum divini cultus vestreque religionis augmentum fer^ venter appetimus, huiusmodi supplicacionibus inclinati, eidem nobili ecclesiam seu cappellam vel oratorium cum campanili, campana, cimiterio, domibus et aliis necessariis officinis supradictis construendi et fundandi, vobisque huiusmodi locum cum predictis ecclesia seu cappella vel oratorio, campanili, campana, cimiterio, domibus et officinis reci= piendi et perpetuo retinendi pro usu et habitacione predictis, dummodo diocesarii loci ad id accedat assensus, felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri prohibente, ne fratres ordinum mendicantium in aliquibus civitate, castro vel villis, seu alio loco domos vel alia loca quecumque recipere de novo presumant absque sedis apostolice licencia speciali, faciente pknam et expressam de prohibicione huius*

modi mencionem, et quibuslibet aliis constitucionibus apostolicis con» trariis nequaquam obstantibus, iure tamen parrochialis ecclesie et cuius^ libet alterius in omnibus semper salvo, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gracia licenciam elargimur, vobis nichiiominus concedentes, quod vos et alii fratres vestri ordinis, qui in huiusmodi loco, postquam per vos receptus fuerit, pro tempore morabuntur, gau^ deatis et gaudeant omnibus et singulis graciis et privilegiis, ac exemp- tionibus et libertatibus, quibus in aliis locis vestri ordinis gaudere con^ suevistis seu eciam debuistis. Nulli ergo etc. nostre concessionis in^ fringere etc. Datum Avione XIIII. kal. marcii, pontificatus nostri anno sexto.

7heiner Mon. Sfav. Mer. I. ro. 43$ str. 3o8.
Iz reg. an. VI. Buff. divers. tom. 3. fof. 559-
T'eje'r Cocf. cfipf. IX. 5- Пб-118.

133.

1376. 19. februara. U Zadru <Jadre>.

Đuro de Zadufinis pokfanja samostanu sv, Nifiofe u Zadru do Bodak od sest sofana na Pasmanu.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem milles^ simo trecentessimo septuagessimo quinto, indiclone quarta decima, die decimo nono menssis februarii,- regnante serenissimo principe et *Ao*= mino nostro Lodouico, dei gratia inclito rege Hungarie, Polonie, DaU macie et Crohacie ac illustris<!> principis<!> domini Karoli de Duracio, ducis Dalmacie et Crohacie, temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, dei gracia archiepiscopi Jadrensis ac magnifici et potentis viri domini Rafaelis de Surdis de Placencia, honorabillis comitis ciuitatis Jadre. Ser Gregorius condam Grisogoni de Zadulinis, ciuis Jadre, omni modo, via, iure et forma, quibus melius potuit et potest nomine pure, mere et inreuocabillis donacionis, que dicitur inter viuos, que nullo modo alliqua ingratitudine uel offensa magna uel parua nec ob id, quod sit inmensa donacio uel quod non sit actis legiptimis insinuata coram preside uel pretore set prouide eam valere uoluit ac si esset actus legiptimus insinuatus, dedit, donauit, cessit, transtulit et mandauit ac remisit amore dei et beati Geronimi et beate Elisabet duobus al- taris<!> positis in ecclesia sancti Nicolai de Jadra, videlicet altari sancti Geronimi et altari sancte Elisabet perpetuo omnes usufructus salinaru^ rum sex positarum in insulla Pischimani in loco vocato Ga<r>ma,- que

saline sex sunt dicti ser Gregorii de Zadulinis et quas emit a Nicolao
de Martinusio, ut patet per publicum instrumentum scriptum <et as^
cult>atum per me notarium infrascriptum sub millesimo trecentessimo
septuagessimo quinto, indictione tertia decima, die duodecimo menssis
octubris/ ita quod amodo suo nomine et occaxione vt. .. rectis mona^
sterium sancti Nicolai siue domine dicti monasterii siue procuratores
ipsarum possit uel posint<!> occaxione dictorum vsufructus <et redit>uum
dictarum sex salinarum aduersus quamcumque personam, colegium et
vniuersitatem in racione a cocumque <> nomine et occaxione predicta
petere, agere, excipere, experiri, replicari et se tueri in bonis et super
bonis predictis comodocumque<!> eis spectantibus et pertinentibus oc-
caxione predicta et omnia et singula facere et exercere in iudicio et
et extra, que admodum poterat dictus ser Gregorius de dictis vsufruc-
tibus dictarum sex salinarum,- paciscens atque conueniens, quod tempore
huius contractus donacionis vere possessor erat dictorum redituum et
quod nulli alii actenus cessit, donauit nec ailiquo alio modo obligauit.
Promitens dictus ser Gregorius per se suos heredes et succesores so*
lempni stipulatione dicto monasterio siue dominarum nomine dictorum
altariorum pro se et suis successoribus stipulanti dictam donacionem
et omnia et singulla supradicta defendere et excalumpniare ab omni
homine et persona et vniuersitate, cui uel quibus dicta donacio foret
obligata seu alienata ex alliquo contractu seu obligacione a dicto ser
Gregorio factis uel ab altero eius nomine, set predictam donacionem
et omnia et singula supradicta perpetuo firma, rata et grata habere, te=
nere et non contrafacere uel uenire, per se uel allios, alliqua racione
uel causa, de iure uel de facto et ipsam donacionem nulla causa uel
ingratitudine reuocare sub pena quarti valoris et refectione omnium ex^
pensarum, dapnorum et interesse litis et extra, et obligacione omnium
suorum bonorum presencium et futurorum,- et pena solupta uel non,
presens instrumentum donacionis ratum maneat. Actum Jadre presen^
tibus ser Jacobo de Feca et Andrea de Muto, testibus ad hec vocatis
et aliis.

Ego Johannes condam ser Mauri de Grisogonis, iudex examinator
manum missi.

CStg. notj. Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bo^
nonia olim cancellarii Jadre, publicus inperialli auctoritate notarius et
Jadre iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et roborauL

*Izvornib na pergam. u дибеrn. агб. u 'Zad'ru. (Ođio samost. sv. Nifiofe
no. 233J.*

134.

1376. 19. februara. U Križevcima *(ln* Crisio).

Pred Banom Petrom Zudorom izgfadufu sve svoje sporove Ivan TaBijanov de Sydna i njegova porodica sa Nifiofom Stjepanovim de StepBanoucB i njegovim sinom TaBijanom.

<N>os Petrus Zudor, regni Sclauonie banus, memorie commen^ dantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magistro Johanne litterato filio Fabiani de Sydna\ genero Pauli filii Ja^ cobi de Rauen ac nobili domina Margaretha vocata, consorte eiusdem, filia videlicet ipsius Pauli filii Jacobi ex una, parte vero ex altera NU colao filio Stephani de Stephanouch et Fabiano fifio eiusdem, proiibus *ut* dixerunt masculinis carentibus de presenti, coram nobis personaliter constitutis per easdem partes confessum extitit ministerio viue vocis pariter et relatum, quod licet inter ipsos litis discordia, rancor invidie, fomes et odium super quibusdam factis susscitati fuerunt et diutius ventilati, tamen ipsi per ordinacionem proborum et nobiiium virorum pacem parcium zelantium, vt omnis litis materia, liuoris malicia et rancoris macula de medio eorum penitus extirpetur et eueliatur ipsique et eorum heredes in perpetue pacis tranquilitate valeant permanere, super omnibus causis infrascriptis concordassent et concordarunt coram no* bis tali modo, quod prefati Nicolaus filius Stephani et Fabianus fiiius eiusdem in possessione Rauen in comitatu Crisiensi existenti et suarum pertinenciarum quarumlibet iuxta cursus suos metales primeuos vide^ licet et antiquos in iitteris capituli Zagrabiensis in anno domini M° CCC° XL° nono per manus magistri Michaelis, lectons Zagrabiensis, emanatis continentes predecessores ipsorum et consequens ipsi nullum jus habuissent neque se habere sperarent in futurum,- ymo si in quan^ tum factum ipsius possessionis Rauen totalis de presenti ipsos tangeret vel pqsset tangere in futurum quoquomodo vel qualitercunque ipsis magistro Johanni et domine consorti ac heredibus suis vniuersis consens* sissent, ymo eandem possessionem Rauen cum omni plenitudine suarum tenutarum sub metis in dicto priuilegio habitam consenserunt coram nobis nil juris nilue proprietatis et dominii wlterius pro se reseruantes, sed totum jus eiusdem in ipsos magistrum Johannem, dominam consor* tem et heredes suos vniuersos perpetuo transferendo. Item possessionem Zloyn, videlicet totam porcionem condam Jaxa bani, prothaui ipsorum,

[1] drugdje doiazi Sydynna.

in comitatu Crisiensi iuxta possessionem Wrbouch vocatam existentem •cum omnibus suis vtilitatibus jure hereditario et empcionali titulis aut afia arte ipsis pertinentem et pertinere debentem in futurum, habitis prius ab ipso magistro Johanne centum marcis denariorum, vt asseruerunt coram nobis, ipsis persolutis prefati Nicolaus et Fabianus ipsis magistro Johanni, domine consorti et heredibus suis vniuersis nec non eciam iliis liominibus quibuspiam eandem possessionem Zloyn iuxta cursus anti* quarum metarum suarum in vita vel in morte concambialiter vel alio <}uouismodo traderent et assignarent, tradidissent et assignassent, ymo perpetuarunt jure perpetuo tenendam pariter et habendam, nil juris pro se vendicantes et eorum heredibus nascituris de eadem[2]. Insuper as- sumpmentes et promittentes, vt si amodo et deinceps particulam uel particulas in eadem possessione Rauen a <filiis> Pauli fratribus videlicet vterinis consortis ipsius magistri Johannis litterati absque speciali pro* missione eorumdem magistri Johannis litterati, domine consortis et he^ redum suorum empticionali vel inpignoraticio<naIi titulis) aut alio quo^ uismodo reciperent vel obtinerent et mediante amonicione vnius judicis nobilium comitatus Crisiensis ipsis fienda easdem terre particulas non resignarent prefatis magistro Johanni, domine consorti et heredibus ip^ sorum vniuersis, extunc racione detencionis ipsarum litterarum in suc^ cubitu duelli facti potencialis contra ipsos conuincerentur ipso facto premissas autem particulas absque aliqua solu<tione magister Johannes, domina) consors et heredes ipsorum occupandi et conseruandi habe- rent facultatem contradicione quorumlibet non obstante. Insuper duas sessiones iobagionales in dicta possessione S<ydna . . . . . domibus per se et distincti sub suis metis et <sig)nis separando duabusque iobagio- nalibus sessionibus in quibus iobagiones Gerdak et Nicolaus commo^ rasse dinosscuntur . . . . . Paulum filium Jacobi, Johannem et Nicolaum filios suos ac ipsum magistrum Johannem litteratum et dominam con* ^ortem suam . . . . . . eo quo protunc quatuor ipsorum superstites fuis- sent . . . . . et deuentis et suis pertinenciis quibuslibet, quouis nominis vocabulo vocitatis, in qualitate, quantitate, fructuositate, vtilitate, va* lore equipolentes et equiualentes . . . . . . cinerum et aliis diebus ad id .sufficientibus coram duobus vel vno judicibus nobilium necnon magistro Dominico filio Jacobi, Nicolao filio Petri, Andrea filio Georgii, et aU tero Andrea filio Radozlai, hominibus per partes <electi)s vel aliis pro- bis nobilibus hominibus ad hoc adducendis, ipsis videlicet hominibus nominatis ibi esse non valentibus ex causa racionabili, per formam con= cambii dare et assignare spoponderunt permiten<tes e>osdem magistrum

[2] bilo de eandem, ali n izbrisan,

Johannem, dominam consortem et heredes suos ac iobagiones ipsourm in eisdem residentes contra se et ipsorum homines in pacifico dominio in eisdem sessionibus et suis pertinenciis perpetuo.... que conseruare Nicolaus filius Stephani et Fabianus filius suus anotati, Hoc eciam de* clarato, quod per ipsas partes extitit assumptum litteras comitis Cri* siensis et judicum nobilium eiusdem comitatus ad distinccionem, sepa^ rationem et metarum consignacionem duarum sessionum et suarum pertinenciarum per ipsos Nicolaum et Fabianum dandarum et concam* bialiter assignandarum ad relacionem ipsorum bonorum hominum ema- nari facere et in perpetuo robore irreuocabiliter conseruare. E conuerso autem prefatus magister Johannes et domina consors sua in cambium ipsarum duarum sessionum per ipsos Nicolaum et Fabianum sibi et heredibus eorum jure perhempnali invicem signandarum quasdam duas sessiones ipsorum ipsis pro quarta porcione tempore diuisionis cessis et deuentis in quarum vna Gurdak, in alia autem Nicolaus residen= ciam facere dinoscerentur cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis qui^ buslibet ipsis Nicolao et Fabiano agnoscentes magis vtiles, placibiles et nimium necessario ipsis applicandas concambialiter ac eorum here^ dibus nascituris jure perhempnali dedissent, contulissent et assignassent, nil juris nilue proprietatis et dominii pro se et eorum posteris pro se re* seruando,*[1] insuper quasdam sex sessiones iobagionales, porciones vide^ Iicet Pauli filii Jacobi, Johannis et Nicolai filiorum suorum, per ipsos Nicolaum et Fabianum, vt retulerunt coram nobis, sponte ab eisdem contra legittimas prohibiciones magistri Johannis et domine consortis sue facie ad faciem contra ipsos factas, conparatas et exemptas,- super quarum sessionum facta lis et questionis materia inter ipsas partes orta et diucius ventilata fuisset, que pretextu filiacionis ipsorum per ipsos Paulam <!> et filios suos beniuole facte magis ipsis emere et pro pignore recipere pertinuisset ex causis preassumptis, quam ipsis Nicolao et Fa* biano aut aliis quibuspiam propter bonum pacis, quia per ipsos ipsi magister Johannes et domina consors sua frequentissima<!> pulsati fuissent mutacione, eo quo ante portam ipsorum ipse sex sessiones cum suis pertinenciis site extiterunt concambialiter ipsis Nicolao filio Stephani et Fabiano filio suo jure perpetuo assignassent, ymo perpetuarunt coram nobis tali modo, quod ipsi Nicolaus et Fabianus sponte assumpserunt coram nobis, videlicet a festo purificacionis virginis gloriose nunc pro^ xime transacto incipiendo vsque ad terciam reuolucionem eiusdem festi sese inmediate sequentem equipolens concambium in ipsa possessione Rauen <voc>ata per filios ipsius Pauli fratres vterinos domine consortts

[1] pro se reseruando nad retkom.

ipsius Johannis litterati iuxta porcionem ipsorum loco dictarum sex ses^ sionum et suarum pertinenciarum similiter per formam concambii ipsis magistro Johanni et domine consorti ac heredibus ipsorum vniuersis cum eorum expensis astringendo dari facere et assignari jure perpetuo possidendum pariter et habendum, promittentes et spopondentes<!> ipsos magistrum Johannem, dominam consortem et heredes ipsorum vniuersos ipse Nicolaus et Fabianus per se et eorum heredes nasscituros in pacifico dominio ipsius concambii per ipsos filios Pauli ex procuracione ipsorum Nicolai et Fabiani dandi et perpetuandi jure perhempnali con^ tra quoslibet homines cum eorum laboribus et expensis conseruare vo* lentes et promittentes erga ipsos magistrum Johannem, dominam con^ sortem et heredes ipsorum ope, opere et fauore vbique in cunctis eorum negociis astare et e contra ipse magister Johannes ac domina consors sua eosdem Nicolaum et Fabianum cum omni presidio et iuuamine in eorum necessitatibus assumpserunt adiuuare et esse cum eisdem. Hoc non pretermisso, quod idem Nicolaus et Fabianus sponte assumpserunt, vt si quas possessionarias porciones ab ipsis Johanne et Nicolao, filiis prelibati Pauli, pro viginti tribus marcis, tredecim videlicet Nicolao et decem Johanni ad obligamina possessionis ipsorum Rauen per ipsos datis et assignatis pro pignore recipere poterunt tunc easdem et alias eciam particulas. . . . .ex consensu et permissione ipsius magistri Jo* hannis, domine consortis et heredum ipsorum in ipsa possessione Rauen in futurum quoquomodo, videlicet perhempnali vel inpignoraticionali tU tulis reciperent . . a prius ab ipsis magistro Johanne, domina consorte et heredibus suis principali pecunia ipsas possessionarias porciones cum integritate suarum vtilitatum ipsi Nicolaus et Fabianus remittere tene^ buntur et resignare occasione qualibet non obstante, si uero id facere nollent vel non currarent, tunc easdem porciones possessionarias in ipsa Rauen per ipsos amodo et in antea quoquomodo obtinendas prefati ma^ gister Johannes, domina coniux et heredes sui absque omni pecuniaria solucione haberent occupandi et conseruandi facultatem, contradictione eorundem non obstante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpe* tuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas annotatis Nicolao filio Stephani et Fabiano filio suo duximus concedendas. Datum in Crisio, feria quarta proxima ante festum Katedre beati Petri appostoli, anno domini M^{rao} CCC^{mo} LXX^{mo} VI*

Izvornifi ponešto ostećen na pergameni u arfiivu fjugosf akađ. u ZagreBu Cg. 1376.).

Na crvenoj svifenoj vrpci visio je pecat

135.

1376. 28. februara. U Budimu <Bude>.

Ljudevit, krafj ugarski i Brvatsfii, odBija tužBu Nifiofe NiBofinog de Hafioft i drugova proti Stjepana, vojvode erdefjskog, i Braće njegove, te dosuđuje potonjima Ostrogov fStrigovoJ i Caliovac sa svim pripadnostima uz važno oBrazfoženje.

Nos Lodouicus, dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galiicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris salutem in eo qui est vera salus. Vigerent lites et regnaret materia iurgiorum, nisi ea que geruntur in tempore ne simul labantur cum eodem fulcirentur testimonio litterarum, Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod viri magnifici Emericus pridem regni nostri palatinus et Stephanus woy^ uoda Transsiluanus, fideles nostri et dilecti, personaliter iuxta continen^ ciam litterarum comitis capelle nostre euocatoriarum simplicium ipsam euocacionem in Wisegrad facie ad faciem factam fore denotancium, tercio die ferie secunde proxime post festum beati Luce evangeliste, anno domini millesimo CCCLXX[mo] tercio preteritum in nostre serenU tatis conspectu comparentes contra Nicolaum filium Nicolai de Haholt quasdam litteras capituli ecclesie Albensis euocatorias ad nostrum man^ datum litteratorium rescriptas asserentes accionem ipsorum litteris con~ tineri in eisdem, prout per alias litteras nostras exinde confectas edoce* bamur, nostrum produxerant in conspectum habentes, quod in personis ipsorum palatini et woyuode fratrumque eorum nostre dictum fuisset maiestati, quod Nicolaus filius Nicolai de Haholt asserens iura sua pos^ sessionaria erga eosdem palatinum, woyuodam et fratres ipsorum exis^ tere obmissa prorsus consuetudinaria lege regni nostri ab antiquo con* sueta nec non suorum iurium, si que haberet circa eosdem, execucione postergata, tacita veritate et suggesta falsitate multipharias litteras pro^ testacionales, inquisitorias, prohibicionales et affirmatorias ac alias iuri ipsorum possessionario derogatorie, silenter et occulte contra ipsos ema^ nari facere procurasset et pro tunc procuraret. Vnde quia nos de ta^ Iibus dolosis et cautelosis gestis et iniquis processibus, ne per hoc iura regnicolarum nostrorum possessionaria in futurum periclitari continge* rent voluissemus sane invigilare, ideo nobis comittentibus idem Nico- laus filius Nicolai feria quarta proxima post dominicam reminisscere

proxime tunc preteritam per nostrum et dicti capituli homines in pos-- sessione sua Bodon vocata cum vniuersis litteralibus suis instrumentis *seu* munimentis, *s* que in facto iurium suorum possessionariorum, *que* erga ipsos palatinum et woyuodam fratresque eorundem esse allegaret, *haberet* confecta contra eosdem ad octauas diei medii quadragesime tunc de nouo preteritas sine crastinacione in specialem nostre maies^ tatis presenciam euocatus extitisser, habita ibidem insinuacione, vt si ipse cum suis litteralibus instrumentis veniret bene quidem, alioquin vniuersa *sua* instrumenta et queuis litteralia munimenta, que super predictis *iu** ribus suis nossceretur allegare circa prefatos palatinum, woyuodam et eorum fratres habitis cassaremus, anichilaremus et irritaremus viribusque et virtutibus relinqueremus et denuncciari faceremus per omnia caritura. Causa quidem parcium huiusmodi ad octauas festi pentecosthes tunc proxime sequentes prorogatiue deducta ipse Nicolaus venire neglexisset et sic se conuinci permisisset litteris nostris per eosdem exhibitis de* clarantibus, quibus visis per ipsum Nicolaum filium Nicolai iura sua, que apud ipsos esse diceret declarari et sua instrumenta super eisdem emanata exhiberi postularant coram nobis. Hiis itaque perceptis, quia prelibatus Nicolaus filius Nicolai personaliter nostri in presencia ad~ herendo castra Oztrogow et Chaaktornya vocata cum suis villis et pertinenciis in districtu fluuiorum Draua et Mura vocatorum existencia sua fratrumque suorum generacionalium et condiuisionalium predeces* sorumque eorum fuisse et esse ac nunc apud ipsos dominos pafatinum et woyuodam atque eorum fratres existere, instrumenta vero super eis^ dem confecta, que ex eisdem apud manus suas haberentur, eo quod quamplura ex ipsis circa fratres et generaciones suas forent, absque presencialitate et interessencia eorundem fratrum suorum generaciona*- lium, quibus videlicet predicta castra cum suis pertinenciis sic et eodem modo quemadmodum sibi pertinere indicarat exhibere non posse, ymo verius non audere, set eosdem iuxta se stare et sic factum premissum comuniter exequi et eadem instrumenta exhibere posse et velle affir* marat, pro eo prelatorum et baronum nostrorum consilio causam pre^ dictam inter ipsas partes statu in eodem ad quindenas festi beati Martini conffessoris proxime tunc venturas sine crastinacione prorogantes com^ miseramus, vt prefatus Nicolaus filius Nicolai vniuersos fratres et pro- ximos sue generacionis sine quibus scilicet ad premissa suo modo re* spondere et sua instrumenta exhibere nollet et non auderet cum eorum quibuslibet instrumentis litteralibus, si que haberent facto in premisso confecta, per formam legitime euocacionis uel aliter per viam iusticie quomodocumque uel quaiitercumque posset contra se ad easdem quin*

denas nostrum in conspectum sine difacione adducere et cum eisdem vniuersa eorum instrumenta prenotata exhibere et sic eorum iura, si que haberent ad premissa, declarare et exequi tenerentur nostre sereni- tatis speciali in presencia, vt hiis habitis et visis iuris equitatem inpar- tiri valeremus partibus in premissis. Tandem ipsis quindenis adherentibus prefatisque actoribus nostri in presencia personaliter adherentibus pre* dicto quoque Nicolao filio Nicolai simifiter presencialiter adherente ac Johannem filium Mychaelis filii Keleed de dicta Haholt, Otyuz filium Johannis de Zabar, Petrum filium Johannis filii dicti Johannis, Johannem et Ladizlaum filios Egidii ac Stephanum et Johannem filios Petri filii Chaak de Chaan, quos videlicet idem Nicolaus fratres suos ge^ neracionales et condiuisionales fore et absque eisdem in premissis re^ spondere suaque instrumenta exhibere non posse et nec audere, vt pre* mittitur, retulerat, exhibicione litterarum conuentus Zaladensis per no* strum et eiusdem conuentus homines ad predictas quindenas nostre maiestatis in presenciam penes se euocatos fuisse declarante ac ex ipsis nobilibus iam euocatis prefatis Johanne filio Mychaelis, Otyoz, Ladi* zlao filio Egidii et Johanne filio Petri pro se ipsis personaliter, pro predictis autem Johanne filio Egidii et Stephano filio Petri eiusdem, Jo^ hanne et Ladizlao, fratribus eorum, cum procuratoriis litteris dicti con^ uentus prefatum Petrum filium Johannis, puerum in tenera etate consti« tutum fore asserendo coram nobis comparentibus, licet primo memorati actores ac Nicolaus filius Nicolai et Johannes filius Mychaelis ipsorum litteralia instrumenta super premissis confecta pro tuicione, conserua- cione et requisicione dictorum suorum iurium posessionariorum nostre maiestatis in presencia produxerant et iuxta eorundem tenorem premis^ sam eorum causam iuris tramite mediante per iudiciarium processum determinare et determinari facere voluerant, tamen, quia annotatus *Otyoz* se et predictum Petrum filium Johannis, ipsi eciam Ladizlaus filius Egidii et Johannes filius Petri similiter se ipsos ac annotatos Johannem filium Egidii et Stephanum filium Petri in dictis castris ac villis et tenutis cum prefatis Nicolao filio Nicolai et Johanne filio Mychaelis equaliter por- cionatos fore super hocque similiter instrumenta habere et eadem erga nobilem dominam matrem ipsorum Stephani et Johannis iam consortem Johannis dicti Chech de Kwtus existere sicque absque eorum instru- mentorum produccione et requisicione premissam causam prefatos Ni* colaum et Johannem de Haholt prohibendo iuxta vigorem instrumen* torum eorundem Nicolai et Johannis per eos, vt premittitur, exhibitorum adiudicari et terminari facere nolle pluries replicando/ predictus eciam Nicolaus de Haholt plures homines sue generacionis preter iam dictos

homines iam per ipsum euocatos ac eorum filios et pueros nondum adultos, ymo in etate tenera constitutos, quibus iura in predictis castris, viflis et tenutis pertinere deberent atque prouenire non existere nobis requirentibus indicarant. Pro eo nos hiis perceptis, quamuis dis* cussionem ipsius cause preuia racione ad octauas diei cynerum tunc venturas inter partes differe voluissemus, tamen quia prefati Otyoz, Ladizlaus et Johannes filius Petri sua et predictorum Petri filii Johannis, Johannis filii Egidii et Stephani, fratrum suorum, instrumenta, vt pre^ fertur, erga predictam dominam haberi et eadem ab ipsa domina non aliter nisi per formam iuris se rehabere et vsque predictas octauas diei cynerum[1] terminos legitimos contra ipsam dominam complere non posse indicando, vlteriorem terminum pro rehabicione dictorum instrumento* rum per nos sibi dari postularant, ideo nos vna cum prelatis, baronibus regnique nostri proceribus iudiciario pro tribunali sedentibus ipsis partibus petentibus et benigne assumpmentibus, ipsam causam partes inter easdem ad octauas festi beati Georgii martiris tunc venturas sine cra* stinacione prorogantes commiseramus iudicando, quod preallegati *Otyoz*, Petrus filius Johannis ac filii Egidii et fifii Petri predicta eorum instru^ menta ab ipsa domina medio tempore repetendo rehabere,- si vero re^ habere non possent, extunc contra ipsam dominam terminos legitimos racione dictorum instrumentorum vsque predictas octauas iuxta regni consuetudinem complere et eadem instrumenta in eisdem octauis absque vlteriori dilacione et caucione aliquali adinuenta coram nobis ex* hibere tenerentur, si vero non exhiberent, extunc iuxta continencias preallegatorum instrumentorum per ipsos actores ac Nicolaum et Johannem exhibitorum in premissis inter easdem partes finem faceremus octauis in eisdem cessante omni prorogacione dictante iuris equitate. Demum vero ipsi nobiles in causam attracti ad dictas octauas sancti Georgii per prefatum dominum palatinum personaliter ac Nicolaum lit— teratum dictum Zeuke pro ipso woyuoda cum nostris litteris procura* toriis coram nobis et eciam coram domina regina genitrice nostra cui* dictam causam cum prelatis et baronibus nostris deliberare et diffinire commiseramus, vt est moris, legitime expectati non venerant nec mise* rant se nostris et reginalibus litteris mediantibus iudiciis onerari permit* tendo,- cumque nos petentibus dictis actoribus prenotatos nobiles iam dicta eorum instrumenta litteralia exhibituros ac de dictis iudiciis modo prehabito in ipsos agregatis satisfacturos contra eosdem actores ad oc= tauas diei medii quadragesime tunc venturas sine crastinacione nostram

[1] Slijedi precrtano: per nos.
[2] Umetnuto istom rukom iznad lintje.

in presenciam per nostrum et dicti conuentus Zaladensis homines euocarf et seriem dicte euocacionis ad easdem octauas per ipsum conuentum nobis rescribi commisissemus ipsisque nobilibus ad easdem octauas, vt littere ipsius conuentus decantabant, legitime euocatis eadem causa in^ ter partes diuersifnode ventilata presentes octauas festi purificacionis beate virginis modo dilatorio attigisset. Denique ipsis octauis instantibus interirhque prefato Emerico palatino et Stephano filio Petri de medio sublatis annotato Stephano woyuoda ex una, parte siquidem ab altera iamdictis Nicolao filio Nicolai, Johanne filio Mychaelis, Ladizlao filio Egidii ac Johanne filio Petri pro se personafiter, pro ipsis vero Otyoz et Johanne filio dicti Egidii, Petro de Takaach cum litteris procuratoriis dicti *conuentus* Zaladensis, pro ipso enim Petro filio Johannis, puero sine litteris procuratoriis, in presencia nostre celsitudinis comparentibus primo prelibatus Stephanus woyuoda tria priuilegia: vnum nostfum duobus sigillis nostris, vno in partibus Vzure furtim sublato et alio mo* derno vallatum, aliud vero domine Elizabet, pretacta gracia regine Vn^ garie, genitricis nostre karissime, predictum priuilegium nostrum trans^ scribens, tercium quoque serenissimi principis condam domini Stephani ducis Transsiluani, fratris nostri dilectissimi, idem priuilegium reginale transsumptiue in se habens, nostro offerre curauit examini iudiciario. In quo quidem priuilegio nostro anno domini MCCCL^{mo}, tercio kalendas nouembris, regni autem nostri anno nono confecto, tnter alia vidimus expresse contineri, quod *nos* consideratis et inspectis multiplicibus laude-dignis et fidelissimis seruiciis sincerissimisque complacenciis viri magni* fici condam Stephani tunc woyuode Transsiluani et comitis de Zonuk in eodem priuilegio licet non omnino tamen in parte seriatim conspectis, per eum locis et temporibus oportunis primum domino Karolo genitori nostro etpostmodum nostre maiestati inpensis de beneplacito consensu predictorum matris et fratris nostrorum ac de consilio prelatorum et baronum nostrorum prematuro castra nostra Oztrogou et Chaktornya vocata inter fluuios Draue et Mura existencia, que olym per Teutu* nicos Australes tempore condam domini Stephani regis Vngarie pie me^ morie, aui nostri karissimi, porencialiter occupata et vsque ad predicti patris nostri adepcionis sui regni gubernaculum detenta fuissent et de* mum ipso patre nostro predicti sui regni pleno feliciter adepto guber* naculo, quamuis idem karissimus pater noster iuxta suam voluntatem moto exercitu suo validissimo potencie sue viribus suis manibus eadem potuisset applicare, ne tamen inter Vngarie et Austrie christianissima regna indicibile necis periculum et sanguinis tamquam fluuialis invndacio oriretur per ipsum karissimum patrem nostrum solutis quatuor milibus

marcarum fini argenti pecunie quantitate, ad manus ipsius patris nostri deuoluta et per nos *vsque* tunc habita et possessa fuisset, de nostris regalibus manibus tanquam propria nostra cum eorum omnibus villis et ceteris quibusuis vtilitatibus et pertinenciis quouis nomine vocitatis ad dicta castra pertinentibus, prout ipsi duo fluuii Draua et Mura circumdant salua sollummodo possessione Johannis de Chuz ibidem ipsum contingenti remanente predicto Stephano woyuode et per eum Dio* nisio, tunc magistro agasonum nostrorum, Nicolao, Emerico, Stephano et Ladizlao, filiis suis eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis dedissemus et donassemus ea iuris integritate et plenitudinis quantitate quemadmodum apud regiam maiestatem permansissent et possessa ex^ titissent perpetuo et irreuocabiliter possidenda, tenenda et habenda. Ip^ sum enim priuilegium reginale anno ab incarnacione domini MCCCL^{mo} primo, sexto kalendas aprilis confectum[1], tenorem prescripti priuilegii nostri in se continens prefatam dominam matrem nostram voluntatem et consensum suum reginalem permissionemque sue reginalis auctoritatis donacioni predictorum castrorum et suarum pertinenciarum modo quo supra per nos ipsi woyuode €t eius natis facere atribuisse donasse et prebuisse, ymo in quantum sua iurisdiccio reginalis ad ea se extendisset sue perpetue donacionis titulo approbasse, ratificasse et ireuoca* bili federe eidem et per eum suis filiis predictis eorumque successoribus perpetuo contulisse enodabat. Tercium denique priuilegium, scilicet du* cis, anno in eodem, septimo kalendas aprilis, ducatus autem sui anno primo emanatum ipsum priuilegium maternum transscribens eundem dominum Stephanum ducem memoratam collacionem dictorum castrorum et villarum pertinencium ad eadem ipsi Stephano woyuode, vt predi^ citur, factam ducali auctoritate gratam habendo vtique et acceptam pre* missas litteras reginales tenores priuilegii nostri regalis in se continentes verbaliter dicto suo priuilegio redigi et sigillo suo autentico fecisse communiri declarabat. Tandem vero prenotatus Nicoiaus filius Nicolai pre^ dicta prius, vt prefertur, exhibita instrumenta videlicet octo priuilegia: vnum Endre et secundum Bele, condam illustrium regum Vngarie, pro^ genitorum nostrorum, in quo secundo tenores duarum litterarum vnius condam comitis Andre Vorosdensis nunc specietenus nobis exhibite et alterius comitis Lanchreti transscriptiue et confirmatiue habebantur,- ter* cium vero et quartum condam domini Stephani, filii regis Vngarie et ducis Stirie,* quintum autem et sextum P. episcopi ecclesie Wesprimi* ensis et R. bani Sclauonie,- septimum eciam Pauli episcopi eiusdem ec* clesie et Chaak bani/ octauum vero J. archiepiscopi Spalatensis,- ac sex

[1] Umetnuto istom rukom iznad linije,

litteras: quatuor prohibitorias, vnam Albensis, secundam Vesprimiensis capitulorum, terciam Nicolai et quartam alterius Nicolai Kont, condam palatinorum ac quintam eiusdem Nicofei palatini affirmatoriam et sex* tam domini Ladizlai ducis pridem palatini iudicialem, simul cum aliis viginti duabus litteris Stephani, Ladizlai et Andre, condam regum, con^ uentus et comitum Zaladensis, conuentuum de Chorna, de Noua curia, de Churgou et Symigiensi, Mathei condam palatini H. et Ponyt, olym banorum, condam dicti episcopi Wesprimiensis, capituli Budensis et alias, que non denotabant, a quibus eedem loquantur super donacionibus, empcionibus, inpignoracionibus, resignacionibus et perpetuacionibus ter* rarum et possessionum hominum generacionis dictorum nobilium inter Drauamurakwz existencium et actibus potenciariis ac diuersis factis et obligaminibus inter ipsos et per ipsos sibi inuicem modo in eisdem lit* teris plenius conscripto factis, habitis et iilatis confectas et quoad re* quisicionem predictam vires minime habentibus et pro eo presentibus non insertis nostrum produxit in conspectum. Quorum quidem priuile- giorum primum videlicet Endre regis, anno dominice incarnacionis M^mo^ ducentesimo XV^mo^ confectum, inter alia declarabat, quod ipse dominus Andre rex empcionem terre cuiusdam olym reginalis inter Drauam et Muram existentis, quam condam Salamon, magister tauarnicorum suo* rum, iniuste occupasset et ab eo aufferendo domineque regine resti- tuendo eadem regina Willermo, militi suo, pro suis seruiciis contulisset et tandem eam ab eodem Willermo Buzad comes de sua voluntate et consensu regio prd ducentis marcis nullo contradicente comparasset pro eodem Buzad et heredibus eius confirmasset. Ipsum vero priuilegium do- mini Bele regis, anno domini M^mo^ CC^mo^ L^mo^ sexto, octauo idus decem- bris, regni autem sui anno vicesimo secundo subortum, inter cetera per comitem Mychaelem, fratrem magistri Buzad bani, quatuor terras Co* mor sub una meta constitutas et duas terras Welyke eciam sub una meta existentes a Jurkone filio *Otyoz* bani pro concambio optentas, terram eciam Pyanchouch ac terram Bykunch comiti Lanchreto filio eiusdem Buzad bani et per ipsum Lanchretum terram Zumbathel Bela et Tornoua ipsi Mychaeli in formam concambii et pacis coram preli^ bato Andre comite Vorosdensi, cui dominus rex huic paci interesse iussisset modo et sub obligamine in eodem priuilegio contento datas fore denotabat. Tercium vero priuilegium, scilicet dicti domini Stephani ducis, anno domini MCCL^mo^ nono confectum, Chaak, magistro pincer^ narum suorum, pro suis seruiciis castrum Horyg et cum spectantibus ad Myltumberg et cum vilia Saxumfeld, prout Morsolphus de Treun ipsam possedisset cum vtilitatibus et pertinenciis in filios filiorum per-

petuo ipsum ducem contulisse declarabat,- aliud quoque priuilegium eiusdem ducis anno in eodem emanatum per eundem ducem duas ter^ ras Polonam videlicet et terram Nedelk et Zunk[1] sitas inter Drauam et Muram a iurisdiccione castri Zaladensis liberas et exemptas cum suis pertinenciis Lanchreto filio Buzad pro suis seruiciis sub metis in eodem priuilegio contentis perpetuo datas fore exprimebat, Tenor enim vnius dictorum priuilegiorum ipsorum P. episcopi et R. bani, anno do* mini MCCLX^{mo} quarto confecti, per eosdem episcopum et banum de regio mandato terram comitis Lanchreti ad viliam Zumbathel pertinen^ tem, ne per suos vicinos et commetaneos occasione metarum impete* retur per metas in eodem conscriptas distinctam extitisse,- alterius vero series in Prelak, tercia feria post festum sancti Nicolai, sine anno, ema* nati, eosdem episcopum et banum de regio mandato comiti Lanchreto in concambium terre sue quam rex hospitibus suis de Prelaak fecisset asignari terram Polona quinque aratrorum Elye filii Laurencii sine he* rede decessi/ item terram duorum aratrorum Laurencii filii Myrk ioba* gionis castri Zaladensis, que ville Zumbathel a parte orientis contigua* retur sub metis in eodem contentis statuisse enodabat. Ipsum autem priuitegium annotatorum Pauli episcopi et Chaak bani, anno domini MCCLX^{mo} quinto, sexta feria proxima post octauas penthecostes sub* ortum, eosdem episcopum et banum de mandato B. regis particulam terre comitis Lanchreti a vilia sua Zumbathel receptam et hospitibus de villa Prelaak asignatam nullo contradicente certis metis ipso priui- legio insertis distingendo restituisse explanabat. Pretactum denique pri= uilegium ipsius archiepiscopi Spalatensis, anno domini MCCLX^{mo} oc- tauo confectum, continebat, quod ipse archiepiscopus id volluisset et concessisset, vt si moreretur, tunc terra octo aratrorum Polona vocata comitis Lanchreti, fratris sui, sita inter Drauam et Muram sibi quoad vitam possidere donata cum vniuersis edificiis et augmentis in eadem per ipsum factis ad manus dicti Lanchreti non obstante cuiuslibet con* tradiccione deuolueretur. In prefata quoque littera affirmatoria habebatur, quod in congregacione ipsius Nicolai palatini vniuersitati nobilium co* mitatus Zaladensis feria secunda proxima ante festum beatorum Sy- monis et Jude apostolorum, anno domini MCCCL^{mo} primo preteritum, prope villam Kedhyda celebrata, vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores dicti comitatus ad requisicionem palatinalem ad eorum fidem deo debitam fidelitatemque nobis et sacre corone nostre conseruandam pro dicenda veritate et iusticia obseruanda tacto viuifice crucis ligno prestitam cum vniuersis nobilibus dicti comitatus castrum Chaaktornya

* Dolje: Zank.

vocatum inter fluuios Drava et Mura existens cum omnibus suis per~
tinenciis Johanni filio Nicolai de Haholt, alteri Johanni filio Egidii ac
Petro filio Chaak de Chan hereditario iure pertinere vnanimiter affiiv
massent. Preterea tres dictarum litterarum prohibicionalium scilicet ip*
sius Nicolai palatini in eadem congregacione ac dicti capituli Albensis
feria tercia proxima ante pctauas beatorum Petri et Pauli apostolorum
ac ipsius capituli Wesprimiensis in ipsis octauis, anno in eodem, quarta
autem ipsius Nicolai Kont palatini in congregacione sua nobilibus dicti
comitatus feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli, anno
domini MCCCL^{mo} octauo prope villam Mandhyda celebrata confecte
primo coram ipsis capitulis per Laurencium filium Herbordi de Fdlkus
% sua ac Nicolai filii Nicolai fratris sui filiorumque suorum ymo et to*
cius generacionis sue in personis nos a donacione et perpetuacione pos~
sessionis Zombathel cum sedecim villis ad se pertinentibus inter Dra-
uam et Muram in vicinitate possessionis Perlek<!> in comitatu Zaladensi
existentis sub nomine possessionis hominis sine herede decessi> Stepha*
num vero tunc banum Sclauonie ab occupacione, recepcione et se ad
easdem intromissione, demum vero in dicta priori congregacione per
ipsos Laurencium et Nicolaum filium Nicolai, eundem Stephanum ba*
num ab occupacione et perpetuacione possessionis eorum Zombathel
et pertinencium ad eandem,- quarto siquidem in prenotata congregacione
ipsius Nicolai Kont palatini per eosdem Laurencium et Nicolaum ma*
gistros Dionisium, Nicolaum et Emericum filios Stephani bani filii Lachk
ab ulteriori detencione et percepcione possessionum ipsorum Zomba^
thel, Lanchrettornya, Kedhel, Tornoua, Polena<!>, Nedelk et Zauk vo=*
catarum nec non possessionum condam Tristiani prohibitos fore. Ipsa
vero littera iudicialis Nicolaum condam woyuodam Transsiluanum,
Emericum, Croacie et Dalmacie banum et Stephanum comitem Sicu^
lorum, filios condam Stephani bani, super facto castri Paradych et alio
nomine Chaktornya vocati et possessionum Lanchrettornya, Terestyen^
tornya et Buzadtornya cum suis pertinenciis, quas per ipsos in congre^
gacione ipsius domini Ladizlai palatini nobilibus dicti comitatus in festo
beati Georgii martiris prope villam Mandhyda, anno domini MCCCLX^{mo}
octauo celebrata, Nicoiaus filius Nicolai de Haholt, Jacobus filius Lau^
rencii filii Herbordi, Johannes et Ladizlaus, filii Egidii de Chan, omni
iure eis pertinentes ocupatas fore proposuissent ad eandem congrega-
cionem non veniendo nec mittendo se in iudiciis conuinci permisisse
denotabant. Tandem autem prelibatus Johannes fiiius Mychaelis pre^
dictis prius exhibitis instrumentis quasdam sex litteras: duas domini
Andre condam regis, quarum vna anno domini MCC^{mo} nonagesimo

secundo confecta tenorem priuilegii dicti domini Stephani ducis confirmatiue in se continebat,- terciam C. regis Rutenorum et ducis Scfa* uonie, quartam conuentus Zaladensis priuilegiales, quintam vero prefati condam domini Ladizlai regis patentem, sextam autem sine nomine cuius sit, curauit exhibere. In quo quidem priuilegio ipsius domini Stephani ducis, dicto priuilegio prefati domini Andre regis conscripto anno do^ mini MCCL^{mo} nono emanato per ipsum Stephanum ducem comiti Ponyth filio Arnoldi pro suis seruiciis duas terras inter Drauam et Muram cxistentes, vnam scilicet castri Zaladensis ad quinque aratra sufficientem cum nemore Zomor vocato, quam aqua Mura ex una parte et aqua Byztrich circumdant ex altera et alia terra cuiusdam iobagionis castri Zaladensis nomine Crisaneh sine herede decessi a iurisdiccione dicti castri liberas et exemptas cum suis vtilitatibus et pertinenciis in suos posteros possidere perpetuo collatas fore exprimebat. Ipsum autem pri= uilegium C, regis et ducis sine data et anno subortum, inter Arnold, Clete et Ponyt condam predia ipsorum ibi nominata modo in eodem priuilegio contento diuisa fuisse declarabat, Tercia quoque littera titulo nominis cuius sit carens anno domini MCCLXX^{mo} septimo in Zyncha in vigilia beati Jacobi apostoli emanata magistrum Haholdum pro Keled filio Keled id, vt Nicolaus filius Arnoldi eundem comitem Keled in possessione sua Nychk bonis omnibus spoliasset dampna multa eidem inferendo protestasse,- ac quarta littera scilicet dicti domini Ladizlai regis in Mezadou in festo sancti regis Stephani sine anno emanata D. cpiscopum Jauriensem ex commissione dicti domini Ladizlai regis id, quod Nicolaus filius Arnoldi possessionem Nychk Keled filii Keled[1] omnibus bonis spoliasset dampna enormia in eadem comittendo et quod castellum dicti Keled ibidem constructum hostiliter occupatum detineret sibi euidenter constitisse rescripsisse explanabat. Quinta enim littera videlicet ipsius domini Andre regis priuilegialiter anno domini MCC^{m0} nonagesimo secundo, sexto idus iunii, regni autem sui anno secundo confecta per Arnoldum filium Arnoldi de genere Buzad possessionem suam empticiam Morfartfeulde vocatam inter fluuios Draua et Mura existentem cum suis pertinenciis Jacobo filio Ponyt in forma concordie propter dileccionem cognacionis perpetuo sub expeditoria caucione da* tam fore denotabat. Priuilegium enim dicti conuentus Zaladensis anno <Iominice incarnacionis MCC^{mo} octuagesimo primo emanatum Nicolaum et Buzad filios Chak bani villam eorum Morfartfalua vocatam in^ ter Dramurakuz existentem Nicolao filio Arnoldi cuius prius eadem fuisset perpetuo contulisse ex racionibus ac modo in eodem priuilegio

[1] Pisano dva puta, pak točkama izostavljeno.

contento decantabat. Quorum omnium instrumentorum reuisis continen-
ciis iamdicti Ladizlaus filius Egidii et Johannes filius Petri et Petrus procurator suis et dictorum aliorum quorum existunt in personis alle* garunt tali modo, quod ipsi annotata eorum instrumenta ab ipsa domina rehabere et contra eandem dominam fegitimos terminos et iudiciarios processus aliis eorum negociis occupati complere nequiuissent et ob hoc nulla instrumenta valerent exhibere,- predictis eciam aliis eorum fratribus requisitis se plura instrumenta preter preexhibita nec nunc nec in futurum exhibere posse referentibus. Hiis itaque perceptis cum no^ stra serenitas eosdem nobiles eo, quod ipsi eorum predecessores ho* mines advenas fore dicebant nostro in regno super eo, quod iure et titulo dicta castra et ville eis attinuerint et attinere deberent ac quo tempore vel quomodo et qualiter domynium dictorum castrorum et *viU* larum eorum predecessores introierint aut de eorundem domynio quando et per quem exclusi fuerint requisitos habuisset, mox iidem nobiles eo^ rum predecessores in domynio ipsorum castrorum et viflarum tempore diutino legitime pacifice perstitisse et eadem tamquam ius proprium possedisse, postmodum autem per Teutunicorum potenciam de eisdem eiectos fuisse et sic tandem eadem ad regias manus recuperata et de^ uoluta fore affirmarunt. Partibus siquidem pretactis in premissis sibi vtrin^ que<!> iuxta preexhibitorum instrumentorum series et vigores ipsiusque cause processum iuris medelam per nos inpartiri deprecantibus, quam^ quam nobiles prefati eorum predecessores quasdam terras et possessiones pro eorum seruiciis ac precio et aliis titulis preasumptis inter ipsos flu-
uios Draue et Mura vt pretitulatur, optinuisse et inter se diuisisse et multipharie distraxisse prenotatis instrumentis, vt prescribitur, declara-
uerint, plura instrumenta se facto in eodem exhibere non posse asse-
rendo, tamen, quia ipsi, vt prefertur, per nos iuridice vicibus iteratis requisiti se in domynio dictorum castrorum et villarum nunquam extU tisse oretenus affirmantes, solum eorum predecessores in eorundem do* mynio legitime fuisse et demum per potenciam extraneam Austrie de ipsorum domynio exclusos et sic in manus regias postmodum deuoluta fore verbis simplicibus referebant in factoque donacionis, statucionis, alienacionis, occupacionis et detencionis eorundem temporibus earundem nullas inquisiciones, prohibiciones, protestaciones uei litis mociones aut querimonias ante tempus dicte collacionis de eisdem ipsi condam Ste~ phano woyuode et eius natis modo prehabito per nos facte requisiti se fecisse indicabant, nisi a tempore ipsius collacionis de eadem, vt pre^ scribitur, mencionem fecisse reperiebantur, ipsa vero castra cum villis ad ea spectantibus erga manus plurimorum regum Vngarie progenitorum

nostrorum et postremo nostras tempore diutino, scilicet vltra legitimum prescripcionis tcmpus triginta duorum annorum extitisse et tenuisse ac de manibus regiis in concambium condam magistro Donch de Lyptou asignata et alienata ac demum iterato in easdem regias manus deuo^ luta fore mcmoriter recolebantur ipsi quoque nobiles nulla valida et vigorosa instrumenta in facto principalis donacionis ac statucionis dic^ torum casrrorum et villarum producere valuerunt, consuetudinaria eciam et approbata lege regni nostri dictante nobiles et alterius status regni nostri incole iura possessionaria ab eis uel eorum predecessoribus alie^ nata transacto tempore ipsius legitime prescripcionis triginta duorum annorum, nisi infra idem tempus fecerint de eisdem mencionem, ad re= quirendum non admittuntur, set pacifici possessores eorundem perpetue possidere conceduntur. Pro eo vna cum serenissimis principissis, geni* trice prefata et consorte nostris karissimis, venerabilibusque in Christo patribus dominis Johanne episcopo Jauriensi, postulato in archiepiscopum Strigonicnsem, Valentino Quinqueecclesiensi et Demetrio Transsiluano episcopis ac viris magnificis Nicolao de Gara, regni nostri palatino, comite Jacobo de Scepus, iudice curie nostre, Petro Zudor, regni Scla^ uonie et Nicolao de Zeech condam banis nec non Georgio Bubeck, magistro tauarnicorum reginalium, Paulo de Lyzkou, magistro dapife* rorum nostrorum ac Nicolao filio Nicolai, ianitorum reginalium magi- stro et quampluribus aliis regni nostri militibus et nobilibus iudiciario pro tribunali nobiscum adherentibus premissis omnibus suo modo et se^ riatim diligenter premetitis et consideratis nolentes id suffere ymo nec valentes, vt iura regnicolarum nostrorum per huiusmodi iniquas, sub- paliatas et occultas attestaciones, prohibiciones, inquisiciones et protes^ taciones callidosas ac in contemptum nostri regii regiminis facere pro=» curatas periclitentur et vacillent, set pocius pena eorundem quoslibet alios a tante nequicie et calliditatis precogitacione retrahat, euanescat et subticescat, predicta duo castra Oztrogou et Chaktornya appellata cum omnibus villis et quibuslibet aliis ad eadem spectantibus et quouis modo vocitatis vniuersisque eorum vtilitatibus sub suis veris metis et antiquis secundum formam premisse nostre collacionis prioris iam dicto Stephano woyuode et suis fratribus eorumque heredibus et successo^ ribus vniuersis in perpetuum possidere, tenere pariter et habere ex causis racionabilibus preallegatis adiudicantes et committentes prenominatos Nicolaum filium Nicolai, Johannem filium Mychaeiis, Otyuz ac Ladiz- laum et Johannem filios Egidii, Johannem filium Petri ac Petrum filium Johannis pro huiusmodi indebita et iniqua eorundem castrorum et viU

larum in ipsorum tus conuerti anhelacione in valore estimacionis eo^ rundem de iure et ex racione sufficienti relinquimus et commisimus conuictos extitisse auctoritate regalis sentencie presencium patrocinio mediante, perpetuum silencium ipsis inponendo de eisdem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem woyuode et eius fratribus concessimus litteras nostras priuilegiales pendentes et autentici sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus prefati domini Valentini episcopi, doctoris decretorum, aule nostre vicecancelarii, fidelis nostri et dilecti, Bude vigesimo die octauarum festi purificacionis beaie virginis predictarum, anno domini MCCC[mo] sep^ tuagesimo sexto, regni autem nostri anno tricesimo quinto.

Est sigillatum presentibtis Ladislao episcopo Vesprimiensi et Georgio Bubeek.

Izvornik na pergameni u ug. drz. arhivu u Budimpesti: M. O. D. L. no. 73.j stara signatura.- N. R. A. fasc. 5&- tto. 45-

Na fistini visi o svifenoj vrpci crvene, 3ijefe i zefene 3oje voščani, sasvim istroseni pečat.

Wenczef: Cod. dipf Arp. cont. XI. p. 428—9. podg. 1256.j p. 462—3. podg. 1259. djefomičnoj 13. p. 533-5- podg. 1264.j 13. XII. p. 222-3. za g. 1277. 24.jufaj gf. Cod. dipf. T. V. 3r. 555, 22-23j 3r. 659, 142j 3r. 815, 533-535,- T. VI. 3r. 187, 214-215.

Kufiujević Reg. no. 712. donosi regest za g. 1256. j no. 784-7^6. donosi reg. za g. 1259. j no. 1514, za g. 1259.

136.

1376. 17. marta. <U Pozegi).

Precf Baptofom požešfiim zafaže Gojsfav Pavfov iz DoBrefcuće pofovicu posjecfa Harejovac u VrBashoj zupaniji.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod cum nos ad petitionem Goyzlow filii Pauli de Dobrakwghia et nobilis domine Gyufa vocate, consortis sue, ac Ladislai, filii ipsorum, per specialem hominem eorum a nobis factam ad audiendas assertiones ipsorum, domumque nobis referendum tres ex nobis discretcs viros magistros Dyonisium, Paulum et Johannem iuniorem, socios ac concanonicos nostros, sabbato proxime preterito, in predictam Dobrakwghia transmisissemus, tandem iidem fratres nostri ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idern Goyzlow, eger corpore,

sanus mente, et prefata domina Gyula ac Ladislaus, filius eorum, ibi* dem coram ipsis scilicet fratribus nosrris, verbis ac nominibus suis ac Gregorii, similiter filii eiusdem Goyzlow, confessi fuissent oraculo vive vocis, quod ipsi equalem medietatem totalis eiusdem possessionis Ha* reyouch vocate, in comitatu de Orbaz existentis, a Demetrio filio Endre, fratre Vcalen pugilis, per modum emptionis ipsis deventam, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis, quovis nomine censeantur, magistro Stephano, filio condam magistri Pauli fiiii Laurenti de Pukwr, pro trecentis marcis promptorum bonorum denariorum regalium com^ poti de dicta Orbaz, ab eodem plene, ut dixtssent, receptis pignori ob^ ligassent tali modo, quod quandocunque amodo et deinceps, scilicet ab emanatione presentium, dictam medietatem possessionis Hareyouch an- redicte redimere poterint seu voluerint, pro predicta pecunia absque aliquo gravamine, coram nobis redimendi liberam habebunt facultatem. Datum feria secunda proxima post dominicam oculi, anno domini mil- Jesimo CCC° LXX° sexto.

TBaffoczy—Horvath Afso Szfavoniai Okmanytar no 54., p. 86.

137.

1376. 17. martii. U Pagu. <In Pago).

Rastinja Krefjčić i Lutinja Udrivošić Pažani prodaju Mihajfu . Pechiaru Zadraninu svoje sofane u Pagu uz oBičajne usfove.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, indicione quarta decima, die lune, decimo septimo mensis marcii,- regnante serenissimo principe dotnino nostro naturali domino Ludouico, dei gracia rege Vngarie, Polonie et Dalmacie ac illustro <!>principe et domino domino Karullo de Duracio, inclito Dalmacie et Crouacie duce temporeque reuerendi patris domini fratris Dominici, Jadrensis archiepiscopi et nobillis viri domini Georgii de Georgiis, comitis Pagi, Rastigna Creyl^ich et Lutigna Vdriuosich Pagienses stipulacione solepni et sine aliqua excepcione iuris uel facti, hoc instrumento vendicionis im presenti iuris proprii et ad proprium atque im perpetuum per se eorumque heredes et successores dederunt, tradiderunt atque vendiderunt nobilli viro ser Michaeli de Pechiaro, ciui Jadre, pro se suisque heredibus et successoribus ementi et recipi- enti/ videlicet dictus Rastigna duas suas salinas cum slibis, quasillis et

ptallis et omnibus aliis suis iuribus et pertinenciis pro indiuissis inter dictos venditores atque cum vna salina et suis pertinenciis Qerncht Perstacich de Pago posita in valle Pagi, in confinio ecclesie sancti Michaelis in loco vbi dicitur Jesero,- quarum omnium quatuor salk narum cum suis pertinenciis hii sunt confines: de austro et trauerssa sunt saline antedicti ser Michaelis emptoris, de quirina salina heredis condam Disigne Domianich et de borea potoch et si qui alii essent veriores confines, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis vsque in viam publicam et cum omnibus et singulis supra se ac infra seu intra se habitis et habendis, omnique iure et ac^ tione, vsu seu requisicione reali et personali, vtili et directo, tacito et expresso dictis venditoribus ex dictis salinis aut ipsis salinis venditis modo aliquo pertinentibus uel expectantibus, de iure uel de facto, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, allienandum, permutandum, pro anima et corpore iudicandum et quitquid dicto em^ ptori suisque heredibus et successoribus de ipsis salinis emptis cum suis pertinenciis deinceps placuerit perpetuo faciendum tamquam de sua re propria in integrum,- et hoc vendidit dictus Rasrigna ipsas duas salinas suas pro precio et nomine precii librarum centum quinquaginta paruorum et dictus Lutigna venditit ipsam suam salinam pro precio et nomine precii librarum septuaginta quinque paruorum ,• quos uero omnes denarios predicti venditores fuerunt confessi et contenti, videlicet quU libet partem suam habuisse et recepisse ab antedicto ser Michaele emptore sine aliqua diminucione. Quas quidem salinas venditas dicti venditores, videlicet dictus Rastigna ipsas duas suas salinas venditas et ipse Lutigna ipsam suam salinam venditam se nomine dicti emptoris constituerunt possidere, donec ipsarum salinarum cum suis pertinenciis- dictus emptor possessionem et tenutam acceperit corporalem, quam accipiendi et in se retinendi sua propria auctoritate eidem emptori su^ isque heredibus et successoribus licenciam intrandi deinceps omnimode conrullerunt atque dederunt,- promitentesque prefati venditores videlicet dictus Rastigna predictas duas suas salinas cum suis pertinenciis et dictus

Lutigna ipsam suam salinam eciam cum suis pertinenciis venditis per se eorumque heredes et successores solepniter se obligantes eidem ser Michaeli emptori pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti in iure ab omni quoque persona et vniuersitate tam ecclesiastica quam- seculari legitime semperque deffendere, guarentare, auctoricare, exca- lumpniare et disbrigare et nullo tempore litem aliquam aut questionem seu controuersiam predictorum occasione facere uel mouere nec alicui inferenti conscentire, set predictam vendicionem et omnia et singula ni

hoc instrumento contenta et expressa perpetuo firmam et firma ac rata habere atque tenere, attendere, adimplere et firmiter obseruare et non contrafacere vel venire per se nec per alios siue alium, modo aliquo, ingenio siue causa, de iure uel de facto, sub pena quarti valoris seu extimacionis ipsarum cum suis pertinenciis venditarum, vt pro tempore plus valuerint et forent meliorate, stipulacione promissa et sub reffec^ cione dampnorum omnium et expensarum ac cuiuslibet interresse litis et extra, cum obligacione omnium suorum bonorum mobilium et sta^ bilium, presencium et futurorum/ et pena soluta uei non, nichilominus predicta omnia et singula firma perdurent,- excepcioni non facte dicte vendicionis, promissionis et obligacionis et non habitorum et non re- ceptorum dictorum denariorum ob dictam causam, speique future nu* meracionis, doli mali, in factum actioni, sine causa condicioni uel ex iniuxta <!> causa omnique alio eorum iure canonico et ciuilli ac legum auxilio et sratutorum subfragio omnimode expresse renunciantes. Actum in Pago, presens ser Jacobo de Liubaucis et ser Choxa condam ser Mathei de Begna, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

Ego[1] Georgius de Georgiis comes Pagi manum missi.

Ego Johannes de Bruno, ciuis Tergesti, imperiali auctoritate no* tarius et ciuitatis Jadre iuratus atque can^ellarius Pagi per dominium prefate ciuitatis constitutus predictis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi. *CSignum notj.*

Izvomifi na pergameni u ar&ivu tfugosfav. afiađemije: Dipfomata a. /375-

138.

1376. 26. marta. U Pagu <In Pago>,

Crnfto Prstačić iz Paga prodaje jednu svoju sofanu Mifiajfu de PecSiaro za 75 fibra uz oBičajne usfove.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, indiccione quarta decima, die mercurii[2], vigesimo sexto mensis marcii,- regnante serenissimo principe domino nostro naturali domino Lodouico, dei gracia rege Vngarie, Polonie et Dalmacie ac illustro </> principe et domino domino Karullo de Duracio, inclito Dalmacie et Crouacie duce temporeque reuerendi patris domini

[1] Drugi rukopis,
[2] Pisano mercurey.

fratris Dominici, Jadrensis archiepiscopi et nobillis viri domini Georgii
de Georgiis, comitis Pagi. Qernchus Perstacich de Pago stipufacione
solepni et sine aliqua excepcione iuris uel facti hoc instrumento ven-
dicionis im <!> presenti iuris proprii et ad proprium atque im perpetuum
per se suosque heredes et successores dedit, tradidit atque vendidit
nobilii viro ser Choxe condam serMathei de.Begna, ciui Jadre, ementt
et recipienri vice et nomine nobilis viri ser Michaetis de Pechiaro^
eciam ciuis Jadre, eiusque heredum et successorum vnam suam satinam
cum slibis, quasiflis et ptallis et omnibus alliis suis iuribus et pertU
nenciis positam in valle Pagi in confinio ecclesie sancti Michaelis in
loco vbi dicitur Jesero pro indiuissis cum aliis tribus salinis et earum
pertinenciis ipsius ser Michaelis emptis a Rastigna Creylcich et Lu^
tigna Vdriuosich Pagiensibus,- quorum omnium quatuor salinarum hii *dW*
cuntur esse confines: de austro et trauerssa sunt saline ipsius ser Mi^
chaelis emptoris, de quirina saline heredum condam Disigne Domianigh
et de borea potoch et si qui alii sunt confmes, cum superioribus et
inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis vsque in viam pu^
blicam et cum omnibus et singulis supra se ac infra seu intra se
habitis et habendis omnique iure et actione, vssu seu requisicione reali
et personali, vtiili et directo, tacito et expresso dicto venditori ex dicta
salina aut ipsi salinis venditis modo aliquo pertinente uel expectante
de iure uel de facto ad habendum, tenendum, possidendum, vendendunv
donandum, allienandum, permutandum, pro anima et corpore iudicandum
et quitquid dicto emptori de dicta salina empta cum suis pertinenciis
deinceps placuerit perpetuo faciendum in integrum, tanquam de sua re
propria,- et hoc pro precio et nomine precii librarum septuaginta quin**
que paruorum, quos denarios dictus venditor fuit confessus et con*
tentus habuisse et recepisse ab antedicto ser Choxa dante et soluente
vice et nomine antedicti ser Michaelis emptoris, cum denariis ipsius
ser Michaelis sine aliqua diminucione. Quam quidem salinam venditam
cum suis pertinenciis dictus venditor se nomine dicti emptoris con*
stituit possidere, donec ipsius saline cum suis pertinenciis tenutam et
possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi et in se retinendi
sua propria auctoritate licenciam intrandi deinceps omnimode contulit
atque dedit/ promitensque nominatus venditor per se suosque.heredes
et successores solepniter se obligando eidem ser Choxe nomine ante^
dicti ser Michaelis emptoris eiusque heredum et successorum stipulanti
supradictam salinam sibi venditam cum omnibus suis iuribus et perti-
nenciis in iure ab omni quoque persona et vniuersitate tam eccIesU
astica quam seculari legitime semperque deffendere, guarentare, exca-

lumpniare, auctori^are et disbrigare et nullo tempore litem aliquam aut questionem seu controuersiam predictorum occasione facere uel mouere nec alicui inferenti conscentire, set predictam vendicionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta et expressa perpetuo firmam et firma ac rata habere atque tenere, attendere, adimplere et firmiter ob* seruare et non contrafacere uel venire per se nec per alium siue alios modo aliquo, ingenio siue causa, de iure uel de facto, sub pena quarti valoris seu extimacionis supradicte saline vendite cum suis pertinenciis, vt pro tempore plus valuerit et foret meliorata stipulacione promissa et sub reffectione dampnorum omnium et expensarum ac cuiuslibet in^ teresse litis et extra, cum obligacione omnium suorum bonorum presen^ cium et futurorum,- excepcioni non facte dicte vendicionis, promis^ sionis et obligacionis et non habitorum et non receptorum dictorum denariorum ob dictam causam speique future numeracionis, doli mali, in factum accioni, sine causa condicioni uel ex iniuxta causa omnique alio suo iure canonico et ciuilli ac legum auxillio et statutorum sub- fragio omnimode expresse renuncians, Actum in Pago, presens ser Natalinus de Zadulinis, ser Tauro Lapi de Florencia, officiale salis camere in Pago et Bellota Lagina de Pago, testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis.

Ego[1] Georgius de Georgiis comes Pagi manum missi.

Ego Johannes de Bruno, ciuis Tergesti, imperiali auctoritate no* tarius et ciuitatis Jadre iuratus atque cancellarius Pagi per dominium prefate ciuitatis constitutus predictis omnibus interfui et rogatus scri* bere scripsi. *CSignum notj.*

Izvornik na pergameni u arfiivu tfugosfav, akađemije u "ZagreBu. Dipfomata a. 13J6.

139.

1376. 6. aprila. U Budimu (Bude).

Ljudevit krafj ugarski i BrvatsRi nareduje gradovima Dafmacije da spreme fadu za pnjevoz Karfa Dračfioga i njegove žene Margarete.

Ludovicus etc. fidelibus suis vniuersis et singulis ciuibus, hospi* tibus, terrigenis, habitatoribus et incolis et alterius cuiusvis status hd- minibus in ciuitatibus nostris Jadera, Tragurio, Spalato, Sibinico et

[1] Drugi rukopis.

aliis nostris insulis regni Dalmatiae et earum pertmentiis residentibus et constitutis, ad quos presentes peruenerint salutem et gratiam. Cum nos serenissimum principem dominum Karolum de Duracio, fratrem nostrum karissimum et incliram dominam Margaritam eius vxorem ver^ sus ipsorum patriam remittere intendimus et volumus, vniuersitatis vestre fidelitati precipiendo mandamus quatenus statim visis presentibus vnam galeam ad transfretationem dispositam et ceteris nauigabilibus fulcitam promptuetis ipsamque promptuatam infra octauam sancti Ge^ orgii martyris proxime futuri in portum nostrum Jadrensem conducatis et statuatis sine dilatione quacunque. Secus facere non ausuri nostre dilectionis obtentu. Datum Bude in dominica ramis palmarum, anno domini MCCC LXXVI.

Lucius: Memorie di Traii pag. 3o3.
7ejee. Codex Dipf. Reg. Huttg. T. IJC. v. V. pag. /o/.

140.

1376. 1. maja, <U KoprivniciX

Koprivničfta općina donosi statut da će ona odgovarati za sfucaj afco njezin građanin u oBfasti grada uBije Hojega stranca Braneci seBe ifi svoju sfoBodu.

Nos Stephanus tudex, iurati iudices et vniuersi ciues de Kaproncha vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Quemadmodum luna ceteris stellis est lucidior et radius solaris omni luciditate fulgencior, qui quidem per ethereani igneam et aeream regionem ad aspec^ tum nostrum descendens in corpora subtilia, subtifiora, subtilissima copiose, coyiosius, copiosissime se despargit, sic sol intelligencie scilicet deus per intellectuales ordines videlicet angelos et graduales illumi<na>-ciones nostris intellectibus condescendens differentes intellectus diffe^ renter illuminat et . . . . <c>laritudini secundum ipsorum exigenciam configuratur. Nos enim scientes, quod honor regis iudicium diligit, quia iusticia et iudicium sunt preparacio sedis eius, non autem volumus naturale iugum proicere et vinculum dirumpere racionis, quemadmodum optaremus superiores nobiscum vivere, ita debemus circa iusti^ ciam cum inferioribus nos habere, nec innocentes sociorum nostrorum iura negligimus, qui nostra negligi non vellemus. Hinc est quod quia modernis temporibus intra metas nostre ciuitatis et extra contra

nostra iura et libertates per nostros commetaneos sicut castellanos et alios quoslibet fomite spiritus apostatici inflammatos captiuitatibus per* sonarum nostrarum et rerum quarumlibet a nobis inocenter ablacione vltra modum quem effari posset agrauamur et angariamur, cum vni= uersa communitate simul sedendo prouidenti et maturo consilio preha* b\to hanc condecentem et iustam constitucionem ac ordinacionem per nos et nostros heredes ac successores perpetuo irrefragabiliter obser^ uandam duximus esse sanccitam et confirmatam, videlicet vt quicunque €x nobis hominem extraneum super se iniuste irrurrentem <!) et inpe* dientem intra metas ciuitatis vel alias vbilibet arripere poterit et ipsum captiuare uolendo casualiter inrerfecerit, pro tali facto et homicidio non possit perire de ciuitate, ymmo ad qualecunque onus vel grauamen talis interfector pro tali effectu homicidii incideret hoc tota communitas tenebitur propriis suis laboribus et expensis supportare. In quorum premissorum testimonium firmitatemque perpetuam presentibus sigiiium no^ strum autenticum duximus appendendum. Datum in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} sexto.

Izvornifi na pergameni u kr. zem. arfiivu u %agreBu: Doc. među aevi a. J376.

Na Cistini visi crvenfiasta бoncana vrpca Bez pečata.

141.

1376. 3. maja. <U Čazmi).

Pred kaptofom čazmansfiim odriču se Nifiofa Stfepanov i njegov sin TaBijan prava na posjede Raven i Zfonin u fiorist Jvana Ta= Bijanovog, njegove zene i nasfjednifca.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris saiutem in omnium saluatote. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus perue^ nire, quod Nicolaus filius Stephani de Stephanoch et Fabianus filius eiusdem a parte vna, ab altera autem magister Johannes litteratus filius Fabiani de Sydyna, gener Pauli filius Jacobi de Rauen tam pro se quam pro nobili domina Margaretha vocata, consorte sua, filia videlicet ipsius Pauli filii Jacobi, coram nobis personaliter constituti per easdem partes confessum extitit ministerio viue uocis pariter et relatum, quod Jicet inter ipsos lis discordie, rancor inuidie, fomes et odium super quibusdam factis suscitati fuerint et diucius ventillati, tamen ipsi per

ordinacionem proborum et nobilium virorum pacem parcium zelanciunv ut omnis litis materia, liuoris malicia et rancoris materia de medio eorum penitus exstirpetur et euelletur ipsique et eorum heredes in per^ petue pacis tranquilitate valeant permanere, super omnibus causis in* frascriptis concordassent et concordarunt coram nobis tali modo, quod prefati Nicolaus filius Stephani et Fabianus filius eiusdem in posses^ sione Rauen in comitatu Crisiensi existenti et suarum pertinenciarum quarumlibet iuxta cursus suos metales primeuos videlicet et antiquos- in litteris capituli Zagrabiensis in anno domini M° CCC° XL nono per manus magistri Mychaelis lectoris Zagrabiensis emanatis conti^ nentes, predecessores ipsorum et per consequens ipsi nullum ius habu* issent neque se habere sperarent in futurum, ymo si in quantum factum ipsius possessiohis Rauen totaliter dependenti ipsos tangeret vel posset tangere in futurum quoquo modo vel qualitercunque ipsis magistro Jo^ hanni et domine consorti ac heredibus suis vniuersis consensissent, ymo eandem possessionem Rauen cum omni plenitudine suarum tenu^ tarum sub metis in dicto priuilegio habitis consenserunt coram nobis, nil iuris nilue proprietatis et dominii vlterius pro se reseruantes sed totum ius eiusdem in ipsos magistrum Johannem, dominam consortem et heredes suos vniuersos perpetuo transferendo. Item possessionem Zlonyn, videlicet totam porcionem condam Jaxa bani prothaui ipsorum in comitatu Crisiensi iuxta possessionem Vrboch vocatam existentem cum omnibus suis vtilitatibus, iure hereditario et empcionali titulis aut alia arte ipsis pertinentem et pertinere debentem in futurum, habitis- prius ab ipso magistro Johanne centum marcis denariorum, vt asseru^ erunt, coram nobis ipsis persolutis, prefati Nicolaus et Fabianus ipsis magistro Johanni, domine consorti et heredibus suis vniuersis necnon. eciam illis hominibus quibuspiam eandem possessionem . Zlonyn iuxta» cursus antiquarum metarum suarum in vita vel in morte concambialiter vel alio quouis modo traderent et assignarent, tradidissent et assignas^ sent, ymo perpetuarunt iure perpetuo tenendam pariter et habendam' nil iuris pro se vendicantes et eorum heredibus nascituris de eadem. Insuper assumpmentes et promittentes, ut si amodo et deinceps parti* culam vel particulas in eadem possessione Rauen a filiis Pauli, fratribus- videlicet vterinis consortis ipsius magistri Johannis litterati absque spe* ciali permissione eorundem magistri Johannis litterati, domine consortis et heredum suorum empticionali vel impignoraticio titulis aut alio< quouis modo reciperent vel obtinerent et mediante ammonicione vnius iudicis nobilium comitatus Crisiensis ipsis fienda easdem terre parnV culas non resignarent prefatis magistro Johanni, domine consorti et he^

redibus ipsorum vniuersis extunc racione detencionis ipsarum *terrarum* in succubitu duelli facti potencialiter contra ipsos conuincerentur ipso facto premissas autem particulas absque aliqua solucione magister *}o** hannes, domina consors et heredes ipsorum occupandi et conseruandi haberent facultatem contradiccione quorumlibet non obstante. Insuper duas sessiones iobagionales in dicta possessione Stephanouch existentes simul cum domibus per se et distinctim sub suis metis et signis sepa^ rando, duabus iobagionalibus sessionibus in quibus iobagiones Gerdak et Nicolaus commorasse dinoscuntur tempore diuisionis inter Paulum filium Jacobi, Johannem et Nicolaum filios suos ac ipsum magistrum Johannem supradictum et dominam consortem suam facte, eoque pro^ tunc quatuor ipsorum superstites fuissent pro porcione cessis et deuentis et suis pertinenciis quibuslibet quouis nominis vocabulo vocitatis in qualitate, quantitate, fructuositate, vtilitate et vaiore equipollentes et equiuallentes in proxtmts octauis diei cynerum et aliis diebus ad id sufficientibus coram duobus vel vno iudicibus nobilium necnon magistro Dominico filio Jacobi, Nicolao filio Petri, Andrea filio Georgii et altero Andrea filio Radozlay homintbus per partes electis vel aliis probis no^ bilibus hominibus ad hoc adducendis et ipsis videlicet hominibus nomU natis ibi esse non valentibus ex causa racionabili per formam con^ cambii dare et assignare spoponderunt, promittentes eosdem magistrum Johannem, dominam consortem et heredes suos ac iobagiones ipsorum in eisdem residentes contra se et ipsorum homines in pacifico dominio in eisdem sessionibus et suis pertinenciis perpetuo in evumque conser* uare Nicolaus filius Stephani et Fabianus filius suus annotati. Hoc eciam declarato et per ipsas partes extitit assumptum *litteras* comitis Crisiensis et iudicum nobilium eiusdem comitatus ad distinccionem, separacionem et metarum consignacionem duarum[1] sessionum et su^ arum pertinenciarum per ipsos Nicolaum et Fabianum dandarum et concambialiter assignandarum ad relacionem ipsorum bonorum hominum emanari facere et in perpetuo robore irreuocabiliter conseruare. E con* uerso autem prefatus magister Johannes et domina consors sua in concambium ipsarum daarum sessionum per ipsos Nicolaum et Fabi* anum sibi et heredibus eorum iure perhempnali inuicem assignandarum quasdam duas sessiones ipsorum ipsis pro quarta porcione tempore di~ uisionis cessas et deuentas, in quarum vna Gerdaak, in alia autem Nicolaus residenciam facere dinoscuntur cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet ipsis Ntcolao et Fabiano agnoscentes magis vtiles, placibiles et nimium necessarie ipsis applicandas concambialiter

[1] Slijcdi prekriženo: »metarum«.

ac eorum heredibus nascituris iure perhempnali dedissent, contulissent et assignassent, nil iuris nilue proprietatis et dominii pro se et eorum posteris reseruando. Insuper quasdam sex sessiones iobagionales, porci^ ones videlicet Pauli filii Jacobi, Johannis et Nicolai filiorum suorum per ipsos Nicolaum et Fabianum, ut retulerunt coram nobis, sponte ab eisdem contra legitimas prohibiciones magistri Johannis et domine consortis sue facie ad faciem contra ipsos factas, comparatas et emptas super quarum sessionum facto lis et questionis materia inter ipsas partes orta et diucius venfillata extitisser, que pretextu filiacionis ipsorum per ipsos Paulum et filios suos beniuole facte magis ipsis emere et pro pignore recipere pertinuisset ex causis preassumptis, que ipsis <Ni)coIao et Fabiano aut aliis quibuspiam propter feonum pacis, quia per ipsos ipsi magister Johannes et domina consors sua frequentissima pulsati fuissent inuitacione eo cjuod ante portam ipsorum ipse ..... sessiones cum suis peitinenciis site existerent concambialiter ipsis[1] Nicolao filio Stephani et Fabiano filio suo iure perpetuo assignassent, ymo perpe^ tuarunt coram nobis tali modo <quod annota)ti Nicolaus et Fabianus sponte assumpserunt coram nobis, ut a festo purificacionis virginis glo- riose nunc proxime transacto incipiendo vsque ad terciam reuolucionem eiusdem. . . . . .sese immediate sequente equipollens concambium in ipsa possessione Rauen vocata per fifios ipsius Pauli fratres vterinos domine consortis ipsius Johannis litterati iuxta . .'. . . . . .tpsorum loco dictarum sex sessionum et suarum pertinenciarum similiter per formam concambii ipsis magistro Johanni et domine consorti ac heredibus ip^ sorum vniuersis cum eorum expensis astringendo dari facere <et a)sig^ nari iure perpetuo possidendum pariter et habendum promittentes et spopondentes ipsos magistrum Johannem, dominam consortem et heredes ipsorum vniuersos, ipse Nicolaus et Fabianus per se et eorum heredes nasci<tur)os in pacifico dominio ipsius concambii per ipsos filios Pauli ex procuracione ipsorum Nicolai et Fabiani dandi et perpetuandi iure perhempnali contra quoslibet homines cum eorum laboribus et <ex)pensis conseruare volentes et promittentes erga ipsos magistrum Johannem, dominam consortem et heredes ipsorum ope, opere et fauore vbique in cunctis eorum negociis astare,- et e contra ipse magister <Johanne)s ac domina consors sua eosdem Nicolaum et Fabianum cum omni pre- sidio et iuuamine in eorum necessttatibus[2] tenebuntur iuuare ct esse cum eisdem, hoc non pretermisso quod <iidem) Nicofaus et Fabianus sponte assumpserunt, vt si quas possessionarias porciones ab ipsis Jo^

[1] Slijedi prekriženo: »Stepano«.
[2] Slijedi precrtano: »asst«.

hanne et Nicolao filiis preiibati Pauli pro viginti tribus marcis, tredecim videlicet Nicolao et decem Johanni ad obligamina possessionis ipsorum Rauen per ipsos datis et assignatis pro pignore recipere poterint, tunc easdem et alias eciam particuias, quas ex consensu et permissione ip^ sius magistri Johannis, domine consortis et heredum ipsorum in ipsa possessione Rauen in futurum quoquo modo videlicet perhempnali vel impignoraticionaii tituiis reciperent habita prius ab ipsis magistro Jo^ hanne, domina consorte et heredibus suis principali pecunia ipsas pos^ sessionarias porciones cum integritate suarum vtiiitatum ipsi Nicolaus et Fabianus remittere tenebuntur et resignare, occasione qualibet non obstante. Si vero id facere nollent vel non curarent tunc easdem por^ ciones possessionarias in ipsa Rauen per ipsos amodo et in antea quo-quo modo obtinendas prefati magister Johannes, domina coniux et he^ redes sui absque omni pecuniaria solucione haberent occupandi et con=-servandi facuitatem, contradicione eorundem non obstante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus ad pe-ticionem parcium concedendas. Datum in festo inuencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° LXX° sexto.

Izvornifi na pergameni u arfiivu $ugosf. a&ademije u Zagre6u: Dipfomata a. 1376.

Na fistini visi samo fiomađić crvene svifene vrpce.

Ma Brptu je suvremena Bifjesfia: Priuiiegium continet confessionem Nicolai filii Stephani et Fabiani filii sui super possessionibus Rauen, Zloyn et Cirkuena.

142.

1376. 5. maja. Avignon <Avinione).

Grgur XI. papa imenuje župnika sv. Stjepana nadBisfiupom za~ darsiiim,

Gregorius episcopus etc. Diiecto filio Petro electo Iadrensi salu^ tem etc. Apostoiatus officium etc. Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium, extunc in antea vacaturarum per translaciones de preiatis earum ubilibet constitutis, per nos faciendas imposterum ad aiias ecciesias cathedrales tunc vacantes, et imposterum vacaturas *or** dinacioni et disposicioni nostre duximus reservandas, decernentes ex-tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis aucto-

ritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero Iadrensi ecctesia ex eo pastoris solacio destituta, quod nos venera^ bilem fratrem nostrum Dominicum episcopum Bosnensem, tunc Iadrensem archiepiscopum, licet absentem a vinculo, quo ipsi Iadrensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice po^ testatis plenitudine absolventes, eum ad ecclesiam Bosnensem tunc va= cantem duximus auctoritate apostolica transferendum, preficiendo eum eidem Bosnensi ecclesie in episcopum et pastorem: nos ad provisionem ipsius Iadrensis ecclesie ce/erem et feficem, de qua nuf/us preter nos hac vice se intromittere potuit, neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa Iadrensis ecclesia longe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post de* liberacionem, quam de preficiendo eidem Iadrensi ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te plebanum sancti Stephani Iadrensis, in minoribus dum- *taxat* ordinibus constitutum, litterarum sciencia preditum, vite ac morum bonestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circum^ spectum, aliisque multiplicium virtutum donis, prout fidedignis testimoniis accepimus, insignitum direximus aciem nostre mentis: quibus omnibus debita meditacione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta, prefate Iadrensi ec^ clesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, *teque* illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et adminU stracionem ipsius ladrensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gracias et largitur premia, con^ fidentes, quod prefata Iadrensis ecclesia sub tuo felici regimine, gracia tibi asststente divina, prospere et salubriter dirigetur, et grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur domini tuis impositum humeris prompta devocione suscipiens, curam et administra^ cionem predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod ipsa Iadrensis ecclesia gubernatori provido et fructuoso admini* stratori gaudeat se commissam, tuque proinde eterne retribucionis pre^ mium et benivolencie nostre et sedis apostolice graciam uberius consequi merearis. Datum Avinione, III. nonas maii, anno VI.

CNa BrptuJ. Universis suffraganeis ecclesie Iadrensis, et capitulo ac universis vassallis ecclesie Iadrensis, clero et populo čivitatis et dio^ cesis Jadrensts, et Ludovico regi Ungarie.

TBeiner; Mon. Sfav. Mer. I. no. 44o, str. 311.

Iz reg. an. VI Butf. đivers, tom. /, fof 112.

143.

1376- 7. maja. U Zagrebu <Zagrabie>.

Protonotar Đuro piše baptofu zagreSačRom da istrazi nasiffa, Roja je pocinio Ladisfav Teutusov de Bfyna na posjedu Dofonje.

Viris discretis capitulo ecclesie Zagrabiensis, amicis suis reve* rendis, magister Georgius prothonotarius et in iudicatu vicesgerens magnifici viri domini Petri Zudor, regni Sclavonie bani, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Wratk filii Wratine de Blyna et Petri filii eiusdem ac Matheus filii eiusdem Petri de eadem, quod magister Ladislaus filius Teutus de eadem Blyna quandam particulam pos^ sessionis ipsorum Dolone vocate potencialiter occupasset et nunc detineret occupatam. Item feria quinta proxima ante festum purificacionis virginis gloriose proxime preteritum idem magister Ladislaus missis suis hominibus manu potenciaria et violenta ad possessiones eorundem Wratk et filii sui Dolonie vocatas, quinque iobagiones eorundem cum omnibus bonis ipsorum clara luce transferri fecisset, demum feria quinta proxima ante dominicam esto michi proxime preteritam ipse magister Ladislaus missis suis iobagionibus quandam silvam eorundem destrui et demactari fecisset/ nec non sabbato proximo ante festum annuncciacionis virginis gloriose proxime preteritum prefatus magister Ladislaus missis suis ho^ minibus ad possessionem eorundem Wratk, Petri et Matheus occupatam ab eisdem, ut predicitur, Dolonie vocatam duos iobagiones eorundem cum universis bonis ipsorum transtutilisset<!> et in possessione predicta ab eisdem occupata colocasset,- demum feria quarta proxima ante diem medii quadragesime proxime preterita memoratus magister Ladislaus mis^ sis suis hominibus ad possessiones prefatorum Wratk, Petri et Matheus vineas iobagionum eorundem occupasset et occupatas suis hominibus divisisset et distribuisset iuxta libitum sue voluntatis, in preiudicium iuris eorundem non modicum et derogamen, lite tamen, ut dicitur, pendente inter ipsos. Super quo amiciciam vestram presentibus perimus reve^ renter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Lictoris de Blanicha vei fohannes filius Nicolai de Pukur, altero absente, homo dicti domini nostri bani ab omnibus illarum parcium hominibus, a quibus decens fuerit et oportunum con^ scienciose investigando sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem. Et post hec prout vobis veritas de premissis constiterit, dicto

domino nostro bano amicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie secundo die festi beati Johannis ante portam latinam. Anno domini M° CCC° LXX№ *sexto.*

Iz izvorne fistine &apt. zagreB, od 1376. 12. ntajau ark.grof. Zicfiyu Zsefyu 211 B. 593.

Cocf. di'pf. com. 'ZicBy, III, p. 646 - 7-

144.

1376. 10. maja. <U Dubrovniku).

Opcina duBrovačfia šafje svoga posfaniHa Hastefanu omišfiom, da dade zadovofjštinu za počinjena nasifja.

Die X madii. Commissio facta Qive Longo, quam habuit secunda vice, quando ivit ad castellanum Dalmisii.

Nuy Marin de Men^e, rector di Ragusa, cum *lo* pi^olo consegfo, cometemo a ty Qive Longo, nostro ^itadino, che al nome de dio debi andar per parte nostra e de tuta la terra primeramente a Stagno, e daray ia nostra lettera af conte de Stagno, chi fi mandemo, che ti faga armar e dar la barcha, cum la qual andaray e portaray cum ty lo homo de ser Jacheta de Gondola, cum lo qual fosti avanti al castellan de Dafmissa.

Et debi andar spagadamente a quelfa villa, dove lo dicto castellano ti promise, ca deve esser allo di XV de questo miese, sicho tu ne dicesti. Et trovando fa fo dicto casteflano, over vignando fi devi far lo saludo de parte nostra cum quelle parole, che se convien,- et debi li pressentar la nostra lettera de creden^a.

Et quando elfo ti dara audiencia, et tu fi debi dir: «Messer fo castellan, !i ^entifi homini e lo comun de Ragusa audando fe parole, le quali io lor dixi per parte vostra, ca de questa arobaria, che lor fo fatta per fi vostri homini affa Ponta di Stagno. Et vuy se asse turbadi e ca intenditi de far rason contra quelli arobadori, e de far render tute le chose che fo arobade allo luogo, donde fo tolte e per quelle barche, che fo tolte mando me a vuy a veder fa iusticia chi farai de li detti robadori, e a retener tute le chose, chi fo robade.

Et per^o ve requiro per parte de fi detti gentili homini de Ra^ gusa, che debi far iusticia et render le chose arobade, sicho prome^ testi. Et chusi fa^ando, piaserai a messer lo re nostro signore e alli

detti ^entili homeni, e farai tuo honor,- et altramente fa^ando, despia^ serai al nostro signor et lo comun de Ragusa non pora questa chosa sustigner«.

Et debi sovrastar quanto saverai e porai, pur che se fa^a iusticia de li detti malfatori,- e debi veder cum io homo de Jacheta, se fara render tute le chose. Et sovrasta ad haver tute le chose,- et habiando tute le chose, e ve^ando la iusticia, debi vegnir a Ragusa.

Et se alla per fin, tanto sovra lo fatto della iusticia, quanto so^ vra lo fatto de la restitution de le chose, non porai haber a plen tuto lo tuo intendimento, et tu re^evi tuto quello che porai haver,- e dello avan<po te debi agravar, quanto saverai et porai digando ca queste chose sara date a saver allo comun e lo comun prendera de quello remedio, che li parera,- e debi vegnir a Ragusa.

E se non trovarai lo dicto castellano in la dita villa, che ti dixe allo termino che ti permise, et tu debi andar, dove lo senterai che fosse per la Crayna et per tuta Dalmissa, E se non fosse in li dicti luogi e dovesse vegnir, che tu lo debi aspettar al piu per di VIII, e se infra questi di otto non vignera, e tu farai la ambassada a quello, che sara al castello de Dalmissa in suo luogo, et optignando quello che potrai debi vegnir a Ragusa. Et debi dar la fe, se ti la ademandara, a tuti quelli, che adura le chose alla Ponta di Stagno.

Lettere e commissioni di Levante /359~13&o f 9<$- & •
LiBri reformationum IV. 149-~15°'

145.

1376. 12. maja. (*U* Zagrebu).

Kaptof zagreBačfii izvješćuje Bana Petra Zudor, da je Ladisfav Teutusov de Bfyna doista počinio nasiffa na posjedu Dofone.

Magnifico viro domino Petro Zudor, regni Sclavonie bano, amico eorum, capitulum ecclesie Zagrabiensis amiciciam pararam cum honore. Noverit vestra magnificencia nos literas magistri Georgii prothonotarii et in iudicatu vices vestras gerentis recepisse in hec verba:

CSlijedi fistina protonotara Gjure od 7. *мaja 13J6J,*

Nos igitur amicabilibus peticionibus ipsius magistri Georgii pro* thonotarii vestri annuentes, una cum predicto Johanne filio Nicolai, ho* mine vestro, virum discretum Benedictum, presbiterum chori ecclesie

nostre prebendarium, hominem nostrum fidedignum, ad premissa per^ agenda pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi ab omnibus illa-* rum parcium hominibus a quibus decens fuit et oportunum, diligenter investigando talem de premissis scivissent verkatem, quod prefatus ma^ gister Ladislaus quandam particulam possessionis dictorum Wratk filii Wratyne ac Petri et Matheus predictorum occupasset et nunc detineret occupatam, *ymo* homines seu iobagiones eiusdem magistri Ladislai dic^ tam particulam terre arantes iidem homines vester et noster fide vidissent occulata, alia autem premissa et singula premissorum ipse ma^ gister Ladislaus et sui homines eo modo perpetrari fecisset, prout in pprsonis dictorum Wratk et Petri ac Matheus, dicto magistro Georgio L J J vestri conquestum extitisset. Datum feria secunda proxima post festum apparicionis beati Mihaelis archangeli, anno domini supradicto.

Izvornib u arfi. grof. ^Zicfiy: 211. B, f>93>
Na brptu vidi se trag pritisnuta pečata.
Cod. dipf. com. Zicfiy, III. p. 646 - 8.

146.

1376- 30. maja. U Avignonu (Avinione).

Grgur XI. papa dozvofjuje Bis&upu zagrebačkom Dimitriji, da moze Biti nefco vrijeme otsutan iz svoje Bisfctipije.

Gregorius episcopus etc, Venerabili fratri Demetrio episcopo Za^ grabiensi salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut te favore specialis gratie prc^ sequamur. Sane dudum ecclesie Zagrabiensi tunc vacanti de persona tua, nobis et fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta, de eorum fratrum consilio auctoritate apostolica duximus providendum, preficiendo te eidem ecclesie Zagrabiensi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur,- tuque in ipsa ecclesia personaliter residere tenearis, et si id non feceris iuxta quan* dam constitutionem per nos, ut prelati in eorum ecclesiis resideant, alias fructus suos vel eorum partem amittant, et allias pena <> incurrant, editam huiusmodi penas incurras; nos volentes personam tuam, con* sideratione etiam carissimi in Christo filii nostri Ludovici regis Ungarie illustris pro te nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratie amplioris, huiusmodi ipsius regis ac tuis in hac parte

supplicationibus inclinati, ut premissis et aliis quibuscumque constituti* onibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, usque ad festum pentecostes proxime venturum in dicta ecclesia, seu civitate vel diocesi Zagrabiensi personaliter residere minime tenearis, neque ad id **a** quo^ quam invitus valeas coartari, fraternitati tue tenore presentium conce^ dimus de gracia speciali/ proviso tamen quod ecclesia ipsa ac tuus episcopatus Zagrabiensis debitis interim obsequiis non fraudetur. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc, Si quis autem etc. Datum Avinione II. Kal. iunii. Anno Sexto,

Theiner Mon. Hung. II. no. 317 str. 15Q.
Iz reg. orig. an. VI tom. fof. 57-

147.

1376. 4. junija. U Višegradu <Wyssegrad>.

Ljudevit firafj progfašuje, da su gradani zagreBačfii sfoBodni, te se ne imaju pismom Banskim niti podBansfiim pozivati pred Rrafjev sud.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fide^ libus suis capitulo ecclesie Zagrabiensis, salutem et graciam. Signifi^ carunt nobis fideles nostri iudex, iurati et universi cives ac hospites nostri de monte Grecensi de Zagrabia, quod per litteras bani regni nostri Sclauonie vel eius vicebani contra antiquam ipsorum consve^ tudinem sepe sepius in curiam nostram citareritur et eciam evoca= rentur, cum tamen ipsi primitus nunquam per literas bani regni nostri Sclauonie vel eius vicebani, sed solummodo per literas nostras regias aut magistri tavarnicorum nostrorum in iudicium in curiam nostram atrahi fuissent consveti, supplicantes nostre maiestati, ipsis super hoc de remedio provideri oportuno. Nos igitur ipsorum supplicacionibus exauditis, volentes eosdem cives nostros ac hospites Grecenses de Zagrabia in antiquis eorum libertatibus et consvetudinibus bonis et prescriptis conservare, commisimus et serie presencium committimus, ut ipsi amodo et deinceps per litteras bani nostri Sclauonie vel eius vice= barii contra quempiam huc in regnum nostrum Hungarie in curiam no^ stram non possint citari vel evocari. Mandantes igitur vestre fidelitati firmiter et districte, ut amodo in antea vestrum testimonium vigore litterarum dicti bani Sclauonie vel eius vicebani nullo modo dare pre^ sumpmatis ad evocaciones vel citaciones contra ipsos cives nostros

huc in curiam nostram faciendas, sed solummodo ad litteras nostras regias vel litteras magistri tavarnicorum nostrorum predictorum/ secus facere non audentes in premissis. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post festum Penthecostes. Anno domini MCCCLXX sexto.

Originaf u arfiivu grada ЋадгеВа. Krafjeu pečat utisnut na pergameni. Tfiafčić Mon. civ. ZagraB. I 249~25o.

148.

1376. 12. junija. <U Trogiru).

Trogirani izjavfjuju se proti Banovti pismu.

Littere misse a bano cum sint contra libertates, mittantur ambassiatoribus, qui sunt apud barones.

Notae tfoannis Lucii. 18. a. Starine XIII. p. 242.

149.

1376-^15. junija. <U Cazmi),

Kaptof cazmansh' izvješćuje firafja Ljudevita, da je proveo statu ciju posjeda HaroyeucB u županiji VrBasRoj za korist Stjepana Pavfova de Pufiur,*

Capitulum Chazmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus, presen^ tibus pariter et futuris, presentium notitiam habituris, salutem in salutis largitore. Ut ea, que geruntur in tempore apud posteros inviolabiliter perseverent, litterarum testimonio solent perhempnari, inconcussum nam^ que id permanet, quod scripti patrocinio fuerit convinctum. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos iuxta continentiam litterarum excellentissimi principis domini Lodovici, dei gratia incliti regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc, introductoriarum simul et statutoriarum, sigillo eiusdem novo rotondo et mediocri consignatarum, nobis directarum una cum Johanne, filio Dominici de ge* nere Wayk, homine eiusdem regie maiestatis, in dictis litteris nominatim inserto et expresso, virum dtscretum magistrum Michaelem concano^ nicum nostrum ad exequendum et peragendum ea fideliter et conscien^ tiose, que in eiusdem litteris plenius vidimus contineri, pro testimonio duxissemus destinandum, tandem iidem ipsius regie maiestatis et nostri

homines ad nos exinde redeuntes, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria tertia proxima ante festum pretiosissimi corporis Christi, nunc proxime preteritum et tribus diebus subsequentibus ad facies quarundam portionum possessionariarum, in possessione Haroyeuch vocata, comU tatu de Vrbaz existente, habitarum et suarum pertinentiarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime concitatis et presentibus pariter accessissent, ubi idem homo ipsius regie celsitudinis presente eodem testimonio nostro eundem magistrum Stephanum filium Pauli de dicta Pukur, in dominium earundem possessionariarum portionum et suarum pertinentiarum introducendo, easdemque sibi impignoratitio et concambiali titulis, quibus ipsi eedem pertinere dinoscerentur, perpetuo possidendas statuisset, nemine penitus contradictore apparente seu con^ tradicente. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in festo beatorum Viti et Modesti martyrum, anno domini millesimo CCC^{mo} septuagesimo sexto,

*TBafl6cz$*Horvath Afso Szfavoniai Ofintanytar no. 55, P- <?7~ SS.*

150.

1376. 23. junija. <U Čarmi).

Kaptof čazmanski očituje, da nije mogao uruciti poziv pred sud Nifiofi, šestgodišnjem sinu udove Katarine Andrijine, radi mfadosti njegove.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod domina Katherina vocata filia Mychaelis relicta Andree filii Nicolai de Temennycha vna cum Nicolao filio suo ab eodem Andrea procreato in tenera etate existente scilicet sex annorum vel citra existente ad no^ stram personaliter accedendo presenciam extitit protestata querulose in in hunc modum, quod quia idem Nicolaus filius suus per Nicolaum filium Johannis filii Mychaelis, vt dicitur, citatus pretextu porcionis sue possessionarie in eadem Temennycha habite extitisset, ideo nos sibi lit^ teras procuratorias aut derogatorias dare et assignare dignaremur, quas litteras procuratorias nos sibi dare nequiuimus propter sue etatis teneritatem predicte. Datum in vigilia festi natiuitatis beati Johannis Bap^ tiste, anno domini millesimo CCC^{m0} septuagesimo sexto.

Izvorni6 na papiru u arfiivu J/ugosf. afiađ. u ZagreBu.- Dipfomata a. 13 76. Na Brptu vidi se trag pritisnutoga pečata fiaptofsfiog.

151.

1376. 27. junija. U Dubrovniku <Ragusii>.

BenediRt, zamjenik gfavnog papinsRog saBirača, prima od samo= stana rogovskoga svotu novaca u ime desetine.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem milfesimo trecentesimo septuagesimo sextO/ indicione quarta decima, die vigesimo septimo mensis iunii,- pontificatus sanctissimi in Christo patris et do^ mini nostri domini Gregorii, digna dei prouidencia pape XI., anno sexto,- Ragusii, in loco fratrum Predicatorum, presentibus venerabilibus et discretis viris dominis fratre Theodoro, priore eiusdem loci, presbitero Petro, primicerio ecclesie Sibinicensis et fratre Georgio expresse professo ordinis sancti Benedicti et monaco monasterii sancte Marie de Barbono Gradensis diocesis, testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Ibique religiosus et honestus vir dominus frater Benedictus, predicti ordinis expresse nonacus, professus in monasterio sancti Gre^ gorii de Veneciis Castellane diocesis nec non reuerendi in Christo pa~ tris et domini domini Raymundi, dei et apostolice sedis gratia episcopi Paduani et in nonnulis Itaiie partibus et prouinciis ac Sclauonie et Romanie nuncii et eiusdem sedis coilectoris generalis vicarius iocumtenens per ipsum in prouincia Sclauonie et subcollector deputatus, fuit con^ tentus et confessus ac publice recognouit se habuisse et manualiter re= cepisse a reuerendo in Christo patre et domino domino Petro, eadem gratia abbate monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis, pro primo et secundo terminis secundi anni decime bienalis imposite per prefatum dominum papam vndecimum florenos quadraginta septem auri soldos triginta duos paruorum. Pro quibusdam <!> florenis qua^ draginta septem et soldis triginta duobus paruorum idem dominus sub^ collector nomine camere apostolice recipiens fecit prefato domino Petro abbati prenominato plenam et ydoneam quietacionem, finem et securu tatem de non petendo et ulterius non requirendo ipsum dominum abbatem de predictis florenis quadraginta septem et soldis triginta duobus, set pocius promisit conseruandi eum a quibuscumque petentibus nomine camere prefate ex predicta quantitate pecunie liberum et exemptum,- exceptioni non habite et non recepte dicte peccunie ac spei future ha^ bitacionis et receptionis et quibuscumque aliis excepcionibus et allega^ cionibus, statutis et legibus ac earum informationibus in contrarium pre^ dictorum factis et fiendis, quibus posset se quo supra nomine a contentis

uel ab aliquo contentorum in huiusmodi . . . . . . se defendere uel tueri omnino renuncians. Requirens idem dominus .... .. notarium publicum et eius scribam, ut ex predictis omnibus et singulis publicum conficerem instrumentum . . . . . <iu>ssit appensionis munimine roborari. Datum et actum ut supra et coram testibus prenominatis.

<Et *ego* Bonetus quon>dam Antonii de Velio de Cumis, publicus imperiali auctoritate notarius nec non . . . . . scriba predictis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus interfui . . . . . <pro>pria manu reddegi signoque meo consueto signaui . . . . .

Izvornifi na pergomeni u guBern. arfi, u 'Zađru (odio samost. rogovs&oga no. Л3J.

Listina je na donjoj strani firnja.

152.

1376. 2. julija. <U Dubrovniku).

Općina cfuBrovačfia piše carinicima u Bosni radi nasifja učinjenih đuBrovačfiim trgovcima u trgovima sto su ifi zafiupifi,

Die II. julii. Copia littere preceptorie destinate Qore et Matho de Boxa et Tuerdacho Bielovich.

Piero de Gondola, rector de Ragusa et consilieri de la dicta terra a vuy Qore et Matcho de Boxa et Tuerdach Bieloevich, nostri merchadanti de Ragusa, salute cum sinciero amore. *Qa* li nostri mercha^ danti de Bosna se manda lamentando contra de vuy, ca vuy li fe usance et gravece nuove per li vostri merchadi, chi havi comperadi et havi fatto cridar per tuta Bosna, si cho ni e dato ad intender, che nessuna persona ausa portar altro plumbo ca lo vostro, sutta pena de ducati V, C. Et de tuto questo anchora vuy non contentandose, fe portar lo vostro plumbo da quelli Vlachi et Bosgnani, chi son obligadi per scrittura de nostra chancellaria et anno recevudo lo pagamento de sal de Marin de Mence et da Nixa de Vlacho de Saracha per condur lo lor plumbo/ de le quali chose ne agravemo asse contra de vuy et damoui asay a stranio de *vuy,* donde vi ven tanta superbia et signoria, che voli vuy stesi viver et concar li fatti vostri cum destrucion de tutti li altri nostri merchadanti, che ademora in Bosna, et mancamento et pre^ cudisio de la franchesa de la terra nostra, Perco volemo et coman^ demo a tuti vuy sutto pena de ducati V. C. per caschuno de vuy,- la qual pena volemo che debie incorrer et pagar, se non observari tuto

quello che vi scrivemo de cu,- coe che de presente reccvando questo nostro comandamento debie afranchar et far afranchar tanto quelli Vlachi et Bosgnani, che son obligadi ad condur plombo alli nostri merchadanti, sicho e ditto/ quanto gaschuni altri Vlachi, che sia in lor arbitrio e li~ bertade de condur plumbo a quelli nostri merchadanti, che lor piase et diletta. Et se a quelli, chi so obligadi et hano receputo lo pagamento de lo sal, vuy haveri data alguna quantita de plumbo vostro a portar, volemo e chomandemo che quella quantitade debie assignar a quelli a chi era obligadi li ditti Vlachi de portar lo lor plumbo, rece^ vando de lor le spese de la portadura dello plumbo e tanta quantitade de lor plumbo in Bosna, quanta lor haveray assignada. Et debie cassar et anullar ogne nuova usanca et graveca, che have fatta over fatta far per li vostri merchadi et dohane contra li nostri merchadanti, et debie* conservar li diti nostri merchadanti in le usance antique solamente che son per li diti luogi, Et quella sal, chi e data per parte de pagamento alli Vlachi, vuy scontari per lo pagamento della portatura dello plumbo. Et questa littera mandemo averta, a 90 che sia presen^ tada a *vuy* tuti rre,* et della presentason d *essa.* che vi sera fatta daremo plena fe alli churieri portadori d essa.

Lettere e commissioni cfi Levante 1359- /380. f, loo. 6.
LiBri reformationum W. 150—151.

153.

1376. 8. julija. U Krku <VegIe>.

TranjevačRi samostan u Krfiu daje Marinu Marceriju i njegovim potomcima groBnicu u svojoj crftvi, a on im zato oвecaje, da će dati godišnje sfužiti mise u istoj cr&vi.

\n Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem 1376., indi^ ctione 14., mensis julii die 8. intrante, Vegle, in loco conventus fratrum Minorum coram domino Schinella comunis Vegle. . . . . quondam Ni^ colai de Muccha, presentibus religioso viro fratre Jacobo abbate monasterii sancti Michaelis de Vegla, Qvanno dicto Vrazarola, atque Duymo nuncupato Mazono, civibus Veglensibus, et aliis ad infrascripta specialiter convocatis testibus, et rogatis. Ibique Marinus Marzerius, habitator Vegle, filius quondam Naduli de Jadra humiliter supplicavit venerabilibus et providis viris fratribus Lodovicho de Durazrio ejusdem loci Minorum de Vegla guardiano, Nicolino Vegla heretice pravitatis inquisitor, ac

fratri Joanni de Catharo dicti loci Veglensis lectori/ quatenus ipsi dignarentur....... et assignare in ecclesia sancti Francisci de Vegla pro se et suis heredibus ecclesiasticam sepulturam. Qui quidem guar^ dianus, lector et inquisitor....... ejus precibus inciinati benigne...... consensu nemine discrepante eidem Marino ex nunc dederunt, assigna^ verunt, atque concesserunt pro se et suis heredibus et successoribus recipienti et stipulanti in dicta ecclesia sancti Francisci de Vegla se^ pulturam ecclesiasticam videlicet ante majorem januam ecclesie, sive ante pilam lapideam, in qua ponitur aqua benedicta. Et hoc ideo, quia e contra prefatus Marinus data, colata, atque concessa gratia de dtcta sepultura pro se suisque heredibus et successoribus obtinenda, sponte et libere, et ex certa scientia solemniter promisit per se, heredes, et successores suos ipsis dominis guardiano, lectori et inquisitori pro dicto conventu Vegle stipulantibus...... perpetuo facere celebrare unam missam planimode..... annuatim in perpetuum facere celebrare can^ tando solemniter..... ad honorem dei et sancte Euphemie, dando vero offertam..... sicut consuetudo est loci predicti. Cum autem ipse Marinus.... aut alter eorum conjugum ex hac luce decedet, eo die quo..... dabit et assignabit, sive dari ordinabit guardiano.... loco dicti conventus fuerit libras quinquaginta denariorum Venetorum.... altero eorum conjugum decedente ab heredibus, ut antea.... in dicta ecclesia sancti Francisci annuatim in perpetuum duas missas planimode omni mense et duas solemniter cantando annuatim in perpetuum, unam scilicet ad honorem sancte Euphemie, alteram vero pro anniversario, dando et solvendo pro dictis missis solutionem et offertorium secundum consuetudinem et morem loci prenotati, que quidem misse celebrari debeant annuatim, ut premittitur, a fratribus, qui in dicto conventu erunt. Et in predictis, vel aliquo predictorum per se vel alios non contrafacere..... ratione vei causa seu ingenio, de iure vel de facto, sub pena..... denariorum Venetorum parvorum,- que pena toties peti et exigi possit..... ecciesia aiiquod premissorum...... et refectione omnium damnorum et expensarum, ac interesse litis et extra, et obiU gatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum,- qua pena soluta vel non, presens contractus semper firmus existat.

Ego Schinelia judex manum misi.

CSig. not.) Ego Joannes filius quondam Petri de Rotunda Ve^ glensis canceliarie et imperiali auctoritate notarius hiis interfui omnibus, et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

'ZBornik Bartofi str. 1Q.

154.

1376. 12. julija. (U Dubrovniku).

Općina đuBrovačfia piše carinicima u Bosnu i trgovcima đuBrovačfiim u SreBmici.

Die XII. julii. Copie Htterarum transmissarum Georgio et Matcho quondam Boxo et Tuerdacho Bieloevich dohaneriis in Bosna ex una parte, et mercatoribus qui morant in Srebrnica ex alia parte.

Piero de Gondola, rector de Ragusa, iudesi et consilieri de Ia ditta terra alli discreti et savii *Qor<;i* de Boxa et Matcho suo frar et a Tuerdach Bieloevich dohaneri in Bosna, nostri citadini de Ragusa, salute cum sinciero amore. Recevesimo la littera, che mandasti tu Qore novamente Iamentando de sovra li mercadanti de Bosina,- et lo tenor d'essa ben intendesimo, Et per^o ca tu Qore te lamenti sovra li mer^ chadanti et li merchadanti sovra de ti et li tuoi conpagni, et non podemo far dretto ^udisio fin ca non examineremo chi de vuy ha milfor rason, per^o volemo et comandemo a vuy tre dohanieri, che infra termino de uno miese scomencando dalo di, che ve sera presentado questo nostro comandamento, debia vignir uno de *vuy* over mandar uno vostro procurador ben informado de li muodi et usange antique de li merchadi de Bosna, a^o che debiamo diffinir et dar clara sentencia dentro le vostre discordie. Et per lo simile muodo comandemo alli diti mercadanti, che debiamo mandar uno o due de lor al dito termino, che debi usar le lor rason. Et per lo fatto de Nixa de Vlacho, che te lamentasti, ca ti tolle li Vlachi, nu li fasemo simil comandamento, che mo fo fatto a *vuy*, ca la nostra intencion se, che nessun de li no^ stri Ragusei fa^a ultraco ni sforco I uno al aitro.

Et preceptum similis tenoris fuit factum mercatoribus comoran^ tibus in Srebernica.

Lettere e commissioni di Levante 1359—L38o f. lol,
Libri reformationum IV. /J/,

155.

1376. 7. augusta.

Bilješka.

Comes Georgius quondam comitis Budislavi Ugrinich de genere Subichiorum vendit etc.

Ex notis instrument. Nonae.
*Note cbronofogicfje da Giovanni Lucio: Buffettino /832. p. 55**

156.

1376. 12. augusta. <U Zadru).

BenediRt, monafj samostana sv. Grgura i podsaBirač papinsfiifi prifioda, očituje da je primio od samostana sv. Krševana 5o du= fiata u ime desetine.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos frater Benedictus de Veneciis, ordinis sancti Benedicti professus et monacus monasterii sancti Gregorii eiusdem loci Castellane diocesis nec non reuerendi in Christo patris et domini domini Ravmundi, dei et apostolice sedis gracia episcopi Paduani et in Mediolana, Rauenata, Aquilegensi, Gradensi, Jadrensi, Spalatensi, Ragusina et Antibarensi Romanieque prouinciis et partibus omnium fructuum, reddituum, censuum, prouen^ tuum decimarum, procurationum, subsidiorum et quorumcumque afi^ orum camere apostolice debitorum nuncii et coliectoris generalis vica^ rius locumtenens et per ipsum in Sclauonie partibus et prouinciis sub^ collector deputatus, fuimus contenti et confessi ac publice recogno^ uimus recepisse et manualiter habuisse a reuerendo in Christo patre et domino domino Johanne, eadem gracia abbate monasterii sancti GrU sogoni de Jadra, pro completa et integra solutione compositionis facte per ipsum dominum abbatem nobiscum de et super quibuscumque terminis decimarum annalis et biennalis imposite per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Gregorium, digna dei prouidencia papam vndecimum, ducatos quinquaginta auri ad rationem librarum trium et soldorum duodecim paruorum pro quoiibet ducato. Pro quibus quidem ducatis quinquaginta auri tlbmine camere apostolice fecimus eidem domino abbati plenam et ydoneam quietationem et per^ petuam securitatem ac finem et pactum de non petendo nec requirendo ulterius prefatum dominum abbatem nec aliquem alium eius nomine pro predictis ducatis quinquaginta auri causa premissa solutis,- insuper promittimus nomine predicte camere apostoiice conseruare eundem do= minum abbatem a quibuscumque prefate camere apostolice offlcialibus et a ceteris aliis personis ab omni onere pro predictis ducatis quinquaginta auri et predictarum decimarum annalis et bienalis solutione sanum, liberum et exemptum/ exceptione non receptorum et non habi* torum dictorum ducatorum nomine et causa quibus supra ac quibus^ cunque aliis exceptionibus, legibus, conciliis, statutis, allegationibus quibus possem<us> a contentis seu ab aliquo contentorum in huiusmodi

instrumento aliqualiter deffendere uel tueri, omnino renunciamus/ in^ super prefatum dominum abbatem si qua forsan excomunicationis, su^ spensionis uel interdicti sentenciam incurrisset ex defectu, negligencia, tarditate aut recusatione solutionis in toto uel in parte dictarum deci- marum aut per processus nostros uel prefati domini episcopi Paduani superioris nostri uel qualitercumque auctoritate in hoc nobis totaliter attributa libere et omnino absoluentes. In quorum omnium testimonium presentes quietationem et absolutionem per notarium nostrum fieri feci- mus et nostri consueti sigilli iussimus apensionis munimine roborari. Data et acta fuerunt predicta in predicto monasterio sancti Grisogoni, anno domini miilesimo trecentesimo septuagesimo sexto, indicione quarta decima, die duodecimo mensis augusti, pontificatus prenominati domini pape anno sexro, presentibus prouidis et discretis viris Ber- tramo quondam Bertrandini et Francisco quondam Johannis de Clara, ambobus familiaribus prefati domini abbatis, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

CSignum notj. Et ego Bonetus quondam Antonii de Velio de Cumis", publicus imperiali auctoritate notarius nec non prefati domini subcolfectoris scriba, suprascriptis omnibus et singulis, dum, ut premit^ titur, agerentur, vna cum prenotatis testibus interfui et de ipsius do^ mini subcollectoris mandato in hanc publicam formam reddegi signo- que meo consueto signaui rogatus in testimonium omnium premissorum.

Izvornik na pergam. u gubern. ark. u Zacfru (ođio samost. sv. Krseuana Kaps. XXП1).

Na uzici odpergamene visi komadićpečata u crvenom vosku,

157.

1376. 16. augusta. <U Zagrebu),

PredBiskupom zagreBacfiim Dimitrijem zamjenjuju Pavfini i Ranonifi zagreBacHi Mifiajfo u ime crkve sv. Ivana nefte zemfje sa samostanom Pavfina.

Demetrius, dei et apostoiica gracia episcopus Zagrabiensis et ca^ pitulum loci eiusdem omnibus Christi fideiibus presens scriptum in^ specturis salutem in salutis largitore. Sagax humane nature diseccio memoria hominis labilitate pensata, ne res clara presentibus obscura reddatur futuris, pragmaturas sancciones adinvenit, ut contrahencium vota redacta longum serventur in evum. Proinde tam presencium quam

futurorum noticie presencium serie volumus l-;eri manifestum, quod constitutis in nostra presencia viro discreto magistro Mychaele, dicte ecclesie nostre canonico ac plebano ecclesie sancti Johannis baptiste et plebis de Nova Villa capituli ab una, parte vero ab altera viro religioso et deo devoto Paulo priore et Johanne presbiteris, fratribus claustri beate virginis, ordinis fratrum Heremitarum, ordinis sancti Pauli primi Here^ mite, de promontorio nostro, suis et vićе ac nominibus tocius conventus claustri eiusdem, confessum extitit et per eosdem sponte ex certa sciencia coram nobis pariter et relatum, quod ipsi matura deliberacione, diligentique consilio prehabitis inter sese, diligenterque considerantes ac dilegencius advertentes utilitates et proventus possessionum infra nominandarum, prenotatis ecclesiis sancti Johannis et beate virginis ac ipsarum ecclesiarum servitoribus successivis temporibus cum utilioris ubertatis comodo provenire debendas, de nostro consensu et speciali annuencia ac permissione huismodi inter se concambium seu permutacionem pos^ sessionariam ordinando fecissent seu celebrassent, ymmo fecerunt, or^ dinarunt et sollempniter celebrarunt coram nobis, sic videlicet: quod supradictus magister Mychael predium inferior Blyzna vocatum, cum quo supradicta ecclesia sancti Johannis baptiste per virum utique honorabilem et non immerito recordacionis, condam dominum Johannem, archidiaconum de Gewrche, principalem fundatorem eiusdem, ex ipsius capituli adiutorio extiterat dotata pariter et ornata, metis infrascriptis inclusam et circumdatam, excepta quadam particula terre a plaga oc* cidentali existente de terra dicti predii, metis infra declarandis excisam et exceptam, in qua scilicet vinee civium civitatis Grecensis et aliorum hominum comprovincialium existunt plantate, quam dictus plebanus, predicta ecclesia sancti Johannis ac pro se suisque successoribus seque^ stratam cum suis obvencionibus universis duxit reservandam, cum eiusdem predii utilitatibus et peniienciis universis cuiusvis nominis vo= cabulo vocitatis, specialiter vero cum uno molendino in fluvio Blyzna vocato et una vinea intra metas eiusdem predii constitutis, supradictis fratribus Heremitis nunc in dicto claustro beate virginis et in futurum deo et eius genitrici virgini gloriose iugiter famulantibus, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum et habendum concambialiter dedisset, tradidisset et assignasset, ymo vigore permutacionis premisse dedit, tradidit et assignavit coram nobis, E converso autem supradictus prior et universi fratres Heremite predicti claustri beate virginis, quan* dam villam ipsorum Twpal vocatam Heremitarum, ultra fluvium Zaue, in continua vicinitate possessionis nostre Mlaka nuncupate, cum om* nibus utilitatibus et pertinenciis ac utilitatum et pertinenciarum eius^

dem proprietatibus universis, sub eisdem libertatibus, condicionibus, metis et terminis antiquis, sub quibus per ipsos et eorum predecessores, ut series continet nostrarum litterarum, eadem conservata extitit hac^ tenus pariter et possessa, necnon cum quadam vinea in territorio nostro de Bokoucha, ac quodam uno molendino in fluvio Medwenycha vo^ cato, et in tenutis civitatis Grecensis existente, cum terra arabili ad id molendinum pertinente, similiter cum quibuslibet utilitatibus eorum* dem vinee et molendini presentibus pariter et futuris,- item quandam terram arabilem ad sex videlicet dietas, quam in territorio vici Lati^ norum ab antiquo ipsis testamentaliter legatam possedissent, eidem ec^ clesie sancti Johannis et dicto plebano ac per eum quibusvis iam dicte ecclesie sancti Johannis baptiste rectoribus sibi in futurum succeden- tibus, cum omni eo dominio et proprietate, quibus easdem ipsi fratres, habuissent et possedissent modo consimili in concambium dedissent, tradidissent et assignassent, ymo dederunt et assignarunt jure perhemp^ nali tenendas, possidendas pariter et habendas, condicione tamen et serviciis nobis dumtaxat capitulo Zagrabiensi de iam dicto predio Blyzna vocato debitis, provenientibus semper salvis remanentibus. Mete autem ipsius predii et terre prenotatis fratribus et eorum claustro supradicto, modo quo supra, datis, prout ipsas nobis honorabiles viri domini Paulus cantor et Blasius archidiaconus Kamarcensis, necnon magister Nicolaus, atque magister Jacobus, archidiaconus de Torda, in ecclesia Transilvana, vicarius nostri episcopatus temporalis, socii et concanonici nostri, necnon Mychael, condam villicus, Andreas dictus Gay et Bla^ sius carnifex, cives episcopales de vico Latinorum, quos ad id duxe- ramus communiter destinandos, retulerunt seriose eo modo distinguun= tur: Prima meta incipit in fluvio Blyzna et procedit versus occidentetn directe ad Belangoncham, ubi est meta terrea, deinde versus eundem occidentem eundo pervenit ad viam, - que transit de Zagrabya versus villam Stephanoch, circa quam est meta terrea, deinde progrediendo versus eandem plagam occidentalem in quandam vallem, ubi est meta terrea, exhinc ascendit montem versus occidentem progrediendo, ubi est una arbor ilicis parva, meta terrea circumfusa, ab inde vadit ad eundem occidentem pervenitque ad quandam viam, ubi est arbor ilicis, meta terrea circumfusa, ab inde eundo directe ad eundem occidentem et transeundo unam vallem, ascendendoque monticulum devenit ad quoddam fossatum, ubi est meta terrea, in medio cuius mete sunt due arbores ilicis parve, item ab inde progreditur directe ad eundem occi* dentem, quasi per quoddam fossatum et venit in quandam vallem in cuius medio est una arbor ilicis, meta terrea circumfusa, inde ad aliam

metam consimilem circa quandam viam erectam, ab inde ascendendo directe ad ipsum occidentem in latere montis est meta terrea arborem ilicis in se continens, abhinc in vertice ipsius montis est meta consU militer, deinde intrat magnam vailem, ubi est meta consimiliter, de novo est erecta et vadit per eandem vallem versus septemtrionem per viam satis magnam, pervenitque ad vineam Pauli fabri, ubi meta terrea est de novo sublevata. Terra itaque metis premissis distincta a parte meridiei remanens est civium vici Latinorum et nostrorum id est capituli colonorum/ terra vero a plaga septemtrionaii existente ipsis fratribus Heremitis et eorum claustro remanente. Mete nichilominus supradic^ tarum particuiarum terre per prescriptum magistrum Mychaelem pro se, ut premititur, et predicta ecclesia sua excisam et reservatam sepa^ rantes et distinguentes hoc ordine proceduntur: Prima itaque meta incipit in supradicta meta terrea prope memoratam vineam Pauli fabri existentem, a qua reflectitur ad orientem directe et ascendit quendam montem, ubi est arbor ilicis meta terrea circumdata, exhinc directe progreditur versus eundem orientem et pertransit quandam valfem mag^ nam et pervenit ad quandam viam circa quam est meta terrea, arbore ilicis parva in ea existente, per quam viam directe progrediendo ad plagam australem duabus metis a parte sinistra erectis venit ad quandam viam magnam, ubi est meta terrea de novo erečta, a qua diver* tendo quasi inter orientem et piagam australem descendit in quandam vallem parvam, ubi est meta terrea sub vinea Mathei sutoris, civis Grecensis, de novo erecta, a qua procedit directe versus plagam australem per quandam parvam vallem et pervenit ad quandam semitam iuxta quam est meta terrea de novo sublevata, de qua progreditur directe versus eandem plagam et pervenit ad quandam viam, iuxta quam est meta terrea de novo sublevata, que via publica inter dictam terram HeremU tarum et inter dictam terram pro dicta ecclesia sancti Johannis baptiste reservatam, ac inter villam Blezna vocatam desuper separat et distin* guit, ibique mete dictam particulam terre modo premisso pro dicta ec* clesia sancti Johannis *baptlste* excepta et reservata disiungentes termU nantur, eadem terra sancti Johannis baptiste, semper a sinistra, id est, ab occidentali plaga usque ad quandam metam terream antiquam inter terram ipsorum Heremitarum et dictum predium olim sive antiquitus positam et errectam per eandem viam versus Gay procedendo semper remanehte pro ecclesia sancti Johannis baptiste antedicta, a qua tendit versus orientem infra directe transeundo iuxta pratum seu fenetum dictorum fratrum Heremitarum, quod remanet a parte septemtrionali, pervenit et cadit in fluvium Blizna, iuxta quod <!> fluvium est una

meta terrea sublevata, quem quidem fluvium Blizna transeundo et versus orientem procedendo devenit in quandam vallem, per quam vallem per^ venit supra ad viam publicam, ubi quedam <!> erat arbor satis magna castanee et ibi est meta terrea de novo erecta, per quam quidem viam publicam reflectitur versus plagam meridionalem et per verticem montis per magnum spacium ubi et circa quam viam publicam sunt a parte dextra quatuor mete terree post sese consequenter spaciatim erecte pariter et sublevate, per quam viam adhuc progrediendo versus me= ridiem ubi est meta terrea, a qua reflectitur ad occidentem et transe- undo quandam viam publicam cadit iterum in dictum fluvium Biizna, per quem fluvium Blizna infra directe procedendo per decursum eius* dem fluvii pervenit ad priorem metam, ibique dicte mete in nomine domini, modo quo supra, terminantur. Voluerunt eciam heedem partes, ut alter alteri ipsorum copiam universorum instrumentorum et quarum^ libet litterarum pretextu dictarum omnium possessionum quomodolibet emanatarum, quarum vigore mediante easdem habendo usque ad hec tempora possedissent, sub nostro videlicet aut dumtaxat capituli sigilio dare et assignare teneatur, quibuslibet aliis litteris per easdem partes contra sese in fraudem retentis, denegatis et reservatis, cassis, frivolis et inanibus remanentibus, suisque exhibitoribus in derogamen partis alterius fiendum semper et ubique nocentibus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentibus sigilla nostra duximus appendenda. Datum secundo die festi assumpcionis virginis gloriose, anno domini MCCCLXX sexto.

Prijepis originafni fiaptofa crfive Budimske u zem. arfiivu u ^ZagreBu, odio samostana Remete fasc. I. no. 14.

TMafčić Mon. cii>. ZagraB. I. 251-254.

158-

1376. 19. augusta. <U Cazmi).

Pred Haptofom čazmansfiim prodaju sinovi Pavfa 3a&o6ova de Raven svoje posjede Gomiffe i Zfortin magistru Ivanu TaBijanovu i njegovoj ženi.

Nos capitulum Chasmenis ecciesie memorie commendantes sig* nificamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Jo* hannes et Nicolaus, filii Pauli filii Jacobi de Rauen, prolibus utriusque sexus, vt dicebant, destituti coram nobis personaliter conparendo di^

xerunt et sunt confessi ministerio viue vocis ipsorum, quod ipsi quas*
dam duas particulas terre ipsorum hereditarie, vnam videlicet inter
fluuios Rasosa et Tetriuinch vocatos existentem, quam condam idem
Paulus pater ipsorum magistro Johanni litterato filio Fabiani de *Sy**
dinnya et domine consortis <!> sue ac heredibus eorum pro quadam quan-
titate pecunie olym inpignorasset aliamque Gomilya nuncupatam[1] iuxta
possessionem eorumdem magistri Johannis et domine consortis sue ac
heredum ipsorum intra metas possessionis Rauen habitam, quam anno-
tatus Nicolaus ipsis similiter pro quadam quantitate pecunie primitus
inpignorasset cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis
ad easdem spectantibus sub metis et terminis infrascriptis distinctas
eisdem magistro Johanni et domine consortis <!> sue ac heredibus eorum
heredumque successoribus pro sexaginta marcis bonorum denariorum
plene, vt dixerunt, ab eisdem habitis et receptis vendidissent et assi*
gnassent. Item idem Johannes filius predicti Pauli de dtcta Rauen *to~*
talem porcionem suam possessionariam in possesionibus Zlonyn vocatis
in comitatu Crisyensi existentibus habitam ipsum pro porcione contin*
gentem, quarum prius ipsis magistro Johanni et domine consorti ac
heredibus eorum pro sedecim marcis denariorum inpignorasset, eandem
cum omnibus suis vtilkatibus et pertinenciis vniuersis eisdem magistro
Johanni et domine consorti ac heredibus eorum atque successoribus
pro quinquaginta marcis bonorum denariorum plene, vt dicebat, habitis et
receptis similiter vendidisset et contulisset, ymo ex nunc vendiderunt <!>
et assignarunt<!> seu assignauit modo prehabito coram nobis jure perpetuo
et irreuocabiliter possidendas, tenendas < pariter et > habendas, nil
juris nilue proprietatis seu dominii pro se reseruantes, sed totum jus et
proprietatem seu dominium earumdem in eosdem <magistrum Johannem>
et dominam consortem suam ac eorum successores omnino transferendo
tali modo, quod in casum, vbi heredes ipsius magistri Johannis defice<rent>,
quod absit", et ecclesiis uel hominibus quibuspiam easdem particulas terre
ac porcionem in vita aut in morte venderent, logarent aut relin<querenr>
seu relinqueret ex tunc iidem filii Pauli et eorum[3] heredes quipiam
easdem particulas possessionarias ac porcionem modo quo supra vendi*
<tas> pro eisdem quantitatibus pecuniarum premisso modo specificatarum
ab eisdem rehabere poterunt atque valebunt pleno jure. Quarum *qui**
dem duarum particularum terre mete prout eedem[4] partes nobis ore^

[1] pogresno: nunptupatam.
[2] extunc točkama kao pogresno označeno.
[3] heorum, h točkama kao pogreŠno označeno.
[4] pogrešno: heedem.

tenus retulerunt ac in registro apportarunt hoc ordine distinguntur: prima meta particule terre <per> ipsum Paulum vt dicitur inpignorate in^ cipit a parte orientali iuxta predictum fluuium Rasosa in quadam meta terrea, a qua ad partem occidentaiem directe eundo uenit in fluuium Tetriuinch predictum ad quemdam antiquum portum, vbi est meta ter^ rea,- deinde per cursum ipsius fluuii in<fr)a procedendo versus meri^ diem et cadit in predictum fluuium Rasosa, vbi se iidem fluuii iun* guntur iuxta possessionem eiusdem magistri Johannis et domine consortis sue ac heredum ipsorum per eosdem Paulum et filios suos ipsis do^ natam. Aiterius vero particule terre Gomilya vocate per prefatum Ni^ coiaum inpignorate prima meta incipit in eodem fluuio Tetriuinch in quadam meta terrea, a qua versus occidentem in modico spacio eundo vertitur ad quamdam magnam viam tendentem ad piagam meridionalem versus ecciesiam sancti Petri de Goricha episcopalem et devenit ad metas eorundem magistri Johannis et domine ac heredum ip^ sorum et sic terminantur. Datum feria tercia proxima ante festum beati regis Stephani, anno domini miliesimo trecentesimo septuagesimo sexto,

Izvornifi na pergameni u arkivu Jugosf. afiađ. maffco oštećen.

159.

1376. 20. augusta. <U Čazmi).

Kaptof čazntattsHi izvještava o statuciji nefiifi posjeda u korist Ifancfj fćeri Nikofine provedenoj po nafogu firiževačfiog župana Petra Cirfie.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod cum nos visis et periectis iitteris nobiiis viri magistri Petri dicti Chyrke, comitis Crisyensis, nobis per eundem amicabiliter directis super statu^ cione quarundam particularum possessionariarum Nicolai filii Stephani de Kamarcha inter fluuios Zerednyk et Bokochech vocatos ac iuxta fluuios Plaunycha et Chasma appellatos existencium et possessionis Mykeiaka vocate per ipsum Nicolaum filium Stephani a Nicolao filio condam Gwd iuris ordine obtentarum nobiii domine Iianch vocate fiiie eiusdem Nicoiai fiiii Stephani fienda confectarum, vna cum Stephano fiiio Lucasii homine dicti comitis Crisyensis in eisdem litteris *contento* et expresso discretum virum Markum rectorem capelle sancti Johannis

ewangeliste hominem nostrum fidedignum pro testimonio duxissemus destinandum/ qui demum ad nos exinde reuersi nobis concorditer retu^ lerunt, quod ipsi in octauis festi natiuitatis sancti Johannis baptiste nunc preteritis ad facies predictarum particularum possessionariarum superius nominatarum pariter accessissent et easdem vicinis et comme* taneis ipsarum inibi legitime conuocatis et presentibus sub metis, ter^ minis et signls in litteris priuilegialibus super diuisionem inter ipsum Nicolaum filium Stephani et filios Blagonye facta confectis et contentis prefate nobili domine Ilanch vocate filie ipsius Nicolai filii Stephani consorti vero Mark et per eam suis heredibus heredumque su^ orum successoribus eodem Nicolao patre suo presente statuissent per^ petuo possidendas, tenendas et habendas ita, quod, si ipse Nicolaus filius Stephani heredem sexus masculini habebir, tunc de pretactis par-- ticulis possessionariis filio suo procreando porcio cedere possit, si vero heredem masculini sexus non habebit, tunc prefata domina Ilanch vocata ipsas particulas possessionarias m filios filiorum perpetuo et irreuo^ cabiliter possidebit/ presentes vero, cum nobis apportate fuerint, in for^ tnam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum in festo sanctissimi Stephani regis, anno domini millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} sexto.

Izvornifi na papiru u arkivu fjugosfav. akademije u ZagreBu. Dipfomata a. 1376.

Na firptu vidi se trag pritisnutog pečata.

160.

1376. 27. augusta. U Čakovcu <Chaktornya>.

Stjepan CLacBovicJ Bivši vojvoda erdefjsfii, Stjepan firaffev fio= ∂/ušniB i Brat mu Dionizije osnivaju samostan Pavfina na svojem posjedu VarBef, darujući mu taj posjed,

Nos Stephanus pridem woyuoda Transsiluanus, Stephanus aga^ zonum domini regis nostri magister ac Dyonisius frater eius, videlicet filii Dyonisii condam woyuode, Andreas filius Nicolai olym woyuode, necnon Ladizlaus filius prenotati Stephani woyuode, memorie commen^ dantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos ex diuina inspiracione pro safute animarum nostrarum omnU umque parentum et predecessorum nostrorum pari voluntate et con« sensu volentes in honore beate Marie virginis omniumque sanctorum claustrum fratrum ordinis beati Pauli primi heremite in possessione no=

stra Varhel vocata construere et fabricare, predictam possessionem nostram ad ipsum claustrum dedimus, donauimus et contulimus cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, siluis, pratis, nemoribus, terris arabilibus, aquis, molendinis, piscinis prope ipsum claustrum ha= bitis perpetue et irreuocabiliter tenendam, habendam et gubernandam sub certis hiis metis infrascriptis. Prima meta incipit prope claustrum penes viam, que vadit in Nedelcham/ inde tendit versus occidentem ad arborem ilicis cruce signatam, sub qua meta est terrea,- abinde vero venit ad arborem ilicis cruce signatam, sub qua vna meta est terrea penes fluuium seu rippam, *que* Graena vocatur et ibi cadit in ipsam rippam et per ipsam rippam ascendit superius vsque in locum, vbi ipsa rippa diuiditur in duas partes, vbi sub arbore ilicis est meta terrea, deinde vero vergit in dicta rippa ad dexteram per modicum spacium ascendendo in ipsa aqua et peruenit ad vnum portum ipsius aque ibfque transit dictam aq.uam ad arborem ilicis cruce signatam, *vbi vaa* meta est terrea, abinde vadit versus occidentem ad arborem iltcis meta terrea circumdatam et cruce signatam,- deinde vadit ad plagam occidentalem ad arborem ilicis meta terrea circumdatam ac cruce sig* natam et est meta angularis/ abhinc autem directe pratum transit et in medio prati meta *est* terrea et sic omnino *translt* pratum et peruenit ad magnam viam et ipsam viam transit ad metam terream,- inde cadit in vnam vallem et in ipsa valle vadit per bonum spacium et inde exit de valle ad vnam metam terream/ deinde peruenit ad viam, que de Sancto Georgio vadit ad claustrum predictum ad metam terream et sic per eandem viam vadit et transit viam ad *metam* terream,- abhinc vadit in valiem, vbi penes rippa.m, que currit de Senkuch sub arbore ilicis est meta terrea et ibi cadit in ripam predictam et per ipsam rip- pam ascendendo peruenit ad vnam metam terream penes clausuram superioris molendini et ibi transit rippam versus orientem et peruenit ad metam terream penes viam et per eandem viam revertitur versus castrum vbi penes viam est meta terrea,- deinde vadit ad viam, que de castro venit ad claustrum, vbi sub arbore ilicis est meta terrea,- abinde peruenit ad magnam viam, que de Mazkuch vadit in Nedelcham ad metam terream, et sic per eandem viam venit ad metam priorem ibique terminantur. Hoc eciam adiecto, vt ipsi fratres in ipso claustro com^ morantes in siluis nostris vsualibus omnia pecora et animalia eorum liberam pascendi et pro se ipsis ligna secandi habeant facultatem, et hec volumus per nosmet ipsos et nostros heredes heredumque succes- sores perpetue absque aliqua contradiccione obseruari. In cuius rei me* moriam perpetuamque firmitatem presentes nostras litteras priuilegiales

pro ipso claustro dedimus sigillorum nostrorum appensione munitas. Datum in Chaktornya, feria quarta proxima post festum beati Bartno^ lomei apostoli, anno domini M^{mo} CCC^{mo} septuagesimo sexto.

Iz izvor. prepisa i potvrđe ftraffice Marije od g. 1384. 2o. juna na perga" meni u ugar. drz. arkivu u BPesti. M. O. D. L. S28oJ. Stara signatura: Acta monast. Pauf. de CBaktornya Nr. 1.

161.

1376. 15. septembra. U Zagrebu <Zagrabie).

Ban Petar Zudor na mofBu Ivana i Nifiofe sinova Paufa cfe Rauen potvrđuje osam njifiovih fistina

Nos Petrus Zudor regni Sciauonie banus memorie comendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Johannes et Nicolaus fifii Pauli filii Jacobi de Rauen ab vna, parte vero ex al^ tera magister Johannes filius Fabiani de Sydinya, notarius magnifici viri domini Nicolai de Zeech, regni Croacie bani, sororius ipsorum ad nostram personaliter veniendo presenciam iidem filii Pauli filii Jacobi ac annotatus magister Johannes sua et nobilis domine Margareta vocata, filie videlicet eiusdem Pauli de Rauen consortis sue dixerunt et confessi sunt ministerio viue vocis, quod quia iidem magister Johannes et nobilis domina consors sua ipsos Johannem et Nicolaum racione non assignacionis tenorum et transsumptorum vniuersorum instrumentorum super vniuersis portionibus possessionariis condam prefati Pauli filii Jacobi et ipsorum filiorum suorum nunc penes ipsorum manus et alien.as «xistentibus, eosdem magistrum Johannem et nobilem dominam consortem suam vnam integram portionem velud vnius pressumptorum filiorum suorum habentibus regiam in presentiam primo, secundario et terciario euocassent ac vltimo in tribus foris conprouincialibus proclamari fecis* sent, prout in litteris comitis Jacobi de Scepus, iudicis curie regie, vi^ dimus contineri pro eo ipsi filii Pauli tenores dictorum vniuersorum instrumentorum eorum vero et iusto modo emanatorum eisdem magistro Johanni et domine consorti sue per iudicem curie regie predictum transsumptiue assignari adiudicatos nostris in litteris priuilegialibus iuxta regie maiestatis comissionem coram nobis in speciem predictorum per eosdem et per nos diligenter examinatorum assignarunt ad cauteiam,- ex quibus litteralibus instrumentis quinque paria capituli ecclesie Chas^ mensis patenter emanata, ex quibus duo eorum antiquo et rotundo sU

gilio, tria vero moderno consignata ac tria paria comitum Crisiensium et iudicum nobifium comitatus eiusdem in diuersis temporibus emanata ,- tenores secuntur infrascripti,- vnius vero littere ipsius capituli rotundo sigilio consignate continencia his <!> est:

CSfijedi fistina od1261. maja 31. Cod dipf V. 193J

Alterius vero littere eodem sigillo consignato tenor sequitur irr hec verba:

CSfijedi fistina od 16. junija 1297. Cod. dipf VII 282. J

Tertie vero littere eiusdem ca<pituli> cum moderno sigillo consignate series hec est:

CSfijedi fistina od 13. jufija g. 13o6. Cod dipf, VIII 123.J

Quarte vero littere eiusdem tenor talis est:

CSfijedi fistina od 13. jufija g 13o6. Cod dipf VIII. 124. J

Quinte seu vltime littere eiusdem capituli series sic exprimuntur:

CSfijedi fistina od 23. jufija g. 13oS. Cod. dipf VIII. 189J

Littere vero magistri Thome fiiii Petri comttis Liptouiensis et CrU siensis et iudicum nobilium tenor hec est:

CSfijedi fistina od 24, feSruara g. /35o. Cod dipf XI 583.J

Littere vero magistri Jacobi similiter condam comitis Crisiensis et iudicum nobilium tenor hys est:

CSfijedi fistina od 3o. septemBra 1348. Cod d/pf XI. 488.J

Littere vero magni Pauli similiter condam comitis et iudicum no^ bilium comitatus Crisiensis tenor est subsequens:

CSfijedi fistina od 26. junija g. 1358. Cod dipf XII 489 J

In cuius transsumpcionis predictorum litteralium munimentorum euidentius testimonium presentes litteras nostras priuilegialiter sub sigilio nostri banatus conscriptas predictis magistro Johanni et nobiii domine consorti sue ac eorum heredibus quibuslibet iuxta regiam iudiciariam comissionem duximus concedendas. Datum Zagrabie, octauo die festi natiuitatis beate Marie virginis, anno domini millesimo trecentesima septuagesimo sexto.

Originaf na pergameni na prijegiBima dosta oštećen nafazi se u arkivu S"9- akad. u ZagreSu.

Pečata nema,- u prorezu ostao tefi fiomađ svifene vrpce pfave i zefene Boje.

162.

1376. 15. septcmbra. U Zagrebu <Zagrabie).

*Petar ЋuЉг Ban prepisuje na mofBu Ivana iNiBofe de Raven tri fistine ftaptofa čazmansBog i to od28. marta 1357- CCod dipf XII 398. J, od29- marta 1357^ (Cod, dipf. XII 399*U */ od2o. marta 1322. (Cod dipf IX 58J.*

Nos Petrus Zudor, regni Sclauonie banus, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Johannes et Nicolaus filii Pauli fifii Jacobi de Rauen ab vna, parte vero ex aU tera magister Johannes filius Fabiani de Sydina, notarius magnifici viri domini Nicolai de Zeech, regni Croacie bani, sororius ipsorum ad nostram personaliter veniendo presenciam iidem filii Pauli filii Jacobi ac iam notatus magister Johannes sua ac nobilis domine Margaretha vocate, filie videlicet eiusdem Pauli de Rauen, consortis sue, dixerunt et confessi sunt ministerio viue uocis, quod quia idem magister Johannes et nobilis domina consors sua ipsos Johannem et Nicolaum filios Pauli in racione non ass<oci>acionis tenorum et transscriptorum vniuersorum instrumentorum super vniuersis porcionibus possessionariis quondam prefati Pauli filii Jacobi et ipsorum filiorum suorum nunc penes ipsorum manus et alienas existentibus eosdem magistrum Johannem et dominam consortern suam vnam integram porcionem velud vnus prescriptorum filiorum suorum habentibus regiam in presenciam primo, secundario et terciario euocassent ac vltimo in tribus foris conprouincialibus proclamari fecissent, prout in litteris comitis Jacobi de Zepus, iudicis curie regie, vidimus contineri ,• pro eo ipsi filii Pauli tenores dictorum vniuer^ sorum instrumentorum eorum vero et iusto modo emanato<rum eis>dem magistro Johanni et domine consorti sue per iudicem curie regie trans^ sumptiue assignari adiudicatos nostris in litteris priuilegialibus iuxta regie maiestatis commissionem coram nobis in spem predictorum per eosdem et per nos diligenter examinatorum assignarunt ad cautelam, et quibus litteralibus instrumentis tria paria capituli ecclesie Chasmensis eorum moderno sigillo consignata in papiro habita, ex quibus vna alphabeto erat intercisa tenores secuntur subscripti, cuius vnius littere eorum alphabeto intercise sequitur tenor in hec verba:

(Vidi fistina Raptofa cazman. od g. 1357- 28. marta.J

Alterius vero littere eiusdem capituli continencia is est:

(Vidi fistinu fiaptofa cazman. od 1357- 29> martaj

Tercie vero littere eiusdem capituli tenor is est:

CVidi dafje fistinu fiaptofa cazrnan. od 1322. 2o, marta.J

In cuius transumpcionis predictarum iitterarum .... euidencius testimonium presentes litteras nostras priuilegialiter sub sigillo nostri ba^ natus conscriptas predictis magistro Johanni et nobili domine consorti sue ac corum heredibus quibuslibet iuxta regiam iudiciariam commis^ sionem duximus concedendas. Datum Zagrabie, octauo die festi <nati* uitatis[1] beate Ma>rie virginis, anno domini millesimo CCC^{mo} septua* gesimo sexto.

Izvornifi na pergameni u arб. $ug. akađ. u ZagreBu. Dipfomata a. 1322.

Listina je na mjestu ∂фe ima visjeti pečat krnja,- no uza sve to se razaBire tfad ∂<$e je Bifa pričvršćena vrpca.

Na Brptu suvremenom rukom: Priuilegium continet copiam diuisionis inter Paulum filium Jacobi de Rauen et filios suos ac Nicolaum filium Stephani de Ste^ phanouch possessione in eadem facte in eadem Stephanouch.

163.

1376. 16, septembra. <U Dubrovniku),

Općina duBrovačfa pise Bogdanu PriBojevicu da ne Bi izvršio svojiB prijetnja protiv konzufa i njegoviB savjetnifia u SreBrnici.

Die XVL septembris. Hec est copia littere preceptorie destinate Bogdano Priboevich dicto Ocrugli.

Andrea de Dobre de Bin^ola, rector de Ragusa, iudesi et con* silieri de la dita terra, al discreto e savio Bogdano Priboevich dito Ocrugli, nostro citadino de Ragusa, salute cum sinciero amore. Fo ni dato a saver ca tu cum tuy parenti et amisi ve lassati dire de parole sconge de amena^e contra Andrea de Men^e nostro consolo in Srebernica et Helia de Saracha et Matcho de Nicola Suesda suy con* silieri per occasion de tuo frar Bogav^e, lo qual havemo in carcere,- digando ca per lo dito lor nuy lo havemo incarcerado et non per le sue male cure chi ha fatte. Et per^o ti comandemo che non debi far nessuna offesa contra li diti Andrea et Helia et Matcho de dito, sotto pena de perperi C, et de fatto sotto pena de perperi M. Et sapie de *certo,* ca se alguno mancamento sera fatro a li dicto consulo et a li sui iudesi, nuy havaremo ca tu lo farai, ca sicho semo informadi, tu

[1] glede ovoga dopunjka sravni listinu istoga bana i istoga datuma.

si quelio chi fay et ordini che sia fatte queste amena^e. Et per^o debie esser savio ad vivere in pase et far ben tuoi fatti. Et questa littera **a** cautela fessimo copiar in la nostra cancelfaria, et daremo plena fe a chi ti la presentara per parte nosrra, li quali *so* questi per nome Matechus Bosenovich et Tholanus Gercovich, cursores.

Lettere e commissioni di Levante 1359~~138o f lo4. LiBri reformationum iv. 151-152.

164.

1376. 2. oktobra. U Trogiru <In burgo Tragurii).

Procfan Radojević čini svoju oporuhi,

In Christi nomine amen. <Anno eiusdem natiuitatis) millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, indicione quarta decima, regnante do^ mino nostro domino Lodouico, serenissimo rege Hungarie, Polonie, Dalmacie etc.,- temporibus quidem venerabilis patris domini Grisogoni, dei et apostolice sedis gracia episcopi Traguriensis et egregii et potentis viri domini Francisci de Georgiis de Jadra, regii miiitis et de eius mandato honorabilis comifis eiusdem ciuitatis Tragurii suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Petri Josefi, Augustini Dras , , . le Duymi Martini et Luce Micatii, die septimo mensis septembris. Cum Prodanus Radoeuich de burgo Tragurii suum fecerit testamentum in burgo Tragurii in domo dicti testatoris clausum et tribus diuersis si= gillis sigillatum presentibus Ma . . . Famini et Duymo Sgollo peilipario testibus vocatis et rogatis et Matheo Petri Mattei examinatore, scrip^ tum manu mei Vannes notarii infrascripti/ quod clausum esse voluit et post eius mortem aperiri et publicari per me dictum notarium seu alium iuratum notarium dicti comunis secundum consuetudinem ciuitatis Tragurii/ ideo ad instantiam et requisitionem commissariorum ipsius Prodani in presencia Nicole Jacobi et Stoiani superstantium testium ad hoc vocatorum et rogatorum loco dictorum testium absentium ac . . . tat . . . . et Mathei Petri Mathey examinatoris predicti sub predictis millesimo, anno, indicione et die secundo mensis octubris post mortem ipsius Prodani per me dictum notarium ipsum testamentum ut supra clausum, apertum fuit et subsequenter de uerbo ad uerbum integraliter lectum. Cuius tenor talis est: — Prodanus Radoeuich de burgo Tra£urii sanus mente et sensu licet corpore languens timens dei iudicium <et> mortis periculum nolens intestatus decedere dispositionem suorum

bonorum et rerum per presens nuncupatum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procurauit. In primis reliquid in opere ecclesie sancti Laurentii de Tragurio libras tres paruorum,- item reliquid in opere ecclesie sancti Laurentii de Tragurio libras tres paruoruni/ item reliquid in opere ecclesie sancti Nicolai monialium de Tragurio libras tres paruorum/ item reliquid reclusis sancti Petri de insula Bue mensuram vnam musti/ item reliquid fratribus minoribus loci Traguriensis vnam mensuram musti/ item reliquid dicte ecciesie sancti Nicolay monialium vnum doplerium cere valoris duodecim grossorum, qui doplerius offeri debeat in vigilia festi beati Nicolay in vesperis/ item reliquid presbitero Berte condam Petri *suo* apatruino libras tres paruorum,- item reliquid eidem presbitero Berte mensuras duas musti eidem dandas in duobus annis,- item reliquid Prodane sorori ipsius testatoris libras tres parvorum/ item reliquid Sta~ nane nepti ipsius testatoris libras tres paruorum/ item reliquid Lourino becchario, cui dixit tenert, libras decem paruorum/ item reliquid Petro Duymi cui dixit teneri soldos triginta paruorum,- *kem* reiiquid Jurgio Branichouich tantum quantum ipse lurgius suo iuramento dixit se de^ bere recipere a libris quinque paruorum infra,- item reliquid Lipi<pe vxori ipsius testatoris pro restitucione sue dotis libras quadraginta quatuor paruorum eidem persoluendas infra spatium trium annorum, videlicet anno quolibet pro tercia parte/ item reliquid eidem Lipipe in casu quo ipsa uellet moram trahere cum Frane filio ipsius testatoris libras quin* decim paruorum,- item reliquid dicte Lipige, eius vxori, medtetatem omnium rerum mobilium existencium in domo ipsius testatoris excepto vasselamine, de quo nichil habere debeat,- item reliquid, voluit et man^ dauit^ quod si dicta Lipi<pa predecesserit ante dictum Frane, quod dicta medietas rerum mobilium et libras quindecim paruorum reuerti debeant ad ipsum Frane,- item reliquid, voluit et rnandauit, quod infra quindecim dies proxime venturos computandos a die obitus ipsius testatoris pro indiuiso cum Jacobo Stipe Mengatii et de denariis dicte barche satis* fieri debeat presens testamentum et si deficeret in aliquo, tunc residuum testamenti satisfieri de musto vendendo per ipsos commissarios de prc^ senti anno,- item pro male ablatis incertis reliquid libras quinque par^ uorum distribuendas per suos commissarios prout ipsis melius videbitur. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et stabilibus, iuribus et actionibus ipsi testatori quolibet modo competentibus et compettturis residuis a predictis sibi heredem vniuersalem instituit et fecit Frane predictum eius filium et ad satisfaciendum et executioni mandandum contenta in presenti testamento,- suos fideycommissarios instituit et fecit Drascoe fratrem ipsius testatoris et Radosium Opanich,- item relU

quid, voluit et mandauit, quod si dictus Frane deceserit antequam perueniat ad etatem legitimam, quod medietas dicte hereditatis deueniat ad Stephanum fratrem carnalem ipsius testatoris et alia medietas distrU buatur pro anima ipsius testatoris per commissarios supradictos. Et hec est ultima sua voluntas, quam vafere voluit iure testamenti seu iure codiciKorum uel cuiuscumque alterius vltime voluntatis, qua melius de iure valere posset et tenere. Ego[1] Matheus condam Petri Ma^ thei conscius examinaui.

fSig. not.J. Bgo Vannes domini Johannis de Firmo, publicus imperiali autoritate notarius ac iuratus notarius comunis Traguriensis, rogatus de predictis scripsi et publicaui.

Izvornik na pergam. u arft. kaptofa u Trogiru no. lo4.

165.

1376. 7, oktofara. U Križevcima <In Krisio).

Petar Cirfie, župan firiževač&i, ocfgađa parnicu Ivana i Stjepana Rofia protiv Ladisfava sina Kakaševa de Zentfie.

Nos magister Petrus dictus Chirke, comes Crisyensis, damus pro memoria, quod causam quam magistri Iohannes et Stephanus filii Iohannis filii Roh de Dechche, pro quibus Gregorius filius Demetri dictus Labas cum procuratoriis litteris domini nostri Petri bani comparuit feria secunda proxfrna post ocfavas festi beati Mychaelis archangeli, contra magistrum Ladislaum filium Kakas de Zenthe pro quo Andreas filius AU berti cum nostris litteris procuratoriis astitit, iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum in factis potenciarum et rerum movere habebant coram nobis, de voluntate parcium procuratorum ad feriam secundam proximam post octavas festi beati Georgii martyris nunc venturi, statu in eodem duximus prorogare. Datum in Krisio, secundo die termini prenotati. Anno domini M°CCC°LXX sexto.

Magy; Cod. dipf. patrius. III. p. 197~ 8 no 16o.

Prepisao D. Ve'gBefy. „pro magistris ^oBanne et StepBano fifys RoB, contra magistrum Ladisfaum flfium Kafias de %entBe, ad feriam secundam proximam post octauas festi Beati Georgy martyris, prorogatoria". Originaf na komadu oste ćena papira, izvana pečat, u arfiivu Kisfafudy*a.*

[1] Drugi rukopis.

166.

1376. 10. oktobra. U Zadru <Jadre>.

Bartof de Cipriano i Koza de Begna poništuju sporazumno fiupo prodajni ugovor sfifopfjen g. 13J3. gfede sofjana na otofiu Pagu.*

In Christi nomine amen, Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, indicione quinta decima, die decimo octobrtS/ regnante serenissimo principe et domino domino Lodouico, dei gracia rege Vngarie, Polonie, Daimatie etc. temporeque reuerendi patris domini Petri de Matafaris, Iadre archiepiscopi ac magnifici viri domini Raphaelis de Surdis, comitis Iadre. Cum in rogationibus et pro^ tocollis Laurentii de Alexandrinis, notarii absentis, reperiatur quidam contractus uenditionis in hac forma conscriptus: — Millesimo trecen^ tesimo septuagesimo tercio, die octauo mensis martii. Ser Cosa de Begna iure proprii uendidit ser Bartholo de Cipriano infrascripta omnia sua |>ona: primo salinas viginti quatuor in duobus partibus in valle Pagi secundum suos confines et magan^enum suum positum in Pago cum toto suo sale existente in Pago et in omni alio loco, ubi de sale suo posset reperiri, et etiam possessiones omnes suas, in quibus consis^ tant posite ad Cernum sorcium septem cum dimidia cum suis terris et vineis et domum suam positam in Iadra in confinio castri prope stariam et iardinum positum extra Iadram,- pro precio florenorum duorum milium auri quos habuit/ quas omnes res defendere promisit pre^ sentibus domino Galcatio de Surdis et magistro Cerno medico testibus, — idcirco prefati ser Bartolus et ser Cosa in presentia mei notarii et testium subscriptorum dixerunt et mandauerunt dictum contractum cassari per me notarium cui commisse sunt rogationes prefati Laurentii notarii per maius consilium Iadre. Quo contractu cassato et cancellato considerans idem ser Cosa, quod de ipso contractu forte extracta erat publica scriptura et publicum instrumentum vel alia inde facta nota uolunt et iuxta suam uoluntatem prefatus ser Bartolus asseruit et dixit, iussit et uoluit, quod si qua alia scriptura uel instrumentum inde facta vel confectum ulo unquam tempore appareret, ex nunc sit uana et cassa, cassam et anuliatam et nullius sint valoris efficacie vel effectus, nullam^ <jue obtineant roboris firmitatem et pro uanis, cassis, irritis et annullatis et nullius efficacie habeantur. Actum Iadre, presentibus ser Matheo condam Damiani de Begna, Thomaseo et Galio preconibus, habitato^ ribus ladre, testibus vocatis.

† Ego Maurus condam Petri de Grissogonis, iudex exeminator manum missi.

CSig. not.J Et ego Peronus ser Taccitoli de Angulo, imperiali auctoritate notarius Iadreque iuratus suprascriptis interfui eaque prout acta fuerunt scripsi et publicaui.

lzvorm'6 na perg. u arfi. grof. Begna u Posedarfu. P, no. 122.

167.

1376. 14. oktobra. U Križevcima <In Crisio).

Petar Cirfte, župan firiževačfii, odgada parnicu izmedu Ivana i Stjepana sinova RoBoviB i Ladisfava sina Kafiaševa radi nasifja,

Nos magister Petrus dictus Chirke, comes Crisyensis, damus pro memoria, quod causam, quam magistri Iohannes et Stephanus filii Iohaanis fiiit Roh de Dechche, pro quibus Gregorius filius Demetri<i> dictus Labas cum procuratoriis litteris domini nostri Petri bani compa^ ruit, feria secunda proxima post octauas festi beati Michaeiis archangeli contra magistrum Lad<izia>um fifium Kakas de Zenche, pro quo And<reas> fiiius Alberti cum nostris litteris procuratoriis astitit, iuxta continenciam priorum iitterarum nostrarum prorogatoriarum in factis potenciar<iis> et rerum mouere habebant coram nobis, de voluntate parcium procuratorum ad feriam secundam proximam post octauas festi beati Georgii m<arti>ris nunc venturi statu in eodem duximus proro^ gandam. Datum in Crisio, secundo die termini prenotati, anno domini M°CCC°LXX^{mo} sexto,

Na Brptu; <Pro> mag<istro Iohann>e et Stephano <fiiiis Roh contra> magistrum <Ladizlau>m filium Ka<kas de Zenche ad feriam secundam proxima>m post octauas <festi beati> Georgii martiris pro<rogatorie>.

lzvomt'6 na papiru u narod. muzeju u Budimpešti CBivša zBiriia Ve'gBe= fyevaj. Ma Brptu vide se odfomci vrfo mafena pritisnuta pečata u oBičnom vosfiu, fiojim Bijase fist zatvoren,

168.

1376. 21. oktobra. <U Dubrovniku).

Radonja piše opcini duBrovačkoj da pozove nefiu vfastefu duBro= vacBu da povrate crfivenu imovinu zafozenu im od pokojnog popa treBinjslioga.

U knjizi iatinski zapis: Nichoia Bogdanovich calogerus de Canali, frater presbyteri Tverdeni, Bochcinus Stanislavich de Tribunio, nepos*

dicti presbyteri Tuerdeni, Raychus Milatcovich de Versigna, nepos dicti presbyteri primili su sve što su imali u zalogu kod Sredana, Mi=> lana i Radoslava Bogdanića, Radogna Cudelenonich per suam litteram sclauonicam etiam scripsit, quod Nichofa, Bochcinus et Raychus debent habere res supradictas dicti presbyteri Tuerdeni, que litera sclauonicha est hic affixa.

Slijedi listina:

<Adresa>. Kiif.J^ и с8диил\к и кластелоллк.

<Text>. БнсзЗ и с8дигал\к н кллгплоллк д$кроккчкил\к и»дк Радонс поклоненше. Бластслс, Ул\рклк ie nonk тр-ккински и фо № кило цркокно то онк ie постакилк S граданина 8 кашсга 8 ржкдитл н кластеле Ккд* $мр*к ткде пр^крУчи кс*кл\8 зкор^ дл л\8 с« WHOH пода кал#г«р$ крат# л\8 и снnскцЗ MS Есрчин^ н SHSKS л\У Ранк#. *П* кластел« ки зндтс iepe тки калЗгсрк вл*к^кл нгfc н« те ct Уткорити. Дл л\олимс каск како наш8 господ$, рците кашш$ градлнинИ, да WHOH нода клл8гер# всклл В зкср8 ШО te цркокно дл не стои сти Ст(0флнк п^стк; iepe всакк наск кога моли и когк ви ксссли.

Diversa canceffariae knjiga ∂. 1376. u đuBrovačkom arkivu. Mi nađosnto ovaj fist izđeran, zato ispravismo tekst po $irečku Spom. srp, lol. a dođasmo po njem i fatinski đio.

Pucic' Spom. srp. II. Br. 34, 2 7-

169.

1376. 23. oktobra. U Budimu <Bude>.

Ljudevit, krafj ugarski i hrvatsHi, zaštićuje Pažane od napadaja zadarsiiifi, i daje im iste sfoBode fioj'e imadu i ostafi gradovi Dafmacije,

Ludovicus, dei gratia rex Ungarie, Dalmatie, Croatie, Polonie etc. Omnibus et singulis tam presentibus quam futuris paginam presentem inspecturis significamus, quod ad nostre majestatis conspectum accedentes viri nobiles Damianus Radosii et Balbe Bisanich, cives et am* basciatores Paghensium, querimoniose exposuerunt, qualiter Jadrenses ut immemores sue salutis illicito et indebito modo quasdam litteras ex nostre celsitudinis parte obtinuerant et easdem pandentes communitatem et insulam Paghensium nituntur angariare. Verum quia non est con* veniens nec justitie consonum, ut hujusmodi scelera pullulare dimit* *tantur,* cohadunaris regnorum nostrorum certis prelatis et baronibus de hujusmodi litteris colloquium habere decrevimus. — Tandem ad hoc con^

vocati et accersiti Jadrensium ambasciatores urrique cum Paghensibus plurimas necessltudines proposuerunt, pro quibus nobis dictisque baro^ nibus et preiatis visum extitit, quod quia deceptio sit omnino revocanda temeritasque punienda hoc modo ut prenoscitur patefacte littere Jadren^ sium sunt emanate. Unde deliberato nostro maturo consilio quascumque litteras seu quecumque privilegia hucusque dictis Jadrensibus quoquo modo et a quocumque contra libertatem et communitatem Paghensium obtinuissent, annullamus et cassa ex nunc prout ex tunc et tunc prout ex nunc presentium tenore notificamus. Volentes ut prelibata commu> nitas Paghensium libertate, potestate, auctoritate fulgeat, gaudeat et potiatur ut alie nostre civitates Dalmatie gaudere et potiri consuete sunt et consueverunt. Etiam volumus expresse, ut nullo modo, actu atque facto de cetero se predicti Jadrenses in nostram insulam Paghi se intromittant, incolis ejus, consiliisque eorum nullam molestiam aut injuriam sive damna inferre presumant, secus gratie nostre sub obtentu . . . facere non ausuri. — Datum Bude, feria V. post festum s. Luce evangeliste, anno domini MCCCLXXVI.

Ruić Riflessioni sopra Pago. T. I. 286—287-

170.

1376. 29. oktobra. ^U Dubrovniku).

Opcina đuBrovačfca piše svojim trgovcima u Mitrovicf kafco da urecfe svoju kofoniju i postavfja im konzufa,

Die XXVIIII mensis octobris. Indictio XIIII. Copia littere destU nate Pasche de Mence et aliis nobilibus de Ragusio, qui morantur in sancto Dimitrto, super facto consulis et iudicum.

Jacomo de Mence, rector de Ragusa, cum \o conseglio de pregato, a li nobili et savii Martolo de Chatena, Nicola de Goce, Pascha de Mence e Simcho de Bona, nostri centili homini et a tuti altri nostri citadini de Ragusa, li quali dimorano in santo Dimitrio, salute cum sincero amore, Avanti ne scriveste per vostre lettere, che noy doves^ simo far dentro de *voy* uno conselo e due cudesi, li quali debano et possano cudigar dentro de voi li plati et discordie, che sono dentro de voy. Et perco noy, volendo condescendere a la vostra custa peticion, vi demo a saver che avemo fatto vostro consolo, per autoritade a noy data da lo grande conseglicv Pasche de Mence, lo qual Pasche volemo che debi elegere per suoi iudeci due nostri centili homini, se pora avere in san Dimitrio, e se non potesse aver centili homini, e esso abbia per suoi iudeci, in defeto de centili homini, de quelli de popolo nostri cittadini, li meliori che elli porra,- lo qual Pasche consolo facemo cum

questa condicione, che esso cum li suoi iudici tuti overo cum la macor parte, debia iudicar et definire secondo lor bona conscienca tute le difference e plati de li mercatanti nostri de san Dimitrio, de quelli contratti che sono facti e farano si in san Dimitrio e in quelli iuogi visini, et non de li contratti fatti o che se fara in Ragusa. Cum questa condicion, che se alcun, contra *lo* quale se dara la sentenca, se tegnera agravato, possa appeflare de presente, se vorra, a (a signoria de Ragusa cum questo modo e ordine, che infra di octo prosimi che vegnera scomincando da lo di che sara data la sentenca predetta, debia deponere e dare in mano de \o consoli e de li iudeci lo valore de lo presio de la detta sentenca et cum la copia de tuto io processo e de la sentenca facra per li detti consolo e iudisi, sigilata cum li lor sU gilli, debiasi partire da *lo* dito logo e vegnir over mandar infra uno mese proximo a la signoria de Ragusa a otegner sentenca di Ragusa. Et se infra li di octo non dara lo valor de lo presio de la sentenca in mano de lo consolo e delli iudesi, e non se partira che vegna, overo mandi, che sia davanti a la nostra signoria, infra uno mese la sentenca sia rata e ferma. Et se lo consolo se partira per cason de vegnire a Ragusa, et vuy mercadanti non debie scrivere, che vi fa^ cano un altro consofo, et se alcuno de ii iudesi si partira da san Dimitrio, e lo consolo co aftro iudese che remagnera, debi elegere *uno* altro iudese nostre centii homo, se sara,- e se non fosse centil homo, e debi elegere uno nostro popolaro in pe de quello iudese, che non fosse in lo luogo. Et se fosse aicuna questione overo playr de lo consolo, li iudesi in quelia question debia elegere uno altro con* solo/ et se fosse alcuno playdo che tochase a lo iudese overo li iu^ desi, allora in queilo piaydo io consoio per simiie modo debia elegere altro iudese over iudesi in quelli playdy.

Lettere e commissioni di Levante 1259 - ISSo f. lo4. 6.
LiSri reformationum IV. 152~-153.

171.

1376. 8. novembra. <U Zagrebu).

Kaptof zagrefacfii prepisuje pod svojim novim pecatom svoju fistinu od 21 maja 1315- CCod dipf VIII str. 391- 392.J, u kojoj Do minikanci zafaztt posjed Bfiznu, i svoju fistinu od 31 decemfra 131J. CCod, dipf PIII str. 47o.~47LJ, бojom po nafogu fcrafjevu uvodi zafožnog vjerovniHa u posjecf Bfiznu.*

<C>apitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus pre* sentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris saiutem in

domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod egregius vir Renoldus filius magistri Renoldi de Wywar pro tunc capitaneus castri Zagrabiensis ad nostram personaliter acce* dendo presenciam exhibuit et presentauit nobis quasdam litteras nostras priuilegiales priori nostro sigilfo consignatas petens nos debita cum instancia, ut tenorem earundem presentibus de uerbo ad uerbum trans* scribi et appensione nostri sigilli noui faceremus consignari. Quarum tenor vnius talis est:

CSfijedi fistina zagreB, fiaptofa od god 1315- 2L majaj,

Alterius littere tenor is est;

CSfijedi fistina istoga Baptofa od god 1317, 31, decemBraJ.

Nos itaque iustis et condignis peticionibus ipsius egregii Renoldi annuentes, licet vnam litteram nostram priuilegialem in sigillo propter malam sew incautam conseruacionem aliqualiter rumpere videbamus, tamen easdem de uerbo ad uerbum transscribi et appensione sigilli nostri noui fecimus communiri. Datum octauo die festi omnium sancto^ rum, anno domini millessimo trecentesimo septuagesimo sexto etc. etc,

Izvornik na pergameniu fir, zem. arfiivu u 'ZagreBu: Doc. međii aevia. 1376, Na fistini visi crvena i modra svifena vrpca, pečat je otpao,

Drugi primjerafi u arfiivu građa ZagreBa ođio Remete fasc. Ino 3, Tfiafčić Mon. civ. ZagraB I. 254-255-

172.

1376. 17. novembra, 11 Križevcima <In Crisio).

Pred Petrom CirBe, podBanom i zupanom Briževačiiim, nagadaju se Hriževačfii joBagioni iz roda Prefsa gfede trecine neBog mfina na rijeci Vefifioj.

Nos Petrus Chirke vicebanus regni Sclauonie et comes Crisyensis ac Andreas filius Martini comes terrestris de eodem memorie com* mendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Nicolao filio Petres, nobite iobagione castri Crisyensis de genere Prelse, ab vna, parte vero ex altera Martino et Nicolao, filiis Mathey filii Martini, similiter nobilibus iobagionibus castri genere de eodem, personaliter coram nobis constitutis propositum extitit per eosdem mi* nisterio viue vocis pariter et relatum, quod licet inter ipsos lis et grauis materia questionis super facto tercie partis cuiusdam molendini in fluuio

Velike vocato currentis et existentis, quam porcionem dicti molendini, scilicet terciam partem, anotatus Mathey pater eorumdem Martini et Nicolai a Paulo fiiio Petri mediantibus iitteris Luchasii filii Simonis, condam comitis terrestris Crisyensis, pro octo pensis denariorum com^ parasse dignoscebatur et per eundem Nicolaum filium Petres ordine judiciario recaptiuate, suscitata fuerit et exorta diutiusque inter eosdem extiterit ventilata coram nobis, tamen ipsi ex speciali nostra judiciaria licencia et permissione, vt de medio eorum omnis litis materia, liuoris malicia et rancoris macula penitus exstirpetur et euellatur ipsique et eorum heredes in perpetua pacis tranquiliitate possint permanere et velint per composicionem et ordinacionem proborum et nobilium virorum super facto ipsius tercie partis dicti molendini taliter concordassent ymo concordarunt coram nobis, quod iidem Martinus et Nicolaus filii Mathei ipsam terciam partem annotati molendini in predicto fluuio Velike currentis eoque racione consanguineitatis ac jure hereditarie successionis ipsis Nicolao filio Petres magis quam ipsis attinere dignoscebatur eydem Nicolao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus consensissent et relinquissent, ymo consenserunt et relinquerunt coram nobis eo jure perhempnali tenendam et possi* dendam, quo sibi dignoscitur pertinere. In cuius rey memoriam firmU tatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales ad peticionem parcium duximus concedendas. Datum in Crisio, feria secunda proxima post festum beati Martini conrfessoris, anno domini millessimo CCC^{mo} LXX^{mo} sexto.

Izvornifi u arhivu fagosf. afiađemije u ZagreBu. Dipfomata a. 1376.

173.

1376. 24. novembra. U Zagrebu (Zagrabie).

Zupan zagreBacki i zemafjsiii župan turopofjski rješavaju spor među tiiropofjstiim joBagionima gfede posjeda Mracfin.

Nos magister Nicolaus de Werthus comes Zagrabiensis ac Iwan filius Gregorii, comes terrestris de Campo Zagrabiensi, damus pro me^ moria quibus expedit vniuersis, quod accedentes ad nostram pre.sen« ciam personaliter constituti coram nobis Barnabas ac Iwan filii Ibra filii Zoych de Mrachlin ab vna, ab altera vero Iwan filius Metehen filii Radozlay de eadem, nobiles iobagiones de Campo, iidem Barnabas, Iwan sibi contraria tali modo proponebant, in sede inde iudiciariam <I>,

<juod Iwan filius Machy<!> filii Radozlay nullam porcionem secum in quarta parte possessionis Mraczlin non haberent. Quo audito Iwan fiiius Metehen porrexit nobis vnam litteram cum duobus sigillis pendentibus •comitis Zagrabiensis et terrestris, in qua sic continebatur, quod ipsi Metehen quam Banko, Matheus fifii Radozlay cum eisdem Barnaba et Iwan in quarta parte possessionis Mracz<Ii>n terciam partem haberent sicut in litteris eorum priuilegialibus continetur, qua tercia pars per manus filiorum Radozlay antedictorum fuerant filii Stoych a multis temporibus impignorata. Vnde nos auditis instrumenta eorum ambarum parcium vna cum nobilibus consedendo tali modo adiudicauimus pre* dicto Iwan filio Metehen filii Radozlay: predictam terciam porcionem in quarta partis inuolui plenarie haberent et tenerent iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam in filios fi- Jiorum et heredes per heredum sine vlla contradiccione predictorum Iwan et Barnabe filiorum Ibra filii Zoych, et perpetuum silencium contra predictos filios Radozlay, item eciam tali condicione interposita, quod si ipsum Iwan filium Metehen mori contigeret sine herede, tunc predictus Iwan et Barnabas vel sui heredes a fiiiis Stoych redimere poterint. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam, presentibuš sigilla nostra duximus pendenda. Datum Zagrabie, feria secunda pro^ xima ante festum beate Katherine virginis, anno domini miilesimo tre^ centesimo septuagesimo sexto.

Iz originatne potvrde krafja Ljudevita od g. 152o„ koju je 6ra(j opet pre» pisao g. 1524. U arkivu općine turopofjsfie.

Laszowski: Spom. Turopofja I. 96-97-

174.

1376» 22. decembra. U Zadru ^Jadre).

Samostan sv. Krševana daje Kofanu i Ivanu Percinovu na deset godina u zakup nefie zemfje uz označene usfove.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, inditione quinta decima, die vigesimo secundo mensis decembris,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Dafmacie temporeque reuerendi patris domini Petri de Matafarris, archi* episcopi Jadrensis ac magnifici viri domini Raphaelis de Surdis de Pla^ <centia, honorabilis comitis Jadre. Conuocato et congregato capitulo et

conuentu monasterii sancti Grisogoni de Jadra in dicto monasterio in» camera infrascripti domini abbatis ad sonum campanelle, ut moris est, de mandato reuerendi patris domini Iobannis abbatis dicti monasterii,. in quo quidem capitulo interfuerunt infrascripti monaci siue fratres dicti monasterii videlicet: fratre Guillelmo, priore dicti monasterii, fratre Qi^ uitcone, fratre Dominico et fratre Petro supradictus dominus abbas cumi presentia, consensu, uoluntate et deliberacione dictorum fratrum et mo= nacorum nomine ipsius monasterii, capituli et conuentus per se et sub* cesores suos omni modo, iure, uia et forma quibus melius fieri potuitA dedit et iocavit Colano fiiio condam Marini de Fanfogna, oiim ciuis Jadre, pro tribus partibus et Iuani condam Percini de Insula Magna habitatori in Regniuopogle pro reliqua quarta parte recipientibus et stU pulantibus pro se eorumque heredibus et subcessoribus omnes et sin^ gulas terras, vineas et quascumque alias possessiones cultas et incultas: cum omnibus et singulis pasculis, aquis, montibus, nemoribus, pratis, arboribus et omnibus et singulis circumstantiis, iuribus, pertinentiis *et* usibus suis eidem monasterio quoquo modo spectantibus et pertinenti^ bus positas in Insula Magna in loco uocato Telca et in loco uocato Cobiglarath,- quarum tales dlxerunt esse confines; de trauersa sunt monte& heredum condam Merdesse, de borrea sunt terre dictorum heredum condam Merdesse, de austro et de quirina est mare/ item in Ioco uocato- Pogle sancti Grisogoni, quarum tales dixerunt esse confines: de trauersa- et de borrea possidet ser Franciscus, de Ziualeiiis, de austro est marer de quirina sunt montes,- ac etiam omnes et singulas terras ipsius mo* nasterii positas in confinibus de Iesera, quarum tales dixerunt esse con^ fines: de trauersa et de quirina sunt montes, de austro partim sunt montes et partim est iase ser Damiani de Nassis, de borrea possidet dictus ser Damianus de Nassis uel si qui forte essent confines alii ueriores,- ad affictum hinc ad decem annos proxime uenturos incipiendos- in festo sancti Georgii proxime uenturo,- quod si fortasse ipsa locatio de iure fieri non potest de iure<!>pro decem annis, saltem ualeat pro- tanto tempore pro quanto de iure fieri potest usque ad dictos decem annos,- et hoc pro affictu cuiuslibet anni dictorum decem annorum octua*^ ginta florenorum auri boni et iusti ponderis et sex modiorum vini de vino proueniente de dictis vineis ut supra locatis. Quos octuaginta flo* renos auri nomine fictus suprascripti Coianus et Iuanes se principaiiter et insolide obligando per se eorumque heredes et subcesores predictO' domino abbati pro se et subcessoribus suis nomine dicti monasterii stk pulanti dare et soiuere promiserunt eidem quolibet anno dictorum decem annorum in festo natiuitatis domtni nostri Vesu Christi,- et hoc fecit

dictus dominus abbas cum presentia et consensu dictorum fratrum et siionacorum dicti monasterit pro comodo et utilitate ipsius monasterii et quia sibi bene placuit, exceptioni rei non sic geste et omnium pre- tnissorum non sic inter ipsas partes actorum et omni legum, decretalium et statutorum auxilio renuntiantes. Promittens dictus dominus abbas per se suosque subcessores nomine dicti monasterii solempni stipulatione dictis Colano et Iuani pro se eorumque heredibus et subcessoribus stipulantibus predictas omnes et singulas terras, vineas et possesiones ut supra locatas cum omnibus et singulis suis iuribus, actionibus et pertinenciis durante toto tempore dicti affictus eisdem legiptime defen^ dere, disbrigare, auctori^are et excalumpniare ab omni molestante per^ sona, collegio, comune et uniuersitate et nullam obligationem uel con- tractum in dictis rebus locatis uel aliqua earum siue ipsarum occasione facere, cuius pretextu dicta locatio infrigatur <!> uel quominus ipsi Co^ ianus et Iuanes eisdem possessionibus et qualibet earum ac omnibus iu= ribus ipsarum uti et frui ualeat usque ad terminum supradictum quem^ admodum uti et frui poterat ipse dominus abbas,- et e contra predicti Colanus et Iuanes promiserunt eidem domino abbati finito termino dicti affictus sibi et dicto monasterio predictas terras, vineas et possessiones ut supra locatas liberas et expeditas relaxare,* hoc acto inter partes predictas, quod, si propter guerram que esset dicti Colanus et Iuanes percipere non possent fructus dictarum possessionum, ipsi eo casu soluere teneantur ipsi domino abbati dictum affictum solummodo pro rata. Que omnia et singula suprascripta promiserunt vicissim, scilicet unus alteri ad inuicem sollempnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus firma et rata habere et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua[1] uel causa, modo uel ingenio, de iure uel de facto, per se uel alios sub pena quarti dicti afictus stipulatione ad inuicem inter eos in singulis capitulis huius capituli siue contractus insolide promissa, qua soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta et infra- scripra,- item reficere et restituere unus alteri ad inuicem omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis et adimplendis dictus dominus abbas obli^ gauit predictis Colano et Iuani omnia bona dicti monasterii presentia et futura et e conuerso Colanus et Iuanes insolidum obligauerunt dicto domino abbati se et omnia eorum bona presencia et futura,- volentes et mandantes dicte partes, quod de premissis fiant duo publica instru^ menta consimilia, quorum unum detur dicto domino abbati, aliud uero predictis Colano et Iuani, Actum Jadre, in dicto monasterio in camera

[1] Očito ispušteno: ratione,

dicti domini abbatis, presentibus nobili viro Anthonio condam Iohannis de Fontana Rosa et Iacomello Amato Sparino, habitatoribus Jadre, testibus uocatis et rogatis et aliis.

Ego[1] Maurus condam Petre<!) de Grissogonis, iudex examinator manum missi.

CSignum notj Ego Petrus condam Bartholomei de Annobonis de Sarcana, imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, premissis omni* bus et singulis presens fui et rogatus scripsi et publicaui.

Izvornifi na pergameni u guBern. arfc. u 'Zadru (odio sam. Sv. Krsevana caps. XVIII n° 419J.

175.

1377- 8. januara. U Zadru <Jadre).

Mifeša Kafefović ustupa DoBri, udovi iza Sakova T^anfogna, svoje tražBine protiv Matije Tanfogna nastafe iz prodaje vina.

In Christi nomine amen. Anno domini ab eiusdem incarnatione millesimo trecentesimo septuagessimo sexto, indictione quinta decima, die octauo mensis ianuarii,- regnante serenissimo principe et nostro do* mino naturale domino Lodouico dei gratia inclito rege Hungarie, Po^ lonie, Dalmatie et Crohatie etc,- temporeque reuerendi patris domini Petri de Mactafaris, archiepiscopi Iadrensis, nec non magnifici viri domini Raphaelis de Surdis de Placentia^ comitis oiuitatis Iadre. Milessia Calebouich de Insula Magna per se suosque heredes et successores dedit, tradidit, cessit atque concessit et vigorem et robur plenissimum de iure bene valiturum fecit domine Dobre relicte condam Iacobi de Fanfogna stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus et successo* ribus omne itis omneque<!) actionem realem et personalem, vtilem et directam seu mixtam, quod et quam dictus Milessia habebat et habere poterat contra ser Mattheum condam Iacobi de Fanfogna et sua bona pro quantitate ducentorum viginti duorum modiorum vini venditi per dictum ser Mattheum dicto Milessie pro quantitate ducentarum librarum denariorum parvorum, quas dictus Mattheus habuerat et receperat a dicto Milessia pro ducentis viginti modiis vini predicti, quod dictus Matheus promiserat dare *dicto* Milessie ad certum termmum iam elaps* sum et non dederat, ut de predictis patet publico instrumento scripto et publicato manu Iacobi Bonacursi de Foroliuio notarii Iadre in mil-

[1] Drugi rukopis.

lesimo trecentessimo sexagessimo octauo, indictione sexta, die viges*
simo sexto mensis augustt, a me notario infrascripto viso et lecto/
item de quantitate centum modiorum vini similiter venditi per Mat^
theum dicto Milessie pro quantitate centum librarum denariorum par*
vorum, quos dictus Mattheus habuerat et receperat a dicto Milessia in
alia manu pro dictis centum modiis vini predicti, quod dictus Mattheus
promisserat similiter dare dicto Milessie infra certum terminum iam
<elapssum> et non dederat, ut de predictis patet vno scripto seu ce^
dula scripta manu propria ipsius ser Matthei de Fanfogna in millessimo
trecentessimo sexagessimo nono, die vndecimo decembris a me notario-
infrascripto similiter viso et lecto, Et hoc pro eo, quia eidem Milessie
bene placuit et quia coram me notario et testibus infrascriptis con^
fessus et contentus fuit penes se integrafiter habuisse et recepisse a
suprascripta domina Dobra suprascriptas quantitates trecentarum vU
ginti duarum librarum denariorum parvorum suprascriptis occaxionibus.
Constituens ipsam dominam Dobram procuratricem in rem suam et
ponens ipsam in locum suum ita et taliter, quod ipsa domina Dobra
amodo et deinceps posset et valeat in iuditio et extra agere, experiri,
petere, exigere, excipere et replicare, consequi et se tueri solummodo
pro dicta quantitate trecentarum viginti duarum librarum denariorum
parvorum rehabenda et non aliud, Et in signum vere cessionis et tra*
ditionis dictus Milessia dedit, tradidit, cessit et concessit dicte domine
Dobre presenti et recipienti dictum scriptum manu dicti ser Mattheus
et dictum instrumentum. Nec non dictus Milessia per se suosque he*
redes et successores promixit et conuenit dicte domine Dobre pro se
suisque heredibus et successoribus, quod de dicto iure et actione in
totum uel in partem nemini alii actenus fecit dationem, traditionem, ces^
sionem, concessionem, finem vel quietationem, obligationem aut aliquem
aiium contractum in fraudem et preiuditium presentts contractus,- quod
si contrarium aliquo tempore appareret, promixit eidem domine Dobre
dare et reddere et restituere dictas trecentas viginti duas libras dena«
riorum parvorum et quartum plus pro pena, et reficere omnia dampna
et expensas ac intereresse, quod et quas ipsa domina Dobra substinuerit
in iuditio vel extra occaxione predicta,- obligando eidem domine Dobre
in casu predicto omnia sua bona presentia et futura, et dicta pena
soluta vel non, nichilominus presens contractus firmus persistat. Actum
Iadre, sub logya mangna <!>, presentibus ser Micha de Picchiaro et ser
Simone de Begna de Iadra, testibus et aliis ad hec habitis et vocatis,

Ego I. . . . .s filius ser Nicholai de Srechia, iudex examinator
manum misi.

(S/ff. rtot.) Et ego Vannes condatn Bemardi de Firmo, publicus imperiali auctoritate notarius et ciuitatis Iadre iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Izvornifi na perg. u агб. grof. Begna u Posedarju: P. no, 12J.

176.

1377. 11. januara. U Diosgyoru (Diosgeor).

Ljudevit fcrafj ugarsh' i fjrvatski potvrđuje posjede magistra Novaka.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidefi suo magnifico viro magistro Jacobo de Scepus, comiti ac iudici curie nostre, ipsiusque vices gerentibus in iudicatu, quibus presentes audiuntur, saiutem et graciam. Licet pridie fideli nostro magistro Nouak, castellano de Salgo, pro suis fidelibus placibilibus seruiciis nobisque ad<!> vicinis temporibus citra constanter et cum omni diligencia impensis et con* stancius in futuris, ut speramus, impendendis in aliqualem huiusmodi suorum seruiciorum recompensam, villas videlicet Oslyan, Hazzaneu et Cruzzwighe vocatas sub castro Zuanigrad in prouincia Odra ha^ bitas et existentes per iiteras nostras priuilegiales donatiuas in filios filiorumque suorum dederimus et contulerimus possidendas et habendas. Prout huiusmodi donacio in ipsis literis nostris clarius et lucidius *con** tinetur, ipsumque assumpsimus in pacifica possesione earundem villarum conseruare et manutenere. Nunc uero venerabilis pater dominus Paulus episcopus Tininensis eundem Nouak racione predictarum villarum coram nobis traxit in causam, vollens eundem laboribus fatigare et expensis, contra donacionem per nos sibi factam. Idcirco mandamus vestre fide* litati firmiter per presentes, quatenus deinceps contra prefatum Nouak racione predictarum villarum ad instanciam predicti episcopi nullo modo procedatis, neque eidem racione dictarum villarum quidquid grauaminis inferre, aut nouitatis facere presumpmatis, ymo de instancia dicto Nouak facienda eidem episcopo silencium imponatis, Si uero idem episcopus quidquid iuris se sperat in ipsis villis habere, hoc contra nos prose* quatur et non contra Nouakum ordine iuris obseruato, cui nos cura* bimus respondere, aliud non facturi. Datum Diosgeor, feria sexta proxima post festum epiphaniarum, anno domini millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} septimo.

Iz isprave dvorsfiog suca $afiova de Scepus od13. januara 13JJ. u arBivu fineza EsterBazia u Zeffeznom.

*Vjesnik zemafj. arft. god. VII. 155-~ 156**

177.

1377. 13. januara. U Višegradu. <In Visegrad),

Sakov de Scepus, firafjev sudac, sucfi u parnici izmedu fininsfioga BisHupa Pavfa i magistra NovaRa.

Nos comes Jacobus de Scepus, iudex curie et vniuersarum ciui* tatum serenissimi et magnifici principis domini Lodouici dei gracia in^ cliti regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., memorie commendantes tenore precencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum ipse dominus noster rex nos pro disponendis et expediendis suis regiis negociis, nec non cuilibet querulanti iusticia imponenda in Dalmacie et Croacie suis regnis iudicem specialem deputasset et comisisset sua regia auctoritate, tandem nobis tercio die festi beati Andree apostoli proxime preteriti, vna cum ipsorum regnorum Dalmacie et Croacie nobilibus pro disponendo ipso regio negocio,ac iusticia querulantibus impendenda, Tininii in sede nostra iudiciaria eonsedentibus, dominus Sebastianus archidiaconus ecclesie Tininiensis pro domino Paulo dicte ecclesie episcopo cum procuratonis literis nostris in nostram exsurgendo presen* ciam, contra magistrum Nouak filium Petri, castellanum de Salgou in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod ipse dominus episcopus huius rationem scire vellet, qua racione mediante idem magister Nouak quasdam possessiones Oslaue, Hrusuich et Hysane in districtu de Odria existentes, dicte ecclesie Tininiensi et per consequens ipsi domino epi^ scopo de iure pertinentes conseruaret. Quo percepto, idem magister Nouak in nostram personaliter exurgendo presenciam responderat ex aduerso, quod ipse super ipsis possessionibus literaria haberet instru* menta, qua non ad tunc, scilicet in termino ulteriori per nos sibi dando, coram nobis exhibere prontus esset et paratus. Unde nos hys perceptis commiseramus iudicando, quod annotato magistro Nouak vniuersa sua literaria instrumenta, si qua in facto dictarum possessionum haberet confecta, in octauis festi epiphaniarum domini tunc venturi contra annotatum dominum Paulum episcopum in curia regia coram nobis ex-* hibere teneatur, ut his visis iudicium et iusticiam facere ualeremus inter partes annotatas iusticia mediante. Tandem ipsis octauis festi epipha^ niarum domini instantibus Petrus filius Stephani pro ipso domino Paulo episcopo cum procuratoriis literis nostris ad nostram veniendo presen« •ciam, premissa per ipsum magistrum Nouak exhibere assumpta instru^ menta exhiberi postulauit per eundem. Quo percepto ipse magister Nouak

in nostram porro accedendo presentiam, quasdam literas dicti dominr nostri regis patentes secreto sigillo suo consignatas nobis presentauit,. hunc tenorem continentes:

CVidi fistinu od 11. Januara 1377J-

Nos igitur mandatum ipsius domini nostri regis exequi cupientes, causam predictam inter partes annotatas super premissa coram nobis habita condescendi facientes, ipsi domino Paulo episcopo silencium imposuimus, super requisicione possessionum antefatarum iuxta seriem predictarum fiterarum regalium. In cuius rei testimonium presentes li* teras nostras priuilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas prelibato magistro Nouafc duximus concedendas. Datum in Visegrad, in octauis festi epiphaniarum domini predictarum, anno miU lesimo CCC^{mo}LXX^{mo} septimo.

Originaf na pergameni Bez pečata. Repos. Tasc. 42. T. Nr. 44. u arBivu knezova EsterBazi u Zeffeznom.*

Vfesnifi zem. arkiva VII. 1$6.—157-

178.

1377. 25. januara. U Svetom Gjurgju (In sancto Georgio).

Ivan Horvat, macvansBi Ban, nafaže Baptofu BosansRom da iza šafje svoga covjefia fioji ima da Bude nazocan fiad će Nifiofa Gor* jansfii na osnovu ugovora za dug od 6oo forinti uzeti u zafog posjede Pavfa Pavfova Gorjans/tog.*

Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Boznensis, Iohannes ba^ nus Machoyensis et inter cetera comes de Wolkou. Dicitur nobis in persona magnifici viri domini Nicolai de Gara, regni Hungarie palatini, quod magister Paulus filius condam Pauli bani de eadem Gara ab eodem sexingentos florenos aureos acomodasset et terminum solu^ cionis octauas festi epiphaniarum domini nunc preteriti idem magister Paulus mediantibus litteris vestris assumpsisset et si predictum terminum obmitteret insofutum, ex tunc iam dictus dominus Nicolaus palatinus in qualibet possessione uel porcione sua possessionaria absque litigio^ nario processu condescendere et sibi ipsi occupandi et reseruandi li« beram haberet facultatem, donec premissam quantitatem pecunie eidem persoluere posset. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes filius Stephani de Panych uel Ladislaus frater

eiusdem aut Nicolaus de dicta Panych sin Iacobus de eadem seu lo^ hannes filius Emerici de Dersfalua, aliis absentibus homo noster, ad possessiones uel porciones suas possessionarias accedat et vbi iam dictus dominus Nicolaus palatinus pro se occupare voluerit eidem occupet et post hec seriem tocius facti prout fuerit expediens nobis-amicabiliter rescribatis. Presentes autem ad presens propter carenciam sigilli nostri maioris, sigillo nostro minori fecimus consignari. Datum in Sancto Georgio, in festo conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini M^{mo} CCC^{rao} LXXmo septimo.

Iz izvorriog prepisa fiaptofa Bosansfioga odgocf. 1377- u 6r.- zem. arkivu u ZagreBu: Doc. medii aevi.

179.

1377. 25. jamiara. U Zadru <Jadre>.

Koza de Begna daje Stjepanu Cinape i Andrijašu $urisfavovu na 29 godina u zakup mfin u Crnju u oBfasti zadarsfioj uz odre dene usfove.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem mille^ simo trecentesimo septuagesimo sexto, indicione quinta decima, die vigesimo quinto mensis januarii/ regnante serenissimo principe et do^ mino nostro naturale domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hun^ garie, Polonie et Dalmacie temporeque reuerendi patris et domini do* mini Petri de Matafaris, dei et sancte sedis apostoiice gracia archU episcopi Iadriensis et egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placentia, ciuitatis Iadre comitis. Vir nobilis ser Chosa condam ser Mathei de Begna, ciuis Iadre, ex vna parte et presbiter Stipanus con-dam Chinape et Andreasius condam lurislaui, ambo habitatores Iadre, ex altera parte, ambe dicte partes pacto speciali se ad inuicem conue-nerunt hoc modo videlicet: quod dictus ser Chosa per se suosque heredes et successores iure locationis hinc ad viginti nouem annos incipiendo in presenti die dedit et locauit prefattis presbitero Stipano et Andreasio stipulantibus et recipientibus pro se et suis heredibus et successoribus vnum suum mollendinum ab aqua positum in Cergno districtus Iadre. Hiis pactis et conditionibus videlicet: quod dicti pres-biter Stipanus et Andreasius conductores solempni stipulatione pro* mixerunt et se obligauerunt ipsi ser Chose et suis heredibus et succes^ soribus dictum mollendinum bene et dilligenter tam de legnamine quam

<fe macinis et feramento et omnibus afiis suis neccessariis et oportunis aptare facere et complere et sic continue manutenere usque ad finem dicti termini taliter, quod dictum molfendinum macinare posset omnibus eorum sumptibus et expensis/ et quando necesse erit ire vel mitere suficientem personam per ciuitatem Iadre querendo bladum causa por= tandi ad dictum mollendinum pro macinando/ quod si non fecerint •omnem <P dannum<!) quod ipsi <P ser Chose incurreret et incurrere posset eorum culpa totum illud ipsi ser Chose vel suis heredibus et succes* soribus per se suosque heredes et successores solempni stipulatione refficere promiserunt sub pena quarti tociens comittenda et cum effectu exigenda reiterando quociens contrafactum fuerit predictis vel aliquo predictotum per ipsos,- qua soluta uel non, nichilominus contractus iste suam semper obtineat roboris firmitatem et cum reffectione omnium dannorum, interesse et expensarum litis et extra et cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum/ et omne lucrum vtille et proficiuum tam de blado quam de denariis quod <habe)tur et habebitur ex dicto mollendino infra dictum terminum totum fideliter et legafiter dividatur in partes tres equafes, de quibus vnam terciam partem dictarum trium parcium sine aliqua malicia dicti conductores per se et eorum heredes et successores dare teneantur et debeant ipsi ser Chose vel suis heredibus et successoribus eorum expensis in Iadra ad domum dicti ser Chosse,- et si dicti conductores uel sui heredes et successores ante complementum dicti termini ius suum quod haberent pro suis fatichis, magisterio et laboribus per eos factis in reparatione •dicti mollendini alicui vendere voluerint, denunciare debeant ipsi ser Chose, qui si emere voluerit, vendere debeant eodem precio quo ab aliis personis habere poterunt/ et si emere noluerit tunc vendant ius suum cui voluerint, iuribus tamen dicti ser Chose semper saluis et reseruatis, que ipse habet in dominio et proprietate sui mollendini et in tercia parte lucri et proficui ipsius,- et in capite dicti termini dictus locator accipere debet vnum bonum hominem et dicti conductores vnum alium et totum id, quod ipsi ambo extimabunt dictum laborerium valere dictus ser Chosa dare debeat, si ipsi ser Chose placebit, et si ipse ser Chosa noluerit eodem precio quo extimatum erit dictum la* torerium valere, tunc dicti conductores dictum suum laborerium per -eos factum libere accipere debeant et dictum moilendinum dimittere £t relaxare secundum quod ad presens manet. Et pro predictis omnibus et singulis melius actendendis et obseruandis sponte et per pactum dicti conductores obligauerunt se suosque heredes et successores et omnia £orum bona presencia et futura penes dictum locatorem et suos he^

redes et successores et ad conueniendum tam realiter quam persona* liter semel et pluries usque ad plenariam et condignam satisfationem omnium predictorum Iadre et ubique locorum et terarum et omni tem* pore. Quod mollendinum promixit quoque dictus ser Chosa stipulatione solempni per se et suos heredes et successores dictis conductoribus pro se et suis heredibus et successoribus stipulantibus excalumpniare et defendere ab omni persona et vniuersitate de iure sub omnium su- orum obligacione bonorum presencium et futurorum. Et voluerunt dicte partes, ut de predictis ego notarius infrascriptus duo possim ac debeam publica conficere instrumenta vnius eiusdem tenoris et parti cuilibet traddere vnum. Actum Iadre sub logia magna comunis, presentibus viro nobile ser Iohanne condam ser Thomaxii de Petri^o, ciue Iadre et Veselcho condam Yuanis habitatore Iadre, testibus voccatis et rogatis.

(m. p.) Ego Iacobus de Qadulinis, iudex exeminator manum missi.

(Sig. not.) Ego Petrus dictus Perentpanus condam domini A<ponis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et comunis Iadre notarius* iuratus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

Izvornifi na perg. u ar&. grof. Begna u Posedarju; P, no. 128.

180.

1377. 27. januara. <U Zagrebu).

Kaptof zagreBačfii prepisuje pod svojim novim pecatom na nafog Rrafjev svoju fistinu od to. feBruara 1353. fCod dipf. XII 148J,

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presen* cium quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Stephani de Scelch ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit et presentauit nobis quasdam litteras patentes excellentissimi principis domini Lodo* uici, dei gracia illustrissimi regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc, do^ mini nostri naturalis, secreto suo sigillo in margine inferiori consignatas, in quibus nobis mandabatur, quod quia ipse Petrus filius Stephani quas^ dam litteras suas patentes tenoris infrascripti priori sigillo consignatas- sub nostro nouo et moderno sigillo ad confirmandum et renouandum debito tempore propter suam necessitatem introportare nequiuisset, ideo ipsas litteras ad dictum mandatum litteratorium eiusdem domini nostrii

regis de uerbo ad uerbum transcribi et nostro nouo ac moderno sigillo faceremus consignari. Quarum quidem literarum tenor sequitur in hec verba:

fSfrjedi fistina Haptofa zagreBac&og od lo. feBruara /3^3, J,

Nos igitur mandatis ipsius domini nostri regis obedire cupientes, vt tenemur, dictas litteras nostras de uerbo ad uerbum transcribi et nostro nouo sigillo fecimus consignari. Datum feria tertia proxima post festum conuersionis beati Pauli apostoli. Anno domini millesimo CCC[J] septuagesimo septimo.

Codex dipf. comitum ZicBy T. 7P. p. 7~8.

181.

1377, 30, januara. U Avignonu (Avinione).

Grgur XI papa dozvofjuje Biskupu zagreBačkomu, da dvojici vri jedniB osoBa može podijefiti crlivene casti.*

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio thesaurario ecclesie Sancti Spiritus Chasmensis Zagrabiensis diocesis salutem etc. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat sedes apostolica graciosa, qui^ bus ad id propria virtutis merita laudabiliter suffragantur. Sane peticio pro parte dilecti filii Mykech Vesselkonis presbiteri Zagrabiensis dio^ cesis nobis nuper exhibita continebat, quod olim parrochiali ecclesia omnium Sanctorum de Nardeh dicte diocesis per obitum quondam An* dree dicti Vanitas ipsius ecclesie rectoris, qui extra Romanam curiam diem ctausit extremum, vacante, venerabilis frater noster Demetrius episcopus Zagrabiensis ecclesiam predictam sic vacantem et ad colla^ cionem suam pertinentem, nullique de iure debitam eidem Mykech auc^ toritate ordinaria contulit, et providet eciam de eadem canonice nisi apostolice reservaciones obstarent, aut ipsius ecclesie coilacio esset ad sedem predictam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, dictus Mykech dubitet eandem ecclesiam tempore collacionis et provisionis huiusmodi dispo^ sicioni apostolice specialitet* reservatam, aut ipsius ecclesie collacionem iuxta statuta predicta ad eandem sedem legitime devolutam fore, seque propterea super dicta ecclesia posse imposterum molestari; nos vo^ lentes dictum Mykech, apud nos de probitatis et virtutts meritis muU tipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gracioso, ipsius Mykech in hac parte supplicacionibus inclinati, discrecioni tue.per apo^

stolica scripta mandamus, quatenus si per diligens examen dictum My~ kech bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui Jatinis verbis, et alias ad obtinendum dictam ecclesiam ydoneum repe^ reris, vel eciam si bene non cantaret, dummodo in tuis manibus iurat ad sancta dei evangelia, quod infra annum a tempore examinis huius^ tnodi computandum bene cantare addiscet, super quibus tuam consci* enciam oneramus, eidem Mykech auctoritate nostra concedas, quod collacio et provisio predicte et quecumque inde secuta perinde a data presentium, dummodo Andreas familiaris noster non fuerit, valeant, ple= namque obtineant roboris firmitatem, ac si de dicta ecclesia nulla per sedem apostolicam specialis reservacio facta foret, ipsiusque ecclesie -collacio non esset ad eandem sedem iuxta statuta predicta, ut premit* titur, devoluta. Datum Rome apud Sanctum Petrum, Kalendis februarii, pontificatus nostri anno septimo.

TBeiner Mon. Sfav. Mer. I. no 452, str. 319»
Iz reg. an. VII. cod. cfiart. tom. 29, fof. 3.

182.

1377. 31. januara. <U Djakovu).

Kaptof Bosansfi javfja Ivanu Horvatu, Banu mačvansBom, da je posjed Pavfa Gorjansfioga Podgorje oRupirao za pafatina fVifiofu Gorjansfcoga.

Magnifico viro domino Johanni de Horwaty, bano Machoyensi et inter cetera comiti de Wolkou, capitulum ecclesie Boznensis incli* nacionem cum debita reuerencia et honore, Litteras vestras sub minori sigillo vestro debito cum honore recepimus in hec verba:

CSfijedi isprava Ivana Bana ntačvansfioga upravfjena na Bo sanslzi Baptof od 25- fanuara god, 13JJJ.*

Nos igitur premissis vestris amicabilibus peticionibus annuentes secundum earundem litterarum vestrarum continenciam vna cum pre- predicto Jacobo de Panych, homine vestro, nostrum hominem Petrum, clericum chori nostri, ad exequendum premissa pro testimonio trans* tnisimus fidedignum, qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente dicto testimonio nostro feria quarta proxima post dominicam <!> festum <!> conuersionis beati Pauli apostoli proxime preteritum ad possessiones seu porciones posses^ sionarias prefati magistri Pauli accedendo totas possesssionarias porciones

ipsius magistri Pauli Podgoria vocatas ipsum contingentes, in dicta possessione Podgoria habitas cum omnibus vtilitatibus earundem, videlicet vbi idem dominus Nicolaus palatinus voluisset, eidem occupasset, donec premissa quantitate pecunie scilicet sexingentos florenos aureos eidem persoluere posset reseruandas, et legitime in eisdem tribus diebus integris permansissent nemine ibidem contradictore apparente. Datum sabbato proximo ante festum purificacionis virginis gloriose, anno domini supradicto.

IzvorniH na papiru u kr. zem. arfiivu u %agreBu: Doc. medii aevi. Na firptu fistine nafazi se osteceni pritisnut pečat Bosansfioga fiaptofa. (Stara signatura: N R. A. fasc. 15fo, W. 35J.

183.

1377. 9. februara. U Višegradu. ^ln Visegrad).

DioBa izmedju Braće Novafiovića.

Nos Vilchelmus dei et apostolice sedis gracia episcopus Quinque-ecclesiensis, comes capefle et secretarius cancellarius domini Lodouici dei gracia regis Hungarie et Polonie, memorie commendantes tenore pre^ sencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magister Nouafc filius Petri filii Dyzyzlay de Oztrouicha de genere Mogorouigh, miles predicti domini nostri regis fidelis, personaliter ab una, parte uero ex altera magistri Gregorius et Johannes filii predicti Petri filii Dyzyzlay fratres scilicet eiusdem magistri Nouak carnales, similiter personaliter coram nobis constituti, per eosdem confessum extitit et relatum mini* sterio uiue vocis in hunc modum, quod ipsi cum matura deliberacione prehabita, spontaneaque eorum voluntate, tum eciam fraternali diliec^ cione, qua forent annexi, huiusmodi fraternalem concordiam et conpo* sicionem inter se et eorum successores ac posteritates in euiternum du^ raturam fecissent, quod ipse magister Nouak de possessionibus seu villis suis in comitatu de Lyka existentibus, per predictum dominum nostrum regem sibi perpetuo pro fidelissimis seruiciis suis datis et collatis, videlicet primo villis Resane, Zamachyti, Nouake, Streblitye, Porhouitye et Kouachiche ac medietatibus villarum Dolyan, Hotuan, Tupala et Repche vocatarum, nec non de tercia parte ville Bychonici nominate, frater^ naliter et beniuole, propriaque et spontanea sua uoluntate predictas villas seu possessiones suas Resane et Zamachytt vocatas, nec non pre* missas medietates villarum Tupala et Repche appellatarum, prenotatis magistris Gregorio et Johanni fratribus suis ipsorumque heredibus, po«-

steritatibus suis vniuersis perpetuo dedisset, donasset et contulisset, ymo dedit, donauit et contulit nostri in presencia, residuis aliis omnibus, exceptis prefatis villis Resane et Zamachyti nominatis, nec non medieta* tibus villarum Tupala et Repche vocatarum, eisdem magistris Gregorio et Johanni modo premisso per ipsum magistrum Nouak dafis, eisdem magistro Nouak et successoribus ac posteritatibus suis similiter perpe* tuo remanentibus, tali uinculo interserto, quod si qua parcium temporis in euentu premissam concordiam inter eos factam retractaret et vna pars alteram partem in litem atraheret super premissum, tunc talis litem suscitans contra partem alteram ipsam concordiam plene et perfecte conseruantem, villas et possessiones suas in premissa concordia sibi deuentas et deuolutas amitteret eo facto et in partem alteram premis^ sam concordiam conseruantem eedem possessiones seu ville modo pre* misso amisse, pleno iure redundarentur et deuoluerentur in perpetuum tenende, habende et possidende, et insuper in ducentis marcis conputi Budensis conuinceretur et agravaretur ipso facto, ita videlicet, quod centum marcas ex eisdem ducentis marcis iudici eorum ordinario et centum marcas parti alteri qui premissam concordiam conseruaret per* soluere teneretur. Ad quod prefatus magister Nouak se personaliter, ac memorati Gregorius et Johannes se similiter personaliter coram nobis sponte obligarunt, In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, pre* sentes literas nostras priuilegiaies regioque sigillo quo pretextu honoris nostri scificet comitatus capelle regie utimur pendenti roborando duximus concedendas. Datum in Visegrad in octauis festi purificacionis beate virginis, anno domini millesimo CCC° septuagesimo secundo.

Originaf na pergameni Bsz pecata.
Rep. 42. fasc. To. No 43. u arfiivu 6nezova Esterfiazia u Zeffeznom.
Vjesnifk zemaff. ar£. godi VII. 157-158-

184.

1377. 14. februara. U Krku <Vegfe>,

Dominifia de MircSanoga daruje samostanu Tranjevaca vinograd GimBrusa, afi ostaviv svoga Brata u doživotnom uiivanju,

In Christi nomine amen, Anno a nativitate eiusdem 1377., indic^ tione 15., mensis februarii die 14/ Vegle, in domo Dominice de Mir^ chanoga coram domino Nicolitto fratre et inquisitore heretice pravitatis patrino suo speciali, presentibus Maurino dicto Cazan, Petro de Gar^ delio et Dominico fratre dicte Dominice, et aliis ad hec convocatis

specialiter et rogatis testibus. Ibique Dominica supradicta, sana mente et sensu, licet corpore languens, in presentia Marie de Pitluno ac Mar^ garite uxoris Franculi filii Dominici da Ponto, procuratrices seu co^ missarie ipsius Dominice, dedit, tradidit, donavit et reliquit pure, libere, simpliciter ac irrevocabiliter inter vivos, iure proprio in perpetuum con^ ventui seu loco fratrum Minorum ecclesie sancti Francisci de Vegla vineam suam vocatam di la Gimbrusa, positam in contrada sancte Barbare apud vineam . . . . uxoris quondam Jacofani et prope vineam Andrey de Fava et iuxta vineam Cecilie de Dobrogna et apud viam publicam, ut ibi dicebatur, et si qui alii sui essent confines, ad ha^ bendum, tenendum, possidendum, gaudendum et quidquid dicto con^ ventui et successoribus suis deinceps libere placuerit faciendum, cum omnibus iuribus, proprietatibus, pertinentiis, coerentiis suis, omnique iure suo proprio et cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam. Ac eius conventus nomine se dictam vineam constituit pos^ sidere, donec ex ea possessionem acceperit corporalem. Quam acci-piendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps licentiam omni^ modam dedit. Et hoc ideo, quia e contra dictus conventus, seu locus teneatur et facere debeat omni anno unum anniversarium pro ejus anima et suorum mortuorum. Promittens solemniter per se et suos heredes ac successores dicto conventui seu loco fratrum Minorum Veglensium hujusmodi donationem et omnia alia et singula supra et infrascripta in perpetuum firma et rata habere, tenere, attendere, observare et adim^ plere et per se vel alios non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa sive ingenio, de iure vel facto, vel ipsam donationem seu da^ tionem ingratitudine vel causa aliqua revocare/ sed eam dicto conventui ab omni homine et universitate legitime defendere vel escalumniare per-petuis temporibus, sub pena viginti solidorum denariorum Venetorum grossorum et refectione omnium damnorum et expensarum ac interese litis et extra,- et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. Qua pena soluta vel non, presens carta semper firma per^ duret. Hoc autem adito, quod Dominicus frater dicte Dominice debet tenere, possidere, gaudere in vita sua dictam vineam,- post ejus vero mortem remaneat dicto loco, ut supra continetur. Et ad hec omnia su^ pradicta dictus Dominicus ibidem de presenti sponte consentit atque confirmavit et ratificavit.

CSig. not.J Ego Joannes filius quondam Zudinici de Vegla, im-periali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, rogatus scripsi, publi^ cavi et corroboravi.

Z6orm& BartoCi štr. 21.

185.

1377. 19. februara. U Višegradu. <In Vyssegrad).

Ljudevit, Rrafj ugarsbi i firvatski, prepisuje na mofBu Dionizija Ivanova de OrBoucfi, svega sfavonskog pfemstva i ostafiB fjudi svoju ispravu od 29 augusta 1359- CCod dipf XII. 6H-612J, fiojom se stanovnici krafjevine Sfavonije podfažu samo Sansfioj jurisdificiji.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmatie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Dyonisius filius Johannis de Orbouch sua ac vniuer^ sorum nobilium et aliorum hominum regni nostri Sclauonie personis ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras supplicans humiliter nostre maiestati, vt ipsas litteras nostras patentes presentibus de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi facere di* £naremur pro eisdem ad cautelam. Quarum tenor talis est:

CSfijedi isprava krafja Ljudevita od 29' augusta 1359J

Nos itaque iustis et iuri consonis supplicacionibus prefati Dyo* nisii nominibus quibus supra nostre humiliter porrectis maiestati, pietate fauorabili inclinati iam dictas litteras nostras patentes presentibus de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi fecimus pro eisdem ad cautellam. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima ante dominicam reminiscere, anno domini M°CCC°LXX° septimo.

Jzvornik na pergameni u kr. zem. arkivu u 'ZagreBu. Privifegia No 6.
Ma hrptu fistine Bijaše pritisnut pečat fcaji je otpao.
Kufiuffević: fjura regni I. p. 132^3.

186.

1377. 21. februara. U Križevcima. <In Crisio).

Ban Petar Zudor rješava parnicu gfede posjeda EBres izmedu Niftofe i Pavfa, sinova MiHinifj, u Rorist Ni&ofinu, pošto je ovaj pofozio dosudenu mu porotničku prisegu.

<N>os Petrus Zudor regni Sclauonie banus memorie commen* dantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod •cum nos nobiles viros magistrum Adam litteratum et Nicolaum filium

Dominici, duos ex iudicibus nobilium comitatus Crisyensis, homines nostros, ad videndum et audiendum quoddam iuramentum per Nico^ laum filium Myke de Ebres contra Paulum fratrem eiusdem vterinum quarto se nobilibus sibi similibus octauo die diey cinerum nunc preteritum<!> in ecclesia sancti Martini eorum parochiali fiendum de sede no~ stra iudiciaria legitime destinassemus, tandem iidem ad nos exinde reuersi et per nos requisiti nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in die et loco quibus supra ad videndum et audiendum ipsum iuramentum per^ sonaliter accessissent, vbi idem Nicolaus coram ipsis ipsum iuramentum suum cum predictfs suis coniuratoribus in predicta eorum ecclesia pa^ rochiali contra anotatum Paulum super eo, quod ipse quandam villam Ebres vocatam populis decorari fecisset et nullus iobagio per predictum Myke, patrem eorum, ad eandem adductus in eadem haberetur, rite et legitime coram eodem Paulo fratre suo et eisdem nostris hominibus modo vt premittitur deposuisset vt debuisset. Vnde nes eundem Nicolaum contra anotatum Paulum super omnibus premissis reddidimus expeditum vigore presencium mediante. Datum in Crisio, quarto die deposicionis iuramendi<!) prenotati, annno domini millesimo CCC° LXX° septimo.

Izvorniu na pergameni u arkivu fjugosi. akađemije u ^LagreBu: Dipfomata a. 1377.

*Na fistini visi svifena vrpca crveno*ze(ena. Peca/Je otpao.*

187.

1377. 21. februara. U Rimu <Rome>.

Ifija, Biskup katansfii i podBfagajnifi papinski, prima od svecenstva spfjetsHoga 6o dukata u ime papine desetine.

Universis presentes litteras inspecturis Helias, miseratione divina episcopus Cathaniensis, domini pape vicethesaurarius generalis, salutem in domino. Ad universitatis vestre notitiam tenore presentium dedu^ cimus, quod reuerendus in Christo pater dominus Hugolinus, eadem miseratione archiepiscopus Spaletensis, nobis nomine apostolice camere recipientibus sexaginta florenos auri de camera, quos discretus vir dominus Duymus Nicolfe, canonicus Spalatensis, per cuius manus dicti sexaginta floreni recepti fuerunt, prefate camere deberi asseruit pro *so** lutione primi et secundi anni decime bienalis prefato domino archiepi* scopo ac clero sue civitatis et diocesis per dominum nostrum imposite,

in die date presentium per manus domini Duymi supradicti solui fecit et etiam assignari, de quibus quidem sexaginta florenis prefatum domi« num Hugolinum archiepiscopum ac eius clerum nomine camere predicte absoluimus et quittamus per presentes, eundem dominum archiepiscopum a suspensionis, excomunicationrs et interdicti sententiis in eum auctoritate apostolica promulgatis, si quas ob retardationem solutionis pre* dictorum sexaginta florenorum incurrerit eadem auctoritate absolvimus, ac interdictum, si quod in eius Spalatensem ecclesiam predictam tenore premissorum fuerit appositum, tenore presentium amovemus, secum super irregularitate, si quam contraxerit interea sic ligatus se immiscendo divinis, non tamen in contemtum <> clavium, eadem auctoritate misericorditer dispensatos. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri vicethesaurariatus officii appensione muniri. — Datum Rome apud sanctum Petrum, die XXI. mensis februarii, anno domini millesimo CCC° LXXVII°, pontificatus domini nostri Gregorii pape XI. arino septimo.

Izvornifi na pergam. u arfi. Haptofa u Spffetu CJCPL 1. 14o).
Ma fistini visi o uzici odpergam. ovafni pečat u crvenom vosfiu.

188.

1377. 8. marta. <ll Cazmi>.

Kaptof čazmansfii prepisuje ispravu Stjepana Bisfiupa zagredačkog od18. maja 1358. CCod dipf. XII str. 479J-

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presen* tibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Nicolaus et Demetrius filii Phynta, prediales episcopatus Zagrabiensis de Waska, ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt *nobls* quasdam Jitteras priuilegiales condam domini Stephani episcopi Zagrabiensis sigillo sqo autentico inpedenti consignatas, petentes nos d^bita precum instancia, vt easdem de uerbo ad uerbum transcribi et litteris nostris similiter priuilegialibus inseri faceremus ad cautelam. Quarum tenor talis est.

CSfijedi fistina Stjepana BisRupa zagreBacftoga od 18. maja 1358J,

Nos itaque justis et legitimis peticionibus eorundem Nicolai et Demetrii annuentes gratumque prebentes assensum easdem litteras de

uerbo ad uerbum transscribi et litteris nostris similiter priuilegtalibus inseri fecimus vberiori pro cautela eoque easdem omni vitio et suspi* cione carentes fore reperimus. In cuius rei memoriam presentibus sU gillum nostrum duximus appendendum. Datum in dominica letare, anno domini millesimo CCC° septuagesimo septimo.

*Qriginalnapergameniu nađBisk. arfiivu zagrehačfiom: Donationafia 7./2o, Na zefeno*zutoj svifenoj vrpci visi iskvareni voščani pečat.*

Od ove fistine ima i ovjerovfjeni prifepis od g. 1726. u arkivu nadBisku pije zagreBačke. Donationafia fasc, VII. no. 18.*

189.

1377. 17. marta. U Križevcima <In Crisyo).

Petar CirBe, podBan i zupan firiževačfii, imenuje svoje povjereniBe Bod dioBe posjeda Bfizne između Katice udovice iza Stjepana de EBres i udovice i sina Andrije de Bfiznafew.

Nobilibus viris iudicibus nobilium comitatus Crisyensis, amicis suis honorandis, Petrus Chyrke, vicebanus et comes Crisyensis, amicicie debitum et honoris continuum incrementum. Quod quta nos vna vobiscum ad quandam diuisionem et statucionem cuiusdam possessionis Bliznafew vocate inter nobiles dominas Kathicha vocatam, relic^ tam Stephani filii Ladislai de Ebres, vt actricem ab una, parte vero ex altera dominam relictam et Johannem filium Andree litterati de dicta Bliznafew, ut in causam attractos iuxta continenciam litterarum comitis Jacobi de Scepus, iudicis curie ac vniuersarum ciuitatum domini Lu* douici, dei gracia regis Hungarie, nobis transmissionalium seriem adiudicacionis ipsius possessionis Bliznafew vocate in se continencium feria tercia proxima post festum passce domini nunc proxime ven^ turum faciendas, propter quedam alia ardua 'nostra negocia accedendi nullam habemus facultatem, ideo *vestram* presentibus nobilitatem requiremus reuerenter, quatenus vna cum magistro Nicolao filio Petri de Zentherney vel magistro Laurencio litterato de Churuzteuech sedis nostre notario aut Laurencio filio Bedew de eadem seu Nicolao filio Petri de Chyrkuena an Martino filio Georgii de Gestenowch, aliis ab*-sentibus homine *nostro*, feria tercia predicta ad faciem prescripte pos^ sessionis et possessionarie porcionis Bliznafew vocate vicinis et com^ metaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo et eandem iuxta continenciam litterarum memorati comitis Jacobi de

Scepus predictarum, prout in eisdem plenius videbitis contineri, diuidatis ac vnicuique suam porcionem statuatis regni consuetudine requi^ rente, et post hec seriem ipsarum diuisionis et statucionis octauo die termini predicti nobis in sede nostra iudiciaria recitare studeatis, dum^ modo requirit ordo iuris. Datum in Crisyo, feria tercia proxima post octauas diei medii quadragesime, anno domini M°CCC°LXX° septimo.

Na Brptu: Nobilibus viris iudicibus nobilium comitatus Crisyensis pro nobili domina Kathycha vocata relicta Stephani filii Ladislai de Ebres feria tercia proxima post festum passce domini super quadam statucione possessionaria fienda memoriale.

Izvornik na papiru u arfcvu fjugosfav. abademije u Zagrefiu. Dipfomata a. 1377-

Na firptu fistine s firaja vidi se trag pritisnutog pecata fiojim Bijase fistina zapečaćena.

190.

1377. 20. marta. <U Zagrcbu).

Pred Haptofom zagreBačBim rješava gospođa Margareta svoje Bratucede svaBe oBveze prema seBi.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes si~ gnificamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod nobilis domina Margaretha vocata filia Johannis filii Iwank, consors vero Stephani filii Petri de Glaunicha Superiori, ad nostram personaliter acce^ dens presenciam dixit et coram nobis oraculo viue vocis sponte est confessa, quod ipsa Georgium et Dyonisium filios Andree de Inferiori Glaunicha fratres suos patrueles racione quarte filialis et super omnibus aliis possessionibus et possessionariis porcionibus tam hereditariis quam empticiis quoquomodo per predecessores ipsorum aquesitis <!> et in* ventis, nec non rebus et bonis vniuersis ipsam ab eisdem prouenire debentibus ac vna vinea in monte Jazenouch habite <!> et existente ab eodem Johanne patre suo ipsi domine deuoluta, reddidisset er <com>* misisset expeditos ymo et comisit expeditos et modis omnibus quietos et absolutos. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante dominicam ra^ mispalmarum, anno domini millesimo C°C°C° LXX° septimo.

Izvornifc na pergam. finiran ofovom f?J i s marginafnim crtama u narod. muzeju u Bpesti. Vidi se trag gdje je na uzici visio pečat.

191.

1377. 21. marta. <U Zagrebu),

PredzagreBačRim Raptofom daje Petar Petrov de Zentfigurg Tapofcfia Meffefie svoj pristanafi na prodaje zemfjišta u njegovu susjedstvu fioje su vec izvršene ifi fioje ce se izvrsiti.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium safuatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Petrus filius Petri filii Stepk de Zenthgurg Topolcha Melleke comitatus Crisiensis ad nostram personaliter accedens presenciam dixit et coram nobis est confessus oraculo viue vocis, quod ipse vniuersis possessionibus et possessio^ nariis porcionibus, videlicet Zaversia, Podvinya, Matheusfolde et Ore^ sya vocatis in dicto comitatu existentibus, quas magistri Ladislaus, Emericus concanonicus noster, Stephanus alio nomine Adam et Nico^ laus filius Petri dicti Castellan de Zenthlelek in proxima et contigua sua vicinitate possessionum suarum precio comparassent vel quas in futurum seu in posterum comparare nitentur, eisdem vniuersis consensum et assensum prebuisset, imo prebuit et consensit coram nobis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras no^ stras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sabatho proximo ante dominicam ramispalmarum, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Ovjerovfjen prepis od g. /82$, u fir. zem. arfiivu u ZagreBu: Doc. medi. aevi a, 1377- — Na izvornifiu je visio pečat.

192.

1377. 10. aprila. U Rimu <Rome>.

Grgur JCI papa nafaže prepozitu ftaptofa pozešfioga nefia ispita parBu izmedu župnifia ivaničfioga i samostana fienedifitinsfioga sv. Marije u Ivaniću i nefia izrece osudu.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio preposito ecclesie sancli Petri de Posaga Quinqueecclesiensis diocesis, salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilecti filii Martini Cosme rectoris, ptebani nuncupati, parrochialis ecclesie beate Marie de Iwanich Zagrabiensis diocesis pe* ticio continebat, quod licet eciam de antiqua et approbata et a tem*

pore, cuius contrarii memoria non existit, pacifice observata consuetudine perceptio quarte partis decimarum provenientium ex fructibus excres* centibus in terris infra limites parrochie dicte ecclesie consistentibus, necnon ex fetibus animalium infra eosdem limites depascentium ad rec* torem ipsius ecclesie pro tempore existentem pertinere noscatur: tamen difecte in Christo filie abbatissa et conventus monasterii beate Marie de Iwanich ordinis sancti Benedicti predicte diocesis falso asserentes per^ ceptionem huiusmodi ad se pertinere, impediverunt et impediunt, quo- minus idem Martinus rector huiusmodi quartam partem decimarum percipere potuertt sive possit, ac huiusmodi decimas perceperunt et oc* cuparunt, et detinent occupatas in ipsius rectoris preiudicium et gra* vamen. Quare pro parte dicti rectoris nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis in premissis de benignitate apostofica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni tue per aposto^ lica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam et summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, appellacione re* mota, debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram eccle* siasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione ces^ sante, compellas veritati testimonium perhibere. Non obstantibus tam fe- licis recordacionis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur, ut, cum eiusdem civitatis et diocesis fuerint actor et reus, extra illas, nisi in certis exceptis casibus, causa auctoritate litterarum apostolice sedis non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, quam aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque, seu si eisdem ab* batisse et conventui vel quibusvis aliis communiter vel divisim etc. — Datum Rome apud Sanctum Petrum, IIIL Idus aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Tfjeiner Mon. Sfav. Mer. 7. no. 461 str. 324.
Iz reg. an. VIL cod. chart. Tom. 29- fof. 17o.

193.

1377. 10. aprila U Rimu <Rome>.

Grgur XI. papa 'nafaže Bisfiupu skradinsRom i Jvojici suđaca, neRa izvrse osudu Ranonifia šiBeničfioga proti Pavfu Draganiu.

Gregorius episcopus etc. venerabili fratri .... episcopo Scardo* nensi et dilectis filiis .... primicerio Scardonensis et Georgio Dugnii

canonico Traguriensis ecclesiarum, salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilecti filii Iohannis Stincii canonici Sibenicensis peticio conti^ nebat, quod olim ipse in causa per eum contra Paulum Michaelis Dragaii, qui se gerit pro clerico Sibenicensi, super canonicatu et prebenda ecclesie Sibenicensis, de quibus tunc certo modo vacantibus eidem Io~ hanni auctoritate apostolica canonice provisum fuerit, et quos idem Paulus contra iusticiam occupaverat et detinebat, prout detinet, indebite occupatos, fructus percipiens ex eis, mota et in palacio apostolico ex commissione nostra coram certo auditore causarum ipsius palacii diucius ventilata, diffinitivam sentenciam pro se et contra dictum Paulum, per quam dicti canonicatus et prebenda eidem Iohanni adiudicati fuerunt, ac idem Paulus in fructibus ex eisdem canonicatu et prebenda, perceptis, ac tn expensis in huiusmodi causa factis condempnatus ex* titit, sentenciam reportavit, et super execucione huiusmodi sentencie, que nulla provocacione suspensa in rem transivit iudicatam, et super dictis expensis, que ad certam florenorum summam taxate fuerant, *no*stras ad dilectos filios nostros primicerium et Iohannem Petri Traguriensis ac Anselmum Rozium, clericum Mediolanensis diocesis, tunc Cumane ecclesiarum canonicos, sub certa forma litteras impetravit. Idem* que primicerius asserens se diversis negociis impeditum, solus in huiusmodi execucionis negocio procedens, prout ex forma dictarum litterarum poterat, vices suas dilectis filiis Radoslavo Cipriani et Wladicho CuU tanii, canonicis dicte ecclesie Sibenicensis, commisit, donec eas ad se duceret revocandas. Idemque Radoslavus et Wladichus huiusmodi lit* terarum et commissionis vigore in huiusmodi execucionis negocio pro^ cedentes, nonnullos processus fecerunt in talibus fieri consuetos, monentes inter cetera predictum Paufum, ut infra certum peremptorium terminum tunc expressum prefatos canonicatum et prebendam predicto Iohanni libere dimitteret, et sibi de dictis perceptis fructibus et flore^ norum summa pro dictis expensis satisfaceret, in eundem Paulum, si monicioni huiusmodi non pareret, et alios contradictores quoslibet et rebelles diversas excommunicacionis, suspensionis et interdicti senten* cias promulgando. Et licet postmodum idem Paulus, quia monicioni huiusmodi, que ad eius indubitatam noticiam pervenerat, infra dictum terminum vel eciam post comparere contumaciter recusaverat, excommunicacionis sentenciam incurrisset, et deinde excommunicatus publice nunciatus fuerit: tamen idem Paulus in reprobum sensum datus, spretis sentenciis ac monicione huiusmodi et claves ecclesie contempnendo dictos canonicatum et prebendam, ac ipsorum iura et bona detjnet pertinaciter occupata, fructus percipiens ex eisdem et de predictis per=

ceptis fructibus et florenorum summa, ut prefertur, predicto Iohanni sa=^ tisfacere recusavit et recusat in anime sue periculum, predicti Iohannis preiudicium et scandalum plurimorum. Quare pro parte dicti Iohannis fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere sibi in premissis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus in^ clinati discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, legitimis per dictos Radoslavum et Wladichum in huiusmodi execucionis negocio habitis servatis processibus, in eodem negocio auctoritate nostra, prout iustum fuerit, procedatis, et processus ipsos aggravetis iuxta predictarum continenciam litterarum, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores etc. Non obstante si prefato Paulo etc. Datum Rome apud Sanctum Petrutn, HII. Idus aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

TBefner Mon. Sfav. Mer. I. no. 462, str. 324-325-
Iz reg. an. VII cod. cBart Tom. 29- faf. 191.

194.

1377. II. aprila. <U Djakovu).

Kaplol Bosanskiizvještava krafja Ljudevita o dioBiposjeda Pacinta i Ligetpačinta i rtavodi određene granice.

Excelfentissimo domino eorum domino Lodouico dei gracia in^ clito rege Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. capitulum ecclesie Boz* nensis oraciones in filio virginis gloriose. Litteris magnifici viri comitis Iacobi de Scepus, iudicis curie et vniuersarum ciuitatum vestre sublimitatis, formam sue iudiciarie deliberacionis et sentencie in se expfU cantibus nobisque amabiliter directis honore condecenti receptis iuxta earundem continenciam vna cum Paulo de Kenderes, homine vestre sublimitatis litteris in eisdem conscripto, ac pro Dyonisio, Johanne et Paulo, filiis Symonis de sancto Saluatore, actoribus, item fohanne filio My* chaelis de Gara in causam attracto deputato pro eisdem partibus nostros homines fidedignos, videlicet magistrum Jacobum de Rosd et do* minum Benedictum, chori nostri sacerdotem, ad infrascripta fideliter exequenda pro testimoniis transmisimus fidedignos. Qui demum ad nos exinde reuersi nobis consona uoce retulerunt, quod ipse homo vestre maiestatis ipsis testimoniis nostris presentibus tercio die festi passce domini proxime preteriti et aliis diebus subsequentibus ad facies pos^

sessionum Pachynta et Lygethpachynta vocatarum vicinis et comme-
taneis suis legittime conuocatis et eisdem nec non prescriptis partibus
presentibus accessissent et easdem cum omnibus eius vtilitatibus et per*
tinenciis vniuersis in quatuor partes coequales fune per totum men^
surando demptis quibusdam partibus terrarum, quas partes prescripte
per nonnullos commetaneos dictarum possessionum indebito et occu*
patiue conseruari retulissent diuidentes/ quartam partem earundem cum
vniuersis eius vtilitatibus ad eandem spectantibus simul cum quarta
parte ecclesie sancti Petri in dicta Pachinta fundate sub harum nouarum
metarum ereccionibus dictis filiis Symonis et eorum heredibus nullo
contradictore existente perpetuo possidendam statuissent, reliquis tribus
partibus earundem possessionum[1] simul cum eius vtilitatibus vniuersis
ipsi Iohanni filio Mychaelis et aliis quibus congrueret remanentibus.
Quod prima meta inciperet in fine quarundam terrarum arabilium iuxta
siluam penes dictam Pachynta adiacentem a parte occidentis/ dehinc
ad partem orientis eundo perueniret ad aliam metam terream, postea
vero quasi modicum se ad partem aquilonarem diuertendo transsiliret
ad aliam metam terream, postremo vero ad eandem plagam pergendo
ad metam terream,- abhinc in eadem plaga transseundo deueniret ad
aliam metam terream iuxta viam Waradvta appellacionificam<!) dehinc
in eadem via transseundo penes ipsam siluam in fine terrarum arabi»
lium ad metam terream a parte occidua<!> erectam, dehinc directe ad
orientem inter terras arabiles transiret ad duas metas terreas post sese
positas/ abhinc diuerteret se quasi inter aquilonem et orientem et iret
per directum ad aliam metam terream, adhuc ad eandem plagam per*
gendo tenderet ad aliam metam terream ,• post hec ad vnam metam ter-
ream iuxta quandam viam positam, dehinc penes ipsam viam per mo-
dicum spacium eundo et ipsam saliendo in fine quarundani terrarum
arabilium iret ad metam terream, semper tamen in dicta plaga proce*
dendo,- dehinc flecteret se ad orientem et iuxta metas possessionis Pal*
gar per largum spacium procedentes attingeret quandam viam, que
duceret de Pachynta in Palgar predictam, iuxta quam meta antiqua ha*
beretur,- post hec quasi inter meridiem et orientem veniret ad aliam
metam terream antiquam, postremo vero ad aliam metam terream de
nouo cumulatam angularem a priori non multum distantem,- abhinc
diuerteret se quasi inter meridiem et occidentem ad metam terream in
quodam prato de nouo cumulatam, dehinc ad duas metas terreas post
sese cumulatas, postea quandam viam, que duceret de dicta Pachynta
in Irugh, prosiliendo ad eandem plagam procedendo perueniret ad aliam

[1] iznad linije.

metam terream,- adhuc ad metam terream iuxta quandam viafn herbosam in fine terrarum arabilium sitam semper tamen ad predictam plagam inter meridiem et occidentem existentem procedendo,- postea vero ad meridionalem plagam tendendo iret ad duas metas terreas consequenter existentes/ dehinc ad aliam metam terream inter terras arabiles positam a quadam via herbosa vix ad terciam partem iactus vnius lapilfis<!> se distantem/ abhinc verteret se inter occidentem et aquilonem et iret ad ad metam terream ab ipsa via per exiguum spacium distantem,- dehinc in eadem plaga procedendo veniret ad quatuor metas terreas post sese sitas,- adhuc in eadem plaga procedendo ad tres metas terreas consequenter erectas,- dehinc per directum ad angulum sepis cuiusdam orti iobagionis dictorum filiorum Symonis,- abhinc ad partem meridionalem per intersticia sepium iobagionum dictarum parcium contigue adiacen* cium, prout orti iobagionum parcium earundem in dicta Pachynta residencium se extenderent, procedendo perueniret ad aliam metam terream in fine orti loci sessionalis in porcione ipsorum filiorum Symonis deuoluti, in qua Petrus Nemet dictus resideret, de nouo cumulatam,- dehinc penes ipsam sessionem ad afiam metam terream iuxta eandem sessionem positam in platea, per quam iretur de Pachynta in Ter^ penye,- dehinc saliret viam, que est in ipsa platea et penes eandem inter curiam Martini ioculatoris vel fistulatoris in angulo eiusdem platee a parte occidua in porcione dicti Johannis filii Mychaelis de* uolutam et inter curiam Bone dicti de Gold in partem dictorum filiorum Symonis cessam veniret ad metam terream iuxta eandem viam denuo cumulatam,- dehinc ad partem orientis per communem se^ pem ipsarum duarum curiarum transseundo veniret ad aliam metam terream,- dehinc quasi se ad septemtrionem reflectendo veniret ad me* tam terream,- abhinc ad duas metas terreas in occidua parte consequenter erectas,* dehinc reflectendo se versus partem aquilonarem ad tres metas terreas, vnde transiret ad metam priorem. Mete vero quarte partis silue[1] iuxta ipsam Pachynta site et terrarum ultra eandem siluam a parte occidentis existencium, excepta quarta parte cuiusdam porcionis eiusdem sifue et rubeti in porcionem eorundem filiorum Symonis deuolutarum hoc ordine protenderentur: quod prima meta inciperet a parte orientis penes quandam viam publicam per ipsam siluam transseuntem,- dehinc in eadem via paruum procedendo deueniret ad aliam viam, ubi due mete erecte haberentur, quarum vna ipsis actoribus et alia ipsi in causam attracto separarent,- vnde in eadem via ad duas metas terreas consequenter cumulatas, postremo vero in eadem via veniret ad aliam

[1] Liget Pachynta u drugim iistinama.

metam terream in exitu ipsius silue in fine terrarum arabilium sitam,- postmodum autem ad occidentem eundo veniret ad aliam metam ter^ ream, dehinc quasi inter occidentem et meridiem procederet ad quinque metas terreas post sese positas, vnde vsque quandam porciunculam terre, quas partes per Stephanum filium Nicolai de Bachya minus iuste ab ipsa possessione Pachynta ad possessionem suam Iardan occupatam fore retulissent/ post hec iuxta metas eiusdem possessionis Iardan pro^ cedendo transsiret vsque metas possessionis Daman et iuxta easdem versus septemtrionem tendendo iret ad metam terream penes quoddam parcellum de nouo erectam,* abhinc reflectitur ad orientem et iret ad vndecim terreas metas consequenter eleuatas plaga in eadem,- dehinc ad eandem partem orientis eundo iret ad metam terream iuxta predic- tam siluam et quandam magnam viam positam/ dehinc reflecteretur ad meridiem et iret ad metam terream iuxta ipsam siluam immediate erec- tam et abhinc per ipsam siluam ad metam iuxta quandam arborem po- puleam sitam, vnde regrederetur in metam priorem. Mete autem quarte partis porcionis ipsius silue et dicti rubeti hoc ordine situate extitissent: quod prima meta inciperet iuxta dictam viam Waradvta penes ipsam siluam a parte orientis sitam,- dehinc quasi versus occidentem per ipsam siluam pergendo veniret ad sex metas terreas post sese positas,- dehinc usque metas possessionis Bozyas alio nomine Falberchfalua appellate et iuxta metas eiusdem ad orientem reflectendo et penes ipsas proce- dendo veniret ad quandam viam et per ipsam eundo iret ad metam ter* ream iuxta eandem viam sitam,- abhinc decliuo modo inter eandem pla* gam orientis et meridiei per ipsum rubetum transseundo veniret ad metam terream penes viam magnam existentem, a qua per eandem viam ad meridionalem partem declinando et in eadem via procedendo veniret ad metam terream, de qua ad orientem reflectendo veniret ad arborem cruce signatam,- post hec ad eandem plagam directe transseundo trans= siret ad quandam metam antiquam iuxta dictam viam Waradwta exi- stentem,- vnde regreditur ad metam priorem. Demum autem quarta pars dicte possessionis Ligeth et silue penes eandem nec non terrarum ara^ bilium iuxta eandem possessionem adiacencium dictis filiis Symonis sta^ tuta hiis metis ab aliis suis tribus partibus foret distincta, quod inci- peret in eadem villa seu possessione Lyget in medio platee a parte meridiei, a quadam meta terrea et transsiret per ipsam plateam versus orientem per quandam viam ad metam terream iuxta ipsam a parte me* ridiei in fine dicte ville erectam/ dehinc ipsam viam saliendo ad ean* dem plagam ad partem tamen aquilonis quodamodo declinando trans* siret ad sex metas terreas consequenter positas,- dehinc modo eodem

<juandam stratam publicam saliendo ad duas metas terreas post sese positas; vnde per modicum spacium procedendo ad quandam magnam viam et de eadem via saliendo ibidem modicum de terris arabiiibus ad porcionem ipsorum filiorum Symonis annectendo[1] transsiret vsque terras, quas per Nicolaum dictum Berzete de Monustur partes minus iuste occupatas fore retulissent et penes ipsas ad occidentem reflectendo veniret ad quandam viam et in ipsa via versus orientem declinando transsiret ad metam terream,- dehinc inter occidentem et meridiem tran^ siret ad septem metas terreas consequenter erectas,-post hec ad metam terream iuxta siluam positam, vnde in eadem parte transsiret ad septem metas terreas in ipsa silua post sese cumulatas/ postmodum declinando ad partem aquilonis et transsiret iuxta ipsam siluam ad metam terream penes quandam viam positam,- post hec in eadem via versus dictam Lyget tendendo ad duas metas terreas iuxta eandem viam positas, vnde in eadem via ad metam terream in exitu ipsius silve cumulatam, a quo reflectitur ad occidentem et penes eandem siluam per competens spa= cium eundo transsiret ad metam terream prope finem eiusdem silue erectam, de quo reflectitur ad aquiionem et transsiret ad metam priorem et sic mete quarte partis dictarum duarum possessionum Pachynta et Lyget vocatarum nec non vniuersarum vtilitatum ad ipsam quartam partem spectancium dictisque filiis Symonis in formam diuisionis de^ uoiutarum terminate extitissent. Datum duodecimo die termini prenotati, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} septimo,

Iz izvorne fistine Ivana Sepusfioga od1377- 4, maja u nar. muzeju u Bu .dimpešti podg. 1377- (Bivša zBirfia $ankoviceja).*

Tejen Cod dipf. Hung. IX. 5, 228-235.

195.

1377. 22. aprila. U Krku <Vegle>.

Knez Nifiofa Tranfcopan pravi usrneno svoju oporufiu.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem 1377, indic^ tione 15., mensis apriiis die 22. intrante, Vegle, in camera infrascripti domini Nicoiai honorandi comitis Vegie coram domino Matheo archU diacono Veglensi, et patrino ipsius,- presentibus Michaele Dich. . . . . Joanne de Garaffa. . . . Jacobo dicto Garamella ibidem. . . . .et aliis ad hec convocatis et speciaiiter et rogatis testibus. Ibique rtobilis *et* egregius vir dominus Nicolaus comes Vegle, fiiius bone memorie «domini comitis Marci, per dei gratiam sanus mente et sensu, licet cor*

pore languens, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit de. . . . .et proventu pecunie sue, que Venetiis sunt in deposito ad lucrandum. Inprimis quidem voluit, precepit et ordinavit, *quod* deducto a proventu dicte pecunie et de proventibus suts dicte pecunie, que in Venetiis sunt in deposito ad tabulam primo exigatur, detur et distribuatur per procuratores et comissarios infrascriptos et fiat una elemosina perpetua annuatim per totam civitatem Vegle de . . . . .pro remissione suorum penatorum et suorum mortuorum in die festivitatis sancti Nicolai annuatim de libris centum et quinquaginta denariorum Venetorum parvorum. Item voluit, precepit et ordinavit dictus testator, quod de redditibus et proventibus dicte pecunie sue de Venetiis dentur et exhibeantur perpetuo annuatim conventui fratrum Minorum de Vegla quindecim ducati boni auri et iusti ponderis, ut ipsi fratres et conventus teneatur et debeat perpetuo annuatim facere eidem obitum perpetuo annuatim, ut ibi moris est et omnes presbyteri, qui ibi erunt, perpetuo annuatim dicant missam il(a die pro salute eiusdem anime et suorum mortuorum, ut ibi moris est, et vadant su* per ejus sepulturam cum pulsatione campanarum, ut ibt moris est an^ nuatim. Et ad hec omnia et singula antedicta, ut supra libere procu^ randa et exequenda, dictus testator esse voluit et reliquit suos veros et legitimos procuratores, comissarios et hujus sui presentis testamenti executores venerandum et in Christo patrem et dominum dominum Joannem dei et apostolice sedis gratia episcopum Veglensem et omnes ejus successores, tam presentes quam futuros/ et nobilem virum do^ minum Nicolaum vicecomitem Vegle consanguineum suum, filium quon^ dam domini SchineKe. . . . . .comunis Vegle, et quemiibet alium, quem ipse dominus Nicolaus constituet eius loco et nomine, et qui eius loco demandatum fuerit in perpetuum et similiter constitutus ab eo post mortem suam semper alium constituere possit de die in diem, omni causa et exceptione remotis. Et hanc suam ultimam voluntatem dictus testator asseruit esse velle, quam vallere voluit iure sui tesra= menti et si iure testamenti sui non valeret, valeat saltem iure codiciU lorum, vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis, que valere potest melius et tenere, tam de consuetudine quam de iure, in hiis omni causa et exceptione remota, tam de iure quam de consuetudine.

CSig. not.J Ego Quirinus filius quondam Leonardi de *Vegla,* imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius, hiis interfui et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi,

'ZBornik Bartofi str. 2oj2.

196.

1377. 22. aprila <U Zagrebu).

Dominiiianci zagreBačfi daju u zaftup Dragosfavu Ivanovu gra đaninu zagreBačHom cfva svoja vinograda,*

Nos fratres conventus sancti Nicolai de Zagrabia, ordinis fratrum Predicatorum, videlicet: frater Johannes prior ac ceteri fratres -signi* ficamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod nos duas vineas stmul iunctas per Kusech fratris Span, civis de monte Grech, testamentarii iuris titulo ad claustrum prefatum legitime de* volutas et iudicialiter obtentas, inter duas vias in territorio Grech existentes, cum omnibus iuribus et utilitatibus suis Dragozlao filio Iwan, civi predicte civitatis et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteris dedimus iure perpetuo possidendas, tenendas et habendas vel cuicumque voluerit disponendas iuxta con^ svetudinem et condicionem dicte civitatis aprobatam,- ita tamen, quod predictus Dragozlaus filius Iwan, per se suosque heredes et succes^ sores ipsarum vinearum quosvis possessores in futurum dictas vineas possidentes, prefatas vineas duas bene colere necnon singulis annis de vino ipsarummet duarum vinearum in vindemie tempore viginti et unum cubulum, hoc est, decem cubulos vini de una et undecim cu^ buios vini de alia earum, recusacione absque omni, salvos et ab omni decimacione expeditos in vectura propria ad dictum claustrum deducendo, fratribus prefati claustri perpetue dare et amministrare tenebitur et debebit, ac eciam futuri quivis possessores dictarum vinearum pari racione tenebuntur et debebunt ad idem,- hoc interiecto, quod si per grandines aut anni sterilitates in prefatis vineis fructus non pro^ veniret, tunc idem Dragozlaus ac omnes dictarum vinearum quivis fu^ turi possessores teneantur in foro de bono vino prefatos viginti et unum cubulum emere et ad claustrum memoratum, modo quo pre^ mittitur, conducere. Que omnia idem Dragozlaus per se facienda et per illos ad quoscumque dicte vinee per eum devolverentur fienda, ut premittitur, assumpsit, Mete vero dictarum vinearum sunt iste: a parte una est vinea colendini sutorum, a parte alia est unum cerasum iuxta domunculam vinealem per Kurconem constructam. In premisse vero composicionis et ordinacionis firmitatem et memoriam perpetuam si* gilfum nostri conventus duximus presentibus apponendum. Datum vi* gesima secunda die mensis aprilis, anno domini millesimo CCCLXX septimo.

Prijepis u arkivu grada %agreBa odg. 137S.
THafčić: Mort. civ. ZagraB. I. 255-256.

197.

1377. 25. aprila. <U Zagrebu).

Dominiftanci zagreBačfii daju u zaHup jedan svoj vinograd dvojici zagreBačRih gradana Martinu i Dioniziju.

Nos fratres conventus sancti Nicolai de Zagrabia, ordinis fratrum Predicatorum, videlicet: frarer Johannes prior, frater Petrus, frater Dominicus, frater Andreas et frater Fabianus ac ceteri fratres signi* ficamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod nos unam vineam per Kusech fratris Span, civis de monte Grech, testa« mentarii iuris titulo ad claustrum prefatum legitime devolutam et iu* dicialiter obtentam, in territorio Grech existentem, cum omnibus iurU bus et utifitatibus suis Martino filio Doklisa et Dyonisio filio Pauiis, civibus predicte civitatis et per *eos* eorum heredibus heredumque ip* sorum successoribus dedimus iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam vel cuicumque voluerint disponendam iuxta consvetudinem et condicicnem dicre civitatis approbatam/ ita tamen, quod predicti Martinus et Dyonisius pro *se* ipsos eorumque heredes et successores ipsius vinee quosvis possessores in futurum dictam vineam possidentes, prefatam vineam *bene* colere, necnon singuiis annis de vino ipsiusmet vinee in vindemie tempore decem cubulos, recusacione absque omni, salvos et ab omni decimacione expeditos in vectura propria ad dictum claustrum deducendo, fratribus prefati claustri perpetue dare et ammi* nistrare tenebuntur et debebunt ac eciam futuri quivis possessores dicte vinee pari racione tenebuntur et debebunt ad idem,- hoc eciam inter* iecto, quod si per grandines aut anni sterilitates in prefata vinea fructus non proveniret, tunc ipsi Martinus et Dyonisius ac omnes dicte vinee quivis futuri possessores teneantur in foro de bono vino prefatos decem cubulos emere et ad claustrum memoratum modo quo premititur con« ducere. Que omnia Martinus et Dyonisius per ipsos facienda et per illos ad quoscumque dicta vinea per ipsos devoiveretur fienda assump- serunt, ut premittitur. Meta vero predicte vinee a parte una est vinea Dragoziauich filii Iwan, civis de Grech, a parte vero alia protendit de dicta vinea in longum *usque* viam communem. *In* premisse vero composicionis et ordinacionis firmitatem et memoriam perpetuam, sigiU lum nostri conventus duximus presentibus apponendum. Datum vigesima quinta die mensis aprilis, anno domini midesimo CCCLXX septimo.

*Prijepis u ar/tivu grada ZagreBa odgod 13J8**
T&afčić: Mon. civ. ZagraB. I. 256-257-

198.

1377. 25. aprila. <U Zagrebu).

DominiRanci zagreBac&i daju u za&up jedan svoj vinograd zagre Bacfiom gradaninu Lufii Radantovu.*

Nos fratres conventus sancti Nicolai de Zagrabia, ordinis fratrum Predicatorum, videlicet: frater Johannes prior, frater Petrus, frater Dominicus, frater Andreas et frater Fabianus ac ceteri fratres signU ficamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod nos unam vineam per Kusech fratris Span, civis de monte Grech, testa* mentarii iuris titulo ad claustrum prefatum legitime devolutam et iudi* cialiter obtentam in territorio Grech existentem, cum omnibus iuribus et utilitatibus suis Luce filio Radanti, civi predicte civitatis et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus iure per^ petuo possidendam, tenendam et habendam vel cuicumque voluerit di* sponendam iuxta consvetudinem et condicionem dicte civitatis apro^ batam,- ita tamen, quod predictus Lucas Radanti per se suosque he^ redes et successores ipsius vinee quosvis possessores in futurum dic* tam vineam possidentes, prefatam vineam bene colere, necnon singulis annis de vino ipsiusmet vinee in vindemie tempore decem cubulos vini, recusacione absque omni, salvos et ab omni decimacione expeditos in vectura propria ad dictum claustrum deducendo, fratribus prefatiš clau* stri perpetue dare et aministrare tenebitur et debebit, ac eciam futuri •quivis possessores dicte vinee pari racione tenebuntur et debebunt ad idem,- hoc interiecto, quod si per grandines aut anni sterilitates in pre* fata vinea fructus non provenirent, tunc ipse Lucas et omnes dicte vinee quivis futuri possessores teneantur in foro de bono vino prefatos •decem cubulos emere et ad claustrum memoratum, modo quo premit- titur, conducere,- que omnia idem Lucas per se facienda et per illos ad quoscumque dicte vinee per eum devolverentur fienda, ut premit* titur, assumpsit. Meta vero predicte vinee: a parte una sunt due ce* rasa parve iuxta vineam supra et vadit supra ad montem usque ad virgultum Franchych Mykech, a parte alia est vinea Katherine uxoris Horgoche. In premisse vero composicionis et ordinacionis firmitatem et memoriam perpetuam sigillum nostri conventus duximus presentibus apponendum. Datum vigesimo quinto die mensis aprilis, anno domini miliesimo CCCLXXVII.

*Prijepis u arkwu grada *Zagre5a odgod. 1378.*
T6a(čić: Mon. civ. ZagraB. I. 257-258.

199.

1377. 28. aprila <U Požegi).

Požešfii Haptof svjedoči o razvodu međa posjeda Kamarice i po~ sjeda Gradpatalia.

Nos capituium ecciesie beati Petri de Posaga memorie commen^ damus per presentes, quod cum nos ad uidendum et audiendum quoddam iuramentum per magistrum Nicolaum filium Stephani dicti Saphar super facto cuiusdam terre litigiose et metarum ac signorum metalium inter possessionem suam et Francisci filii[1] Johannis fiiii eiusdem Stephani Kamaricha vocatam et inter possessionem magnifici viri domini Nicolai de Gara, regni Hungarie paiatini, Gradpataka appeiiatam distingencium iuxta continenciam litterarum adiudicatoriarum simiiiter viri magnifici comitis Jacobi de Scepus, iudicis curie et vniuersarum ciuitatum excellentissimi principis domini nostri Lodouici, dei gracia incliti regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. tricesimo et vno se nobilibus coram regis et nostri hominibus in quindenis festi pasce domini pro^ xime preteritis et tandem litteris regis prorogatoriis de eodem iuramento nobis directas sub minori sigilio superuenientibus die dominico post fe^ stum beati Georgii martiris proxime elapso deponere debendo demumque nobis referendum vna cum Stephano filio Iwan de Gnoynicha, homine regio, vnum ex nobis discretum virum magistrum Dyonisium, socium et concanonicum nostrum, pro parte predictorum magistri Nicoiai et Francisci actorum et similiter vna cum Nicoiao filio Petri de Pousa* mezey modo simiii vnum ex nobis virum discretum magistrum Deme^ trium, socium et concanonicum nostrum, pro parte prefati domini palatini in causam attracti ob amicabiiem peticionem prelibati iudicis curie regie pro testimoniis transmisemus <!>, tandem iidem, regii videlicet et nostri homines ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem ma^ gister Nicolaus filius Stephani personaliter coram ipsis se regio et nos^ tris hominibus predicto die dominico post pretactum festum beati Georgii martiris proxime preterito, ad faciem predicte terre iitigiose vicinis et commetaneis suis iegitime inibi conuocatis magistro eciam Petro dicto Bukudy iegitimo procuratore dicti palatini presentibus accedendo-eandemque possessionem Kamaricha vocatam, cuius mete et signa metalia per ipsorum actorum procuratores a parte prescripte possessionis Gradpataka nominata prefati domini palatini condam ostense et demonstrata minime apparuisset per metas infrascriptas nobis in registro ap^

[1] Dva puta pisano.

portatas, videlicet incipiendo super cacumine cuiusdam montis a parte occidentis, vbi est meta terrea, deinde descendendo in modico spacio versus meridiem venit ad metam terream, abhinc per eandem plagam in paruo spacio eundo similiter est meta terrea,- dehinc per ipsam plagam meridionalem eundo similiter in modico spacio peruenit ad viam, que transit de ipsa Kamaricha in dictam Gradpataka et penes ipsam viam est meta terrea et saliendo eandem viam ac tandem descendendo venit ad vnum fossatum aquosum, quod quidem fossatum pro meta assignasset, a ipso vero fossato procedendo directe in modico spacio est meta terrea ad partem orientalem temporis iemalis eundo peruenit ad vnum rubum auellanarum et ibi est meta terrea,- dehinc declinando super terras arabiles veršus eandem plagam in modico spacio in campo est meta terrea,- similiter procedendo de eadem parumper per eandem plagam in eodem campo est meta terrea,- deinde tendit ad fluuium Oryaua usque fos^ satum cuiusdam molendini et penes ipsum fluuium est meta terrea, ibique terminantur — lucide reambulassent factaque ipsa reambulacione €t metarum ac signorum metalium posicione seu consignacione idem magister Nicolaus filius Stephani tricesimo et vno se nobilibus, ut pre^ mittitur, in vna earundem metarum videlicet in predicta meta terrea iuxta prescriptam viam de predicta Kamaricha ad pretactam Gradpataka euntem existenti conparendo resolutis cingulis et discalciatis pe^ dibus et terram super capita eorum leuando et generaliter dicendo, prout moris esset iuxta regni consuetudinem: »iuro super terram super eo, quod predicte mete et cursus metales per ipsum scilicet magistrum Nicolaum, vt est premissum, ostense et demonstrati vere mete et recti cursus metales in quibusdam litteris priuilegialibus, ut eedem littere iu* dicis curie regie denotabant conscripte et contenti dicte possessionis sue Kamaricha nuncupate ob eandem ex parte sepedicte possessionis Grad* pataka appellate separantes essent et fuissent, dictaque terra litigiosa cum suis vtilitatibus ad triginta et vnam marcas estimata semper et ab antiquo ad prescriptam possessionem suam et dicti Francisci Kama= richa nominatam pertinens fuisset et deberet attinere nunquam ad prenominatam possessionem dicti domini palatini Gradpataka dictam per* tinens fuisset et nec nunc deberet pertinere«, ut debuisset sacramentum prestitisset,- quoddam iuramento sic deposito iidem videlicet et nostri homines ipsis metis per prelibatum magistrum Nicolaum positis et de^ monstratis in modum apparencium et euidencium metarum erectis eandem terram litigiosam cum prescriptis suis vtilitatibus ad iam dictam possessionem predictorum magistri Nicolai et Francisci annectendo, eisdem et eorum heredibus statuissent et reiiquissent perpetuo possi-

dendam, tenendam pariter et habendam. Datum feria tercia proxima post predictum festum beati Georgii martiris, anno domini millesimo CCC° LXX° septimo.

Iz izpor, prepisa Budimsfiog fiaptofa od g. 1419. 23. febr. na perg. u ug. drz. arfiivu u Budimpesti. M, O. D. L. 341o9- — Stara sign. N. R. Л. fasc. 647. No 22.

200.

1377. 6, maja. U Zadru <Jadre>.

Tifip Stumuficprodaje Mavru de Grisogonis zemfjište u gradu uz oBicajne usfove.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, indicione quinta decima, die sexto mensis maii,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gratia inclito rege Hungarie, Polonie et Dalmatie temporeque reuerendi patris et domini domini Petri de Matafaris, det et sancte sedis apostolice gratia archiepiscopi Jadriensis ac egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, ciuitatis Jadre comitis. Philippus marinarius condam Marinci Stumulich de Jadra per se et suos heredes et successores dedit, vendidit et transactauit iure proprii im perpetuum viro nobili ser Mauro condam ser Petri de Grisogonis, ciui Iadre, ementi pro se et suis heredibus et successoribus vnum suum locum discopertum munitum a duabus videlicet boreali et de quirina, positum Iadre in confinio sancti Vagagli/ cui hii sunt con* fines ut dixerunt: de trauersa via conuicinalis, de austro unus locus monasterii sancti Nicolay de Iadra, de quirina et de borea via publica et forte alii sunt sibi confines,- ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori uel suis heredibus et successoribus de ipso loco deinceps melius placuerit faciendum sine contradictione dicti ven^ ditoris uel suorum heredum et successorum cum omni accessu, ingressu, introytu et exitu suo et omnibus suis iuribus, adiacenciis et pertinen^ ciis superioribus et inferioribus, a celo usque ad habissum. Dans et concedens dictus venditor dicto emptori omnia sua iura omnesque ac* tiones et rationes et reales et personales, vtilles et directas, tacitas et expressas atque mixtas, que uel quas et qualia dictus venditor habet uel habere uidebatur, poterat et posset in ipso loco aduersus quascumque

personas huius mundi,- constituens dictus venditor eundem emptorem in ipso loco procuratorem, ut in rem suam et ponens eum in locum suum nec non dans dictus venditor dicto emptori licenciam et parabolam sua auctoritate intrandi et aprehendendi tenutam et corporalem possessionem de ipso loco, qui venditor se pro dicto emptore precario nomine pos^ sidere constituit, donec dictus emptor de ipso loco tenutam et possessionem aprehendiderit corporalem, Quem quidem locum promisit quo^ que dictus venditor stipulatione solempni per se et suos heredes et successores dicto emptori semper ei et suis heredibus et successoribus excalumpniare et deffendere contra unamquamque personam huius mundi de iure, sub pena quarti, qua soluta uel non, nichilominus contractus iste suam semper obtineat roboris firmitatem, et cum reffectione om* nium dannorum, interesse et expensarum litis et extra et cum obliga* tione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, Et hoc pro precio et nomine precii librarum quadraginta denariorum paruorum, quos denarios et precium dictus venditor guarentauit, contentus et confessus fuit se manualiter habuisse et recepisse et in se habere dixit a dicto emptore,- renuncians super hoc sponte et per pactum dictus venditor exceptioni et probationi non date, habite et recepte ac sibi manua* liter numerate dicte pecunie quantitatis a dicto emptore dicta de causa tempore huius contractus, omni spey future numerationis et tradicionis omnique alii suo iuri et legum auxilio. Et pro predictis singulis *rneU* lius actendendis et obseruandis sponte et per pactum venditor obligauit se suosque heredes et successores et omnia bona presencia et futura penes dictum emptorem et suos heredes et successores et ad conue^ niendum tam realiter quam personaliter, semel et pluries usque ad ple^ nariam et condignam satisfationem omnium predictorum Iadre et vbU que locorum et terrarum et omni tempore. Actum Iadre iuxta logiam magnam comunis, presente viro nobile ser Micha condam ser Federici de Nassis et Alberto notario condam ser Francisci de Saladinis, am^ bobus Iadrensibus, testibus vocatis, rogatis et aliis.

Ego Iacobus de Qadulinis, iudex examinator manum missi,

fSig. notj. Ego Petrus dictus Peren^anus condam domini A^onis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et comunis Iadre notarius iuratus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta <bona> fide scripsi.

Izvornik na pergameni u guBem. arfiivu u 'Zadru (odio sam. rogovsfoga no. 114).

201.

1377. 9. maja. U Križevcima <In Crisio).

Petar Zudar Ban nafaze županu zagreBačfiom i sucima pfemstva, da istraze neopravdane napadaje Haptofa zagreBačRoga.

Nobilibus viris magistro Nicolao de Virtus, comiti Zagrabiensi et iudicibus nobilium comitatus eiusdem, Petrus Zwdar, regni Sclauonie banus, dileccionis plenitudinem cum salute. Dicitur nobis in personis providorum virorum iudicis, iuratorum et universorum civium civitatis Zagrabiensis de Grech, quod pridem feria quinta proxima ante festum beati Georgii martiris, proxime preterita, capitulum ecclesie Zagrabiensis, eorum nequicia precogitata, animo furibundo, hominibus ipsorum transmissis ad Novam viliam, que est in teritorio ipsius civitatis, scilicet montis Grechensis, prope fluvium Zaua, habitatoribus in eadem existentibus, clara luce, recia piscaria ausu temerario abstulissent et demactassent ac quosdam ex ipsis crudeliter verberassent. Hiis non contenti, iidem homines dicti capituli in vigilia beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, similiter proxime preterita, ubi mulieres, femine et puelle de eadem Nova villa ad earum negociaciones ipsarum mercimonia, videlicet: linum, ova, lacticinia, caseos et huiusmodi neces* saria ad forum per publicam viam deportassent, ipsas invadendo spoli* assent et denudassent et turpiter pertractassent in dedecus muliebris sexus et honoris, De predictis .non sufficientes, eodem die circa horam vesperarum, diabolica fraude inbuti, dei timore postposito et tamquam saluti eorum immemores missis similiter peditibus et armatis hominibus ipsorum, ipsam villam spoliassent et totaliter depredassent, ac unum iobagionem in eadem villa commorantem Iwanum filium Bogdesa letalibus vulneribus vulnerassent, qui tandem in vigilia ascensionis domini, similiter proxime elapsa, spiritum exalasset/ et adhuc maiora et dete^ riora facere conarentur in dedecus honoris regalis et eiusdem civitatis libertatis detrimentum et derogamen, nullis eorum culpis acquirentibus. Super quo vestre nobilitati presentibus precipiendo mandamus, quatenus duos ex vobis iudices nobilium transmittatis, qui una cum Mathya fifio Iwan de Gay, vel Mychaele filio Pauli de Garig, sive Wlkech filio Damiani de Kraua<r>zka, aut Petro filio Nicolai de Mlaka, aliis ab^ sentibus homine nostro illic accedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status, condicionis parcium illarum hominibus,

a quibus decuerit et licuerit palam et oculte, diligenter ac conscien^ ciose investigando, sciant et inquirant de premissis omnimodam veri* tatem, et post hec, prout vobis exinde veritas constiterit, domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Crisio, sabbato proximo post pre= dictum festum ascensionis domini. Anno eiusdem MCCCLXX septimo.

Iz originafnoga izvjestaja župana zagreBačkoga Vertusa od18. maja 1377- T&aCčić; Mon. civ. ZagraB. I. 2JS - 259-

202.

1377. 9. maja. U Zagrcbu (Zagrabie).

Petar Cirke, podBan i župan križevački, poziva kaptof zagreBački da ispita nasifja pocinfena na posjedu ScefcB:

Amicis suis reverendis magister Petrus dictus Chyrke, vicebanus regni Sclavonie ac comes Crisiensis, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Petri fily Stephani filii Warysa, Benedicti, Johannis et Petri, filiorum Andree filii dicti Warysa de Zefch, graui sub querela, quod Thomas filius Endre, Nicolaus et Stephanus filii Stephani fily Peterke de eadem Scelch sabbato proximo ante diem ci* nerum nunc proxime elapsum ad porcionem possessionariam ipsorum in dicta Scelch habitam, manibus armatis et potenciarys clara luce veni* endo quendam inclinum <> ipsorum Orisan vocatum recepissent et ab* duxissent/ super eo non contenti eodem die quatuor aceruos feni ip* sorum et suorum iobagionum similiter potencialiter recepissent ipsisque et suis hominibus quam plura facta potenciaria irrogando intulissent, lite tamen pendente inter ipsos. Super quo vestram amiciciam presen^ tibus requirimus reuerenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Endre uel Damianus, filii Johannis filii Philippi aut Valentinus filius Luce de Bilina siue Georgiis filius Gredak seu Nicolaus aut Gregorius filius Lucasy de Dubicha ceu Petrus filius Warak de Dol, alys absentibus homo noster ab om* nibus a quibus decuerit et licuerit, a nobilibus et ignobilibus ac alys cuiusvis status et condicionis illarum parcium hominibus, palam et occulte inuestigando sciat et inquirat de premissis omnimodam veri- tatem. Et post hec, prout vobis veritas constiterit, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie, secundo die festi aparicionis beati My- chaelis, anno domini M° CCC° LXX° septimo.

Tz isprave fiaptofa zagreBacfiog od16. maja 1377- Cod, dipf, comitum Zicfiy IV. 17-18-

203.

1377. 16. maja *(Zagrebu).*

KaptofzagreBackijavfja podBanu Petru CByrfie dajeogfedao nasifja u kotaru Bfina,

Nobili viro magistro Petro dicto Chyrke, vicebano regni Scla^ uonie ac comiti Crisyensi, amico eorum, capitulum ecclesie Zagra^ biensis, amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit nobilitas nos litteras vestras recepisse in hec verba:

(Sfijedi fistina od Q. maja 1377J

Nos igitur vestris amicabilibus peticionibus anuentes vna cum prefato Petro filio Waratk, homine vestro, virum discretum Martinum presbiterum, chori ecclesie nostre prebendarium, hominem nostrum fidedignum, ad premissa peragenda pro testimonio duximus transmit* tendum. Qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt: quod ipsi in districtu Blyna simul procedendo ab omnibus illarum parcium hominibus a quibus decens fuisset et oportunum talem de premissis sciuissent veritatem, quod prefati Thomas filius Endre, Nicolaus et Stephanus filii Stephani sabbato proximo post festum circumcisionis domini vnum inclinum<I> eorundem clara luce potencialiter ad dictam porcionem possessionariam Scelch vocatam yeniendo recepissent et ad porcionem ipsorum abduxissent nec non quatuor aceruos feni ipsorum et jobagionum suorum asportari et dispergi fectssent eisdemque nobi* libus et eorum homtnibus quamplura facta potenciaria irrogando intulissent, lite tamen pendente inter ipsos. Datum in vigilia festi penthe^ costes, anno domini supradicto.

Izvana: Vicebano regni Sclavonie pro Petro filio Stephani fily Varysa, Benedicto, Johanne et Petro, filys Andree fily dicti Warysa de Scelch contra Thomam filium Endre, Nicolaum et Stephanum filios Stephani filii Peterke de eadem inquisitoria.

Cod. dipC. comitum 'Zicfiy 7P. 17^18.

204.

1377. 18. maja. U Zagrebu <Zagrabie>.

Virtus župan zagreBacfii i suci pfemstva izvješćuju krafja Ljudevita o nedjefima kaptofa zagreBačkoga.

Excellentissimo domino eorum Ludouico, dei gracia inclito regi Hungarie, magister Nicolaus de Virtus, comes Zagrabiensis, Stephanus filius Mykech, Mykech filius Gerhenk, Johannes filius Georgi et Gre* gorius filius Irethlen, iudices nobilium comitatus Zagrabiensis cum obsequio servitutis ac perpetua fidelitate. Noverit vestra serenitas nos

recepisse litteras magnifici viri domini Petri Zwdar, regni Sclauonie bani, honore quo decuit, in hec verba:

fSfi/edi fistina Bana Petra odQ, maja 13770»

Nos itaque mandatis ipsius domini bani hobedire cupientes, ut te^ nemur, duos ex nobis, videlicet: Stephanum filium Mykech et Mykech filium Cerhenk, una cum predicto Petro filio Nicolai de Mlaka, homine ipsius domini bani, ad premissa peragenda pro testimonio duximus trans* mittendos, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis concorditer et unifor^ miter retulerunt, quod ipsi in octavis festi predicti ascensionis domini illic et alias procedendo, ab omnibus quibus decuit et licuit conscienciose investigando a nobilibus et ignobilibus illarum parcium hominibus talem de premissis scivissent omnimodam veritatem, quod pridem feria quinta proxima ante festum beati Georgii martiris predictum capitulum ecclesie Zagrabiensis eorum nequicia precogitata, animo furibundo, ho^ minibus ipsorum transmittendo ad Novam villam Grechensem, vestre civitatis, prope fluvium Zaue, habitatoribus in ipsa existentibus, ciara luce, recia piscaria abstulerunt et demactarunt et quosdam ex ipsis crudeliter verberarunt. Hiis non contenti, iidem homines dicti capituli in vigilia beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, similiter proxime preterita, ubi mulieres et puelle de eadem Nova villa ad earum nego^ ciaciones ipsarum mercimonia ad forum portarent, ipsas in publica via repertas invadendo spoiiarunt et turpiter pertractarunt. De predictis non sufficiendo eodem die et circa horam vesperarum, mittendo similiter pedites et armatos homines ipsorum super predicram Novam vil-* lam, territorio vesrre predicte Grechensis civitatis, volentes ipsam spo^ liare et depopulare, unum iobagionem in ipsa villa commorantem Iwan filium Bogdesa letalibus vulneribus vulnerarunt, qui tandem quinto die spiritum exalavit/ quem mortuum vidimus fide oculata. Datum Zagra^ biey feria secunda proxima post festum Penthecostes, Anno domini su= perius annotato.

Origmaf tta papiru u arfiivu grada ZagreBa tragovi od pet pecata. Ima i spis raspravni u arfiivu kaptofa zagreBačkoga fasc. lo no. 14.

205.

1377. 24. maja. U Visegradu, (In Wyssegrad).

$afiov de Scepus, dvorsfi sudac, u parnici Ivana Simonovog protiv Ivana MiBajfovog GorjansBog radi posjeda PacBynta i LigetB Pacfiynta dosuduje cetvrtinu tifj posjeda tužitefju.*

Nos comes Iacobus de Scepus, iudex curie et vniuersarum ciuitatum serenissimi et magnifici principis domini Lodouici, dei gratia in^

cliti regis Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Iohan* nes filius Symonis de sancto Saluatore, pro se personaliter, ac pro Dyonisio et Paulo, fratribus vterinis, cum procuratoriis litteris nostris •et capituli Boznensis in octauis festi beati Iacobi apostoli, in anno domini M^{m0} CCC^{mo} septuagesimo quinto preteritis, iuxta continentiam litterarum ipsius capituli ecclesie Boznensis evocatoriarum simplicium, ad nostram venientes presenriam, contra Ioannem filium Mychaelis de Gara, quasdam duas litteras, vnam dicti capituli euocatoriam et aliam nostram iudicialem in diuersis terminis, in anno tunc preterito confectas asserens suam et dictorum fratrum suorum actionem aduersum dictum Ioannem filium Mychaelis proponendam litteris contineri in eisdem, nobis presentauerat In quarum prima, videlicet ipsius capituli euocatoria, habebatur inter alia, quod predictus Iohannes filius Symonis sua et predictorum fratrum suorum in personis regie dixisset maiestati, quod ipsi vna cum Ioanne filio Mychaelis de Gara in possessionibus Pachynta et Ligeth^Pachynta vocatis, eos communiter tangentibus, di^ uisionem habere vellent iure regni requirente,- super quo idem dominus rex fidelitati annotati capituli firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infra declarandus ad prefatas duas villas Pachynta €t Ligeth^Pachynta vocatas vicinis et commetaneis ipsorum inibi legitime conuocatis et presentibus, vel eorum legitimis procuratoribus presentibus, accedendo a prefato Ioanne filio Mychaelis eisdem filiiis Sy* monis diuisionem in dictis possessionibus dari peterent verbo sue regie maiestatis, qui si faceret bene quidem, alioquin euocaret eundem Ioannem filium Mychaelis contra annotatos filios Symonis in regiam presentiam ad terminum competentem rationem premissorum redditurum,- et post hec totius facti seriem et processum, vt fieret expediens, sue fideliter rescriberet maiestati capitulum supradictum, Ipsum igitur capi^ tulum mandatis regiis obedire cupiens, vt tenetur, vna cum Stephano filio Nicolai, homine regio, Dominicum, chori eorum clericum, ad pre* tnissa mandata regia exequenda, pro testimonio transmisisset fidedignum,- <Iemum iidem ad ipsum capitulum reuersi eidem pari voce retulissent, quod ipsi in die dominico proximo post festum beati Georgii martyris proxime tunc preteritum ad predictas duas possessiones Pachynta et Ligeth * Pachynta vocatas vicinis et commetaneis ipsarum illic legitime conuocatis ac partibus prescriptis presentibus accessissent et a prefato Iohanne filio Mychaelis predictis filiis Symonis diuisionem in dictis possessionibus dari petiuissent verbo regie maiestatis,- qui quidem Iohannes

filius Mychaelis annotatis filiis Symonis ipsam diuisionem dare recusasset. Quare eundem Ioannem filium Michaelis dicti regius et sepe^ dicti capituli Boznensis homines contra prenotatos filios Symonis ad regie serenitatis presenciam ad quindenas octauarum predicti festi beatl Georgii martyris euocasset racionem premissorum redditurum. — In aW tera vero dictarum litterarum, videlicet nostra iudiciali, habebatur, quod predictus Iohannes filius Mychaelis per dictum Iohannem filium *Sy** monis in sua et dictorum fratrum suorum personis legitimis diebus pre^ dictarum quindenarum coram nobis exspectatus, ad easdem quindenas nostram in presentiam non venisset, nec misisset, se mediantibus dictis- litteris nostris iudicialibus mole iudiciorum opprimi permittendo. — Quarum quidem Htterarum exhibitionibus factis predictus Iohannes in- sua et dictorum fratrum suorum personis, huius racionem, qua ratione mediante idem Iohannes filius Mychaelis premissam diuisionem in ipsis possessionibus Pachintha et Lygeth # Pachynta non dedisset, assignari postularat coram nobis per eundem/ quibus preceptis Petrus litteratus pro ipso Iohanne filio Mychaelis cum procuratoriis litteris eiusdem capituli in nostram exurgendo presentiam responderat ex aduerso, quod idem Iohannes filius Mychaelis super facto porcionis possessionarie eo^ rundem filiorum Symonis, ipsis de dictis possessionibus prouenire de^ benti<!> litteras haberet expeditorias, quas non ad tunc, sed in termino vlteriori per nos eidem dando coram nobis exhibere promtus esset et paratus. Vnde nos perceptis premissis iudicantes commiseramus eo modo,. vt prenotatus Iohannes filius Mychaelis predictas litteras expeditorias, si quas haberet in premissis confectas in octauis festi beati Michaelis archangeli tunc ventur<i> contra annotatos filios Symonis coram nobis- exhibere teneretur, quibus visis iudicium et iustitiam facere valeremus in premissis, vt dictaret ordo iuris,- ad quas quidem octauas prefatus Iohannes filius Mychaelis per predictum Iohannem filium Symonis sua et dictorum fratrum suorum in personis legitimis diebus octauarum ea* rundem coram nobis expectatus dicta sua litteralia instrumenta exhibi^ turus nostram in presentiam non venerat nec miserat se mediantibus- aliis litteris nostris iudicialibus in iudiciis conuinci permittendo,- postu^ lans prefatus Iohannes sua et dictorum fratrum suorum in personis eis- ex parte dicti Ioannis per nos iudicium et iustitiam impertiri. Vnde quia, ordo iuris vigorque equitatis predictum Iohannem filium Mychaelis pre= missa sua instrumenta exhibiturum, ac de dictis iudiciis, in quibus modo- premisso foret conuictus, nobis et parti aduerse satisfacturum euocan^- dum fore dictarat,- pro eo amicitiam dicti capituli litteratorie petyeramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio-

fidedignum, quo presente homo regius infra dedarandus prefatum Io^ hannem premissa sua instrumenta exhibiturum et de dictis iudiciis decem et octo marcarum nobis et parti aduerse satisfacturum, contra prefatos filios Symonis ad octauas festi pentecostes tunc ventur<as) euocaret in presentiam regie maiestatis, et post hec ipsius euocacionis seriem cum •nomine euocati, ad easdem octauas domino *nostro* regi fideliter rescri^ beret capitulum supradictum. Tandem ipsis octauis instantibtis Gebard filius Mychaefis pro ipsis filiis Symonis cum procuratoriis litteris sepe dicti capituli, ad nostram veniendo presentiam litteras memorati capituli Boznensis super premissa euocatione domino nostro regi rescrip^ tas nobis presentauerat, in quibus inter cetera predictum Ioannem fi^ lium Michaelis de Gara per Iohannem de Woyda regium, et Stephanum, chori dicti capituli clericum, ipsorum homines iuxta prescriptam nostram iudiciariam commissionem[1] contra prefatos filios Symonis ad dictas oc^ tauas festi pentecostes regiam in presentiam legitime euocatum fore cognouimus manifeste, Ad quas quidem octauas prefatus Johannes fi* lius Mychaelis prennotatum Gebard, legitimum procuratorem eorumdem fifiorum Symonis, in personis eorumdem legitimis diebus octauarum ea= rumdem coram nobis exspectatus nostram in presentiam non venerat neque miserat se mediantibus litteris nostris iudicialibus pro sua non veniencia in iudiciis consuetis et pro non solucione dictorum iudiciorum in dupplo eorumdem conuinci permittendo,- postulans prefatus procu^ rator dictorum fiiiorum Symonis, eisdem ex parte prelibati loannis in premissis per nos iudicium et iustitiam impertiri. Vnde quia iuxta regni consuetudinem ab antiquo approbatam euocationes consultiuas terne sequi debent forenses proclamaciones contumacesque et iuri parere re« cusantes per ternas forenses proclamationes ad iuris tramitem inuitare iudicibus magnum indicium existit pietatis pro eo, cum nos prenomina^ tum Iohannem filium Mychaelis premissa sua instrumenta exhibiturum, ac de dictis iudiciis in toto quadraginta quinque marcas facientibus no^ bis et partibus aduersis satisfacturum, contra predictos filios Simonis per regium et dicti capituli homines in tribus foris comprouincialibus regiam in presentiam ad quindenas festi beati Iacobi apostoli tunc ven* turas publice et manifeste fecissemus proclamari, ab eisdemque quidem premissorum instrumentorum exhibicionem quibusdam prorogacionibus •et terminis interuenientibus inter partes annotatas primo ad octauas festi purificacionis festi beate virginis in anno proxime elapso preteritas, simul cum iudiciis quadraginta quinque marcarum de regio litteratorio mandato, ab ipsis autem octauis eo, quod legitimus procufator predicti

[1] Slijedi točkama potcrtano: antedictam.

lohannis eundem petente dicto Iohanne filio Symonis, qui pro se per* sonaliter et pro dictis fratribus suis cum procuratoriis litteris pretitulati capituli Boznensis adstiterat pro tunc, nec ipsa instrumenta exhibere, nec dicta iudicia persoluere posse retulisset, cum iudicio trium marca* rum dictis iudiciis quadraginta quinque marcis in dupplum accrescen* tibus ad octauas festi beati Georgii martyris tunc venturas, ab eisdem^ que octauis festi beati Georgii martyris eo, quod idem Iohannes filius Mychaelis, se nec dicta instrumenta exhibere, nec prelibata iudicia per^ soluere posse indicasset, cum altero iudicio trium marcarum prefatis iudiciis nonaginta trium marcarum similiter *m* dupplum accumulantibus, ad octauas festi beati Iacobi apostoli, proxime preteritas, de ipsisque octauis festi beati Jacobi apostoli ob regium litteratorium preceptum simul cum prenominatts iudiciis iuxta seriem et continentias litterarum nostrarum dilatoriarum, ad octauas festi epiphaniarum domini proxime preteritas dilatiue deuenisset. Tandem ipsis octauis festi epiphaniarum domini instantibus annotatus Iohannes filius Symonis pro se persona^ liter et pro annotatis Dionisio et Paulo, fratribus suis, cum procura- toriis Htteris nostris et dicti capituli Bachyensis presente annotato Io^ hanne filio Mychaelis in nostram exurgendo presenciam allegarat eo modo: quod prelibate possessiones due Pachynta et Lygeth^Pachinta vocate primo per Nicolaum filium Gregorii filii Nicolai et demum per dominum fratrem Ladizfaum, archyepiscopum Collocensem, nobili do- mine Margaretha vocate, sorori videlicet vterine ipsius archyepiscopi, auie ipsorum, collate extitissent ipsaque domina Margaretha tres filias, unam videlicet dominam Margaretham matrem eorum, ac nobiles do^ minas consortem Michaelis filii Martini de Falkus^Zombatha, nec non relictam magistri Georgii filii Berend de Acha, ac unum filium, scilicet annotatum Iohannem, in causam attractum habuisset et ex eo dicte pos* sessiones de iure regni veluti in filios, sic et in filias deuolui deberent et condescendi,- et ob hoc directa quarta pars ipsarum duarum posses* sionum sibi et dictis suis fratribus preuia racione deberet prouenire,- et ibidem quasdam litteras nostras priuilegiales in Wissegrad vigesimo quarto die octauarum festi epiphanie domini anno eiusdem M° CCC° LXX^mo^ quarto emanatas nobis presentauerat declarantes inter cetera, quod cum magister Paulus de Lyzkou ob contradictoriam inhibitionem quarumdam possessionum Pachynta et Lygeth^Pachynta vocatarum de Wolkou existencium, per prefatum dominum nostrum regem nomine sui iuris regalis sibi perpetuo collatarum Iohannem filium Mychaelis de Pachyntha, legitime citacionis modum obseruando regiam in presen- liam in causam attraxisset, ac ipsa causa inter partes annotatas ad in^

strumentalem exhibicionem deducta, vario modo ventillando ad dictas octauas festi epiphaniarum domini deuenisset, tandem ipsis octauis festi epiphaniarum domini instantibus predicto magistro Paulo de Lyzkou co* ram nobis personaliter astante, in predictas duas possessiones Pachynta et Ligeth^Pachynta vocatas per predictum dominum nostrum regem no*- mine sui iuris regafis pro fidelibus suis serviciis sibi perpetuo datas fuisse exhibicione quarumdam litterarum patenctum predicti domini re- gis declarante,- idem Iohannes filius Michaelis in nostram exurgendo presentiam pro instrumentis per ipsum in facto annotatarum possessio* num exhibere assurnptis, quasdam sex litteras priuilegiales, duas vide* licet domini Karuli, olim regis Hungarie, clare recordationis, terciam capituli ecclesie de Kw, quartarh domini fratris Ladizlai archyepiscopi Collocensis, nec non duas predicti domini nostri regis Lodouici, nobis presentasset, in quarum prima *fV. dafje fistine od 13o4, Cod dipf VIII. 91 J od g. 1323. Cod dipf. IX. 16J., od 24. VI g. 133o. Cod dipf IX. 527"528.j napomenu o potvrdi firafja Karfa iz g. 133o. Cod, dipf IX J2S.JJ* Quibus quidem litteris exhibitis nos dictas duas possessiones Pachynta et Ligeth^Pachynta vocatas vigo^ ribus premissarum litterarum per ipsum Iohannem filium Michaelis pro- ductarum ex scitu, voluntate et annuentia ipsorum dominorum nostrorum regis et regine, prelatorumque, taronum et nobilium regni, nobiscum in adiudicatione ipsius cause sedentium, moderatiuo inducti consilio ipsi Iohanni filio Mychaelis et eius heredibus vniuersis perpetuo adiudicas* semus, ipsi magistro Paulo et eius heredibus vniuersis perpetuum silen* tium imponentes de eodem.. Ipsarum itaque litterarum exhibitionibus factis ipse Iohannes filius Symonis in sua et dictorum fratrorum suo- rum in personis premissa per annotatum Iohannem filium Michaelis ex* hiberi assumpta instrumenta exhibenda postularat per eundem. Quo per^ cepto ipse Ioannes filius Michaelis in nostri presentia, vt premittitur, personaliter adherens pro premissis exhiberi assumptis instrumentis quas^ dam litteras priuilegiales capituli Bachiensis *fV. fistinu od 8. II 1358. Cod dipf XII 45oJ* presentauit. Quibus quidem litteris exhibitis, cum nos inter ipsas partes in premissis iudicium et iusticiam facere voluis- semus, tandem tam annotatus Iohannes filius Symonis in sua et pre^ dictorum fratrum suorum in personis, quam ipse Ioannes filius Micha* elis per *nos in* premissa eorum causa ad reformatiuam ordinationem et conscientiosam disposicionem venerabilium in Christo patrum et domi* norum Iohannis archyepiscopi Strigoniensis, Valentini Quinqueeccle*

[1] Potvrde kralja Ljudevita od g. 1361. nisu usle u ovaj Cod. dipl., a nema ih niti Fejer pod godinama, koje je označio, t, j, 1358. i 136L

siensis, Demetrii Zagrabiensis, Ladizlai Wesprimiensis ecclesiarum epi* scoporum, item magnificorum virorum dominorum Nicolai de Gara, regni Hungarie palatini, Nicolai de Zeech, regni Croatie bani, item magtstrorum Pauli et Gregorii, filiorum quondam loannis de Macho, Pauli filii Stephani filii condam Pauli bani, Dominici filii Deseu de Be~ rekzou, Michaelis filii Nikolai filii Trepk, pridem prothonotarii iudicis curie regie, ac Petri Magni, olym prothonotarii condam domini Emerici palatini, Iohannis filii lohannis de Huzywbachy, et Stephani filii Petri de Mykola, transmitti postulauerant deuota cum instantia/ cumque nos ipsas partes ad ipsam reformatiuam ordinationem et conscientiosam di^ spositionem ipsorum prelatorum et baronum, iuxta ipsarum parcium beneuolam peticionem admisissemus, demum prelibatus Iohannes filius Symonis, pro se personaliter et pro predictis suis fratribus cum procu* ratoriis litteris nostris et dicti capituli Bachyensis ab una, item anno^ tatus Iohannes filius Michaelis similiter personaliter parte ab altera ad nostram regressi presentiam, proposuerant viua uoce, quod dicti prelati et barones et nobiles vna cum aliis probis viris ad se assumtis in premissa eorum causa visls et diligenter examinatis premissis eorum litteralibus instrumentis, ac premissis allegationibus dicti Iohannis filii Symonis suo modo intellectis, taliter arbitrati extitissent: quod, licet prefibata nobilis domina Margaretha, relicta ipsius magistri Mychaelis, soror videlicet prelibati domini fratris Ladizlai archiepiscopi CoIIocensis, coram ipso capitulo Bachyensi comparendo, predictas duas possessiones Pachynta et Ligeth^Pachynta vocatas, prelibato Iohanni filio Michaelis et eius heredibus modo prehabito perpetuo donauerit et tradtderir, tamen quia prelibati Nicolaus fitius Gregorii et dominus Ladizlaus archiepis* copus dictas duas possessiones Pachynta et Ligeth^Pachynta vocatas, predicte nobili domine Margarethe, sorori eorum et per eam prelibato Michaeli, marito suo, ac vniuersis eius prolibus, ex ipso Michaele ge^ nitis ac procreandis perpetuo tradidisse ex premissarum litrerarum ip^ sius capituli de Kew et dicti domini Nicolai archiepiscopi continentiis reperti exstitissent, ob hoc portionem possessionariam dictis actoribus in ipsis duabus possessionibus Pachynta et Lygeth * Pachynta vocatis prouenientem, scilicet quartam partem earumdem, dicto Iohanni filio Michaelis ipsa nobilis domina, relicta magistri Mychaelis, conferre non valuisset, sed ipsa quarta pars dictarum duarum possessionum dictis actoribus ex premissis causis de iure pertineret et eisdem extradari de* beret iustitia requirente. Vnde cum ad extradationem quarte partis ip* sarum duarum possessionum regius ac dicti capituli Boznensis homines

necessario fuerant transmittendi, pro eo amiciciam prelibati capituli liitteratorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem presentibusque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus homo regius infra declarandus, tercio die festi pasche domini tunc ven^ turi, ad facies predictarum duarum possessionum Pachynta et Lygeth vocatarum vicinis et commetaneis ipsarum illic legitime conuocatis ac presentibus, vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo easdem regali mensura mensurando, vel si mensurari nequiret, visu con* siderando, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinentiis vniuersis, in qua^ tuor diuideret partes rectas et condecentes,- quarum quartam partem cum singulis suis pertinentiis ac vtilitatibus ab aliis suis partibus metaliter si necesse foret sequestratam, dictis actoribus et eorum heredibus, reli- quis tribus partibus earumdem dicto Iohanni et aliis, quibus congruet, remanentibus, statueret et committeret perpetuo possidere, tenere, pa^ riter et habere, contradictione ipsius Iohannis filii Michaelis et aliorum quorumlibet, eo, quod in tam longineo ac litiginario processu, excepto dicto Iohanne, nullus se intromiserat causam in eandem obuiare non va* lente,- si qui autem excepto dicto lohanne filio Michaelis quidquam iu* ris se habere sperarent, ad quartam partem dictarum duarum posses^ sionum Pachynta et Liget^Pachynta vocatarum predictarum facta ipsa statutione, dum vellent exequerentur iure requirente,- et post hec ipsius possessionariae statutionis seriem, cum totius inibi peracti negocii pro= cessu, ad octauas festi beati Georgii martyris, similiter tunc venturi, domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Boznense antedictum. Tandem ipsis cctauis festi beati Georgii martyris instantibus pretitu* latus Iohannes filius Syrhonis pro se personaliter et predicto Dyonisio et Paulo, fratribus suis, cum procuratoriis litteris nostris et dicti capi^ tuli Boznensis ab vna, item Andreas filius Demetrii pro ipso Iohanne filio Mychaelis de Gara, cum procuratoriis litteris supradicti capituli Boznensis parte ab altera, ad nostram accedendo presentiam, litteras memorati capituli Boznensis super premissis domino nostro regi rescrip- tionales nobis presentauit hunc tenorem continentes:

CSfijedi fistina fiaptofa Bosanskoga krafju Ljudevitu od god. /377- H- aprifaj.

Quihus quidem Ikteris exhibitis, quia prescripti *regius* et annotati capituli Boznensis homines termino in prefixo ad facies dictarum duarum possessionum Pachynta et Lyget-Pachynta vocatarum, vicinis et com* metaneis suis vniuersis illic legitime conuocatis et eisdem nec non dictis partibus presentibus accessissent, et easdem cum vniuersis earum vfi- litatibus, exceptis quibusdam particulis terrarum, quas pro tunc partes

per nonnullos vicinos commetaneos eorum occupatiue conseruari retu* lissent in quatuor partes diuisisse, ac quartam partem earumdem cum vniuersis suis vtilitatibus, nemine contradicfore existente, sub premissarum metarum ambitu dictis filiis Symonis et eorum heredibus, reliquis suis tribus partibus dicto lohanni filio Mychaelis et aliis, quibus con^ grueret, remanentibus perpetuo statutsse ex premissarum litterarum dicti capituli Boznensis rescriptionalium continentiis reperiebantur. Pro eo vna cum prelatis, baronibus et regni proceribus, nobiscum in iudicio seden^ tibus, premissam quartam partem dictarum duarum possessionum sub premissarum metarum vallo dictis filiis Symonis statutam, eisdem et eorum heredibus vniuersis cum omnibus suis vtilitatibus et pertinentiis, reliquis tribus suis partibus annotato Johanni filio Mychaelis et aliis, quibus congruet, perpetuo relictis reliquimus et commisimus in perpe* tuum possidere, tenere pariter et habere, saluis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras pri* uilegiales, pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas dictis filiis Symonis duximus concedendas. Datum in Wyssegrad vigesimo quarto die ocrauarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini millesimo CCC° septuagesimo septimo supradicto.

Izvornifc na pergam. u BiBfioteci narod. muzeja u Bpesti. a. 13J7- CBivša zBirka fanfiovicevaj.

Na fistini visi o svifenoj uzici fjuBičaste Boje oveci o&rugfi pečat dosta ostećen.

Po istom tisfiao đosta doBro;

Tejer: Codex Dipf. Hung. T. IX. v. V. pag. 216-228.

206.

1377. 30. maja. <U Zagrebu).

Ivan Cemer nadanio je sagracfiti crkvu sv. $urja povrB gracfa ZagreBa.

Item, Johannes Chemery ductus spiritu sancto, quandam eccle^ siam in honore sancti Georgii martiris, superius nostram civitatem, prope arborem castanei fabricare intendit, et quia ad presens est ni« mia debilitate occupatus, voluit et se firmiter obligavit coram nobis, quod si ipsam ecclesiam solus construere non posset, extunc de bonis suis quinquaginta marcas denariorum dimisit et legavit construendo et fabricando.

Zapisn/ci sudBeni u arfcivu grada ZagreBa.

207.

1377. 11. juna. U Firenci. <Florentie>.

Općina fiorentinsRa mofi općinu duBrovačfu, da snizi svoje carine trgovačfte dac'e,- na firaju se naBraja, koje daće uzima fiorentinsfta opcina.

Comiti regiminique Raguse.

Nobiles amici karissimi. *Qiioniam* sola frequentia mercatorum urbes exaltat civitatesque exornat et ex aductorum transportandorumque commertio plurima solet commoda populis reportare, et cum nichil sit, quod magis mercatores alliciat, quam indulgentia tributorum, nobifitatem vestram de quis<!>, que ad hoc spectant, amicabiliter requirere non ve* remur. Sane mercatores nostri, quorum procurationem credimus vobis et privatim et puMice *non* obesse, nobfs nuperrime *suggessevunt,* quod vectigalia pro rebus et mercaturis, que vel per iurisdictionem vestram transeunt, vel de vestris finibus extrahuntur, aut que contingat ad *vos* a mercatoribus apportari, satis importabiliter intendatis augmentare, *ut* videlicet ad rationem sex pro centenario extimationis rerum talium soU vere teneantur. Quocirca, amici karissimi, vos affectuosissime deprecamur, quatenus amore nostri et pro utiiitate publica vestre civitatis dignemini nedum non augere gabellas, prout dic<i>tur vos curare, sed eas saltem quoad nostrates cum exactione, quam facimus, adequare, Et si etiam legem nostram, cuius vobis copiam mittimus intercfusam, placuerit forsitan imminuere, idem exigi faciemus a nostratibus versa vice.. Quicquid super hoc duxeritis ordinandum nobis per vestras litteras in^ timando, in quibus modum vestrarum gabelfarum placeat annotare, ut eadem faciamus cives vestros benignirate tractari, quam in nostros de^ creveritis ordinandam.

Date Florentie die 11. junii 1377.

Secundum ordinamenta comunis Florentie solvitur introitu et exituj dicte civitatis ista gabella, videlicet:

De qualibet salma cere libras sex monete parve, de qualibet salma cordovani libras quinque, soldos sex et denarios VIII dicte monete, de qualibet salma pannorum ultramontanorum libras XVIII. monete pre* dicte, de argento sive in piastris pe<^is vel sodo nil in introitu solvitur pro gabella, in exitu vero pro libra qualibet soldus unus et denarii quatuor monete predicte, de qualibet salma pannorum Florentinorum in exitu libras quinque et soldos decem monete sepedicte.

E taBufario Tforentino. Sign. Missive. Reg. I canceff. XVII. f. I/S>
Makušev: Monum. Sist. Sfav, meriđ. I. 1. p. 432—433.

208.

1377. 14. juna. U Zagrebu ^Zagrabie).

Pred fiaptofom zagreBackim zaSranjuje fianonifi NiHofa u ime crfive sv. Niftofe u Grageni, da gospođa Katica itd. uživaju imanje 3a fiovšćinu u firizevačftoj županijt koju je ostavio pomenutoj crkvi NiRofa sin Andrijin.*

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus, quod vir discretus ma<gister> Nicolaus, socius et concanonicus ac notarius noster, vice, nomine et in persona viri discreti domini Petri sacerdotis et rectoris ecclesie sancti Nicolai de Gragena, fratris sui, ad nostram personaliter accedens presenciam per modum protestacionis nobis significare curauit, quod prout ipse dominus Petrus perciperet et scire potuisset, nobilis domina Kathicha vocata filia condam Andree literati de Bliznafeu, Iacobus filius Iwanka, gener eiusdem domine, nec non do^ mina relicta Nicolai filif eiusdem Andree literati, quandam porcionem possessionariam Jakouschyna vocatam in comitatu Crisiensi habitam, quam idem Nicolaus filius Andree literati in vltimo suo voto ob saJutem et remedium anime sue atque parentum suorum ecclesie beati Nicolai predicte legauisset, in cuius pacifico dominio ipse dominus Pe= trus tanquam verus rector eiusdem eccleste a tempore testamentarie le~ gacionis predicte fuisset et esset et ipsam porcionem possessionariam possedisset et nunc possideret, annotate domine Katycha et relicta Nicolai predicti et memoratus Iacobus ipsam porcionem possessionariam inter se diuidere et diuisionem de eadem facere niterentur in preiudi* cium ecclesie beati Nicolai predicte ac rectoris eiusdem antedicti. Quare idem magister Nicolaus nomine quo supra facta protestacione huius* modi memoratas nobiles dominas ac dictum Iacobum et alios quoslibet a diuisione porcionis possessionarie predicte fructuum et vtilitatum per* cepcione ac se de eadem intromissione quomodolibet facta vel facienda, sicut in facie eiusdem porcioms possessionarie prenotatus dominus Petrus sacerdos ipsas dominas et dictum Iacobum prohibuisset, sic nunc prescriptus magister Nicolaus toto posse contradicendo prohibuit coram nobis. Datum die dominico proximo post festum beati Barnabe apostoli,- anno domini M^{m0} CCC^{mo} LXX° septimo.

Izvomifi na papiru u ark. kaptofa čazmansfiog u Varaidinu a. 13 77- Ma fyrptu vidi se trag pritiinutog ovafnog pečata.

209.

1377. 22. juna. U Zagrebu <Zagrabie>.

Pred županom zagreBackim Nifiofom i županom zemsfiim Ivanom Grgurovim rješava se parnica radi posjeda Pfesa.

Nos magister Nicolaus de Virtus, comes Zagrabiensis castellanus*
que de Medue et Iwan filius Gregori, terrestris comes de Campo Za*
grabiensi, memorie commendantes significamus tenore presentium quibus
expedit vniuersis, quod Ladislao filio Thome, nobili iobagione castri de
eodem Campo, nunc conciui Zagrabiensi de Monte Greech, sua ac An-*
toni filii sui, cuius omne onus et grauamen, si aliquod de infrascripto
negocio euenire contingat, super se assumpmendo, in persona ab vna
velut actorum, parte vero ex altera Martino et Petro filiorum<!> Jo-
hannis filii Vrbani de dicto Campo Zagrabiensi, ut in causam attrac*
torum personaliter coram nobis constitutis, per easdem partes confes^
sum extitit ministerio viue vocis ipsorum pariter et relatum, quod licet
inter ipsos lis et questionis materia super facto cuiusdam possessionis
Pleza vocate circa ecclesiam beate virginis de Goricha in dicto Campo
Zagrabiensi habite et existentis, suscitata fuit diuciusque ventilata et
exorta coram nobis, tamen iidem obtenta prius a nobis pacificandi li^
cencia pro ordinacione et composicione proborum et nobilium virorum
infrascriptorum, videlicet Mikech fili<!> Chernk et Gregori fili Iretleni,
iudicum nobilium dicti comitatus Zagrabiensis, ac magistrorum Micha*
elis filii Iohannis militis, Iohannis filii Iwan, Petri fili Martini et Pauli
fili Zala, nobilium regni, necnon Nicolai fili Petreos, Domk fili Iwnk,
Pauli fili Bogdech, Nicolai fili Georgi de Korilouch et Vid fili Endre,
nobilium iobagionum castri de dicto campo, super facto dicte posses^
sionis et aliis quibuslibet causis vsque ad hec tempora *quoquo* modo
inter ipsos factis et perpetratis, ad vnionem pacis deuenissent et deue*
nerunt prout retulerunt eedem partes coram nobis iure perpetuo tali
modo: quod quia prefati filii Iohannis totalem possessionem Pleza vo^
catam predictam, ab eodem Ladislao ex patre eiusdem quoquo modo
ipsis filiis Iohannis deuolutam eidem Ladislao et filio suo remiserunt et
relinquerunt possidendam et obtinendam, pro eo prefatus Ladislaus tam
suo, quam dicti filii sui nomine vnam particulam seu possessionariam
porcfonem de eadem possessione Pleza voeate<!> cedendo sub metis et
terminis infrascriptis per nos et dictos nobiles superius ... ordinatis et
assignatis legitime coram eisdem partibus prefatis Martino et Petro, ac

per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus i<ure per^ petuo et> inreuocabiliter donauit et assignauit cum omnibus suis vtili* tatibus et pertinenciis vniuersis ad eandem possessionariam porcionem spectantibus, videlicet siluis, fenetis, terris arabilibus et aliis quibusuis vocabulis voeitatis possidendam, tenendam pariter et habendam nemine contradicente. Cuius videlicet particule seu possessionarie porcionis mete hoc ordine distinguuntur: prima meta incipitur a quadam meta terrea iuxta quandam antiquam viam, qua itur de Zagrabia versus viU lam Korilouch, ex parte meridionali existens, et deinde procedit ad eandem pfagam meridionalem penes terram dicti Ladislai, et procedendo peruenit ad terram domini regis, ubi resegat<!> et separat quedam parua vallis, que dicitur sclauonico Wodol, per quem reuertitur ad partem oc* cidentalem, et per eandem peruenit ad terram Iwan et Petri filiorum Raden, ubi est meta terrea, et ibi exit de illa valle et reuertitur ad par* tem septemtrionalem et tendit iuxta terram dictorum filiorum Raden et peruenit ad quandam antiquam viam, et salit eandem, et penes ipsam viam procedit ad occidentem et peruenit ad quandam arborem jegenefa vocatam, ubi est meta terrea circumfusa et ibi vicinatur et comme- tatur terra dictorum filiorum Raden et Ladislai predicti, et deinde re* flectitur ad partem septemtrionalem et procedit recte et peruenit ad quandam metam terream et deinde reuertitur ad orientem et peruenit ad quandam antiquam olim viam, et iuxta eandem procedit ad eandem plagam orientalem et peruenit ad metam terream, et deinde procedit ad eandem plagam et peruenit ad arborem scilfa wlgariter vocatam meta terrea circumfusam, deinde recte ad eandem plagam procedit et peruenit ad quendam<!> vallem, que sclauonico Mlaka dicitur, per quem *reuerthur* ad meridiem et procedit modico spacio, et peruenit ad anti* quam viam[1] . . . . . per quam reflectitur ad orientem et peruenit ad ar* borem pomi siluestri<!> meta terrea circumfusam, et deinde reueftitur ad meridiem et peruenit ad magnam viam, per quam reflectitur ad orU entem et procedit modico spacio et reuertitur ad priorem metam et ibi terminantur mete prenotate possessionarie porcionis. In cuius rei me- moriam firmitatemque perpetuam, presentes literras nostras priuilegiales et sigillorum nostrorum pendencium consignatas eisdem filiis Iohannis duximus concedendas[2]. Datum Zagrabie, feria secunda proxima ante festum natiuitatis beati Iohannis Baptiste, anno domini M°CCC°LXX° septimo.

Originaf u arkivu općine turopofjske. Pecat visi na svifenoj vrpci. LaszowsMi: Spotn. Turopofj. I, 97~99-

[1] »videlicet magnam« slijedi točkama označeno da ne važi.

[2] U ovoj rečenici nema kao što bi trebalo »munimine».

210.

1377. 5. jula. <U Zadru).

BifjeMa, da je fcraffica EfizaBeta dafa troš̌fiom od fiifjadu maraka načiniti sreBrni sarSofag za sv, Šimuna u Zadru.

1377. indictione XV., die dominico, 5. julii. Regnante serenissimo principe et domino nostro naturali domino Ludovico, dei gratia rege Hungarie, Polonie et Dalmatie etc. etc. Tempore reverendissimi pa^ tris domini domini Petri de Matafaris archiepiscopi Iadrensis, et egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placentia, civitatis Iadre comitis. Cum illustrissima principissa et domina nostra naturalis domina Elisabeth, regina Hungarie, Polonie et Dalmatie, et gloriosi domini nostri regis Hungarie consors, divino spiritu mota visitare voluisset corpus beati Simeonis Iusti in sua fideli civitate existens, quo viso hu* mili compassione commota non jacere, ut conveniens est, idcirco Ia« dre post discessum suum destinavit mille marcas argenti, caussa ipsi beatissimo corpori sancti Simeonis Iusti fabricandt arcam unam argen-» team, in qua dictum corpus sanctum reponatur et conservetur, ut dic* tum est,- et pro dicto opere citius conficiendo eadem domina regina nostra per suas gratiosas litteras scripsit fidelibus suis Iadrensibus do^ minis Francisco de Georgio, Maffeo de Matafaris et Paulo de Ge* orgio, strenuis militibus suis regiis, et ser Gregorio de Civalellis, et Francisco de Cedulinis, ut ipsi, prout citius fieri possit, dictam arcam perficere curent. Qui strenui milites dominus Franciscus, dominus Maf^ feus, dominus Paulus, uti fidelissimi regie majestatis, tam suis nornU nibus, quam nomine ser Georgii de Civalellis, et ser Francisci de Ce* dulinis, qui absentes erant, cupientes regia mandata pro parte adimplere, se regio nomine convenerunt cum magistro Francisco aurifice quondam Antonii de Mediolano, nunc habitante Iadre, pro dicto opere confi^ ciendo in hoc modo, videlicet quod dictus magister etc. etc.

Tarfati: Iffyr. sacr. V. p. too.

211.

1377- 5. jula. Čepel <In Chepel).

Krafjica EfizaBeta nafaže Banu NiHofi de ZecS, da udovofji na= fogu tirafjevu i vrati posjede Dofyan i Ugfyan sinovima Radafco vima de PofycB, što iS sifom drzi finez Ivan Nefipic de Setyn.*

Elizabet dei gratia regina Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fideli suo magnifico uiro domino Nicolao de Zech, tocius Dalmatie, Cro^

atie bano vel eius vices gerentibus salutem et gratiam. Conqueruntur nobis Novak et Ugrinus fily Radach, nobiles de Pofych, quod licet regia maiestas per litteras suas vobis alias mandauerit, ut vos ipsos in dominio quarumdam possessionum suarum Dolyan et Ublyan <> vocata^ rum, quas comes Iwanus filius Nelepty de Setyn ab ipsis potentialiter abstulisse dinoscitur, pacifice relinquere debueritis easdem possessiones per ipsum comitem Iwan prenominatis nobilibus remitti et resignari fa^ cere debendo, quod tamen uos facere nondum curassetis, per quod ipsis multe iniurie et dampna cottidie inferentur. Super quo fidelitati vestre firmissime precipimus et mandamus omnino volentes, quatenus statim visis presentibus prenominatos nobiles in supradictis possessio^ nibus eorum pacifice relinquatis ipsas per memoratum comitem Iwanum eisdem nobilibus remiti et resignari faciendo, secundum seriem literarum preceptoriarum vobis in hac parte loquentium predicti domini nostri regis. Et aliud facere non audeatis, sic quod ipsi nobiles habito de premissis bono fine de cetero nec nos nec ipsum dominum nostrum regem infestent pro premissis, presentes autem prenominatis nobilibus reddi mandamus semper post lecturam, Datum in Chepel, die dominico pro* ximo post festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo LXX° septimo.

Ortginaf u c, fi, tajnom arBivu u Beču, prijepis u fiaptofsftom arhivu u Spfjetu.

Pečat pritisnut

212.

1377. 12. jula, U Višegradu. <In WyssagradX

Ljudevit krafj nafaze Banu Nifiofi de ZeecB radi posjeda Dofjane, da se vrati sinovima RadaBovim.

Lodouicus, dei gratia rex Hungarie, Polonie, Dalmatie etc. fideli :suo magnifico uiro domino Nicolao de Zeech, totius Croatie bano uel eius uices gerentibus, salutem et gratiam. Conqueruntur nobis Novak •et Ugrinus fily Raduch, nobiles de Polych, quod licet nos per alias Itte^ • ras nostras vobis pridem dederimus in mandatis, ut vos ipsos in dominio quarumdam possessionum ipsorum Dolyan et Vglian vocatarum, quas comes Iwanus filius Nelepchy de Chetyn, ab ipsis potencialiter ;abstullisse dignoscitur, amoto eodem comite Iwan de eisdem, pacifice relinquere debetis, tamen vos id facere non curassetis, per quod ipsis

multe iniurie et dampna cottidie inferentur, de quo multum amiramur, quod mandata nostra executioni demandare non curastis, Qjuare fidelitati vestre firmissime precipimus et mandamus omnino vofentes, qua^ tenus statim visis presentibus prenominatos nobiles in supradictis eorum possessionibus pacifice relinquatis, memoratum comitem Iwanum amouendo de eisdem secundum seriem predictarum aliarum litterarum nostrarum preceptoriarum vobis in hac parte directarum, aliud facere non audentes sic, quod ipsi nobiles habito de premissis bono fine de cetero nos non infestent pro premissis presentes prenominatis autem nobilibus reddi mandamus semper post lecturam. Datum in Wyssagrad, die *60*= minico proximo ante festum beate Margarete, virginis et martiris, anno domini milfesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Originaf u c. fi. tajnom arfiivu u Beču, prijepis u fiaptofsfioni arBivu u Spffetu.

Pritisnut pečat otpao.

213.

1377. 12. jula. <U Čazmi).

Kaptof čazmansfci izdaje ispravu o dioBi posjeda Pfavnice izmedu pfemića iz Kamarce, koja je provedena po povjerenifiu Banovu, a pred izasfaniiiom istog kaptofa.

(C)apitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presen^ tibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Vt ea que geruntur in tempore aput<!> posteros inuiolabiliter perseuerent litterarum testimonio solent perhempnari, inconcussum nam* que id permanet, quod scripti patrocinio fuerit comunitum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum nos iuxta continenciam litterarum magnifici viri domini Petri Zudar, regni Sclauonie bani, adiudicatoriarum, reambulatoriarum, diuisionalium at^ que statutoriarum per eundem nobis pro parte Dyonisii filii Petri et Nicotai filii Dominici de Kamarcha, ut actorum, ac Petri, lacobi et Gregorii filiorum Mathey de eadem, fratrum eorundem patruefium, in causam attractorum amicabiliter directarum vna cum Benedicto filio Lipoldi de Jakowzerdahel, homine eiusdem domini bani in dictis litteris , suis nominatim inserto et expresso, virum discretum Barnabam presbiterum, chori ecclesie nostre prebendarium, hominem nostrum fidedignum, ad infrascriptam diuisionem faciendam pro testimonio duximus desti^ nandum. Tandem iidem ad nos exinde reuersi et per nos requisiti nobis

concorditer retulerunt, quod ipsi secundum continencias earundem lit* terarum et nostrarum priuilegialium rotundo et antiquo sigillo nostro consignatarum feria secunda proxima post octauas festi natiuitatis beati Iohannis Baptiste iam preteriti et duobus diebus subsequentibus ad fa~ ciem possessionis Plaunycha vocate, apud manus eorundem filiorum Mathei habite vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus pariter accedentes eandem iuxta continenciam eiusdem priuilegii nostri cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis ad eandem spectantibus per suas veras et antiquas metas in duas rectas et quoequales partes diuisissent/ cuius vnam rectam dimi- dietatem et quoequalem partem cum suts vtilitatibus et pertinenciis vni- uersis ad eandem spectantibus eisdem Dyonisio filio Petri et Nicolao filio Dominici eorumque heredibus perpetuo possidendam et habendam omni eo iure quo ipsis plenius dinoscitur pertinere sub metis infra^ scriptis statuissent et commisissent, contradiccione quorumlibet non ob= stante. Aliaque recta et coequali medietate ipsius possessionis similiter cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis modo quo supra sub metis infrascriptis eisdem Petro, Jacobo et Gregorio, filiis predicti Mathei eo* rumque heredibus iure perhempnali remanente, nemine contradictore inibi contradicente. Quarum mete prout nobis iidem ipsius domini bani et noster homines in registro apportarunt ac eedem partes oretenus retu* lerunt hoc ordine distinguntur: prima meta incipit a parte orientali iuxta magnam viam in arbore cerasi cruce signata,- deinde procedit infra versus plagam occidentalem et deuenit ad arborem brekynye cruce sU gnatam/ abhinc eundo per mediam vallem ad eandem plagam et venit ad arborem nucis cruce signatam, exhinc directe eundo deuenit ad arborem cerasi cruce signatam,- abinde descendit directe ad metam terream iuxta fenetum sitam,- abhinc vertitur versus meridiem in fine terre arabilis et venit ad metam terream, de qua reflectitur ad partem occidentalem ultra fenetum ad arborem tul cruce signatam,- deinde iuxta siluam tendit ad partem septemtrionalem in bono spacio et venit ad quandam magnam arborem tul cruce signatam in silua sitam,- abinde vertitur ad partem occidentalem et transit per magnam siluam et uenit ad aliam arborem magnam tul cruce signatam iuxta fluuium Plaunycha existentem,- deinde per ipsum fluuium supra in magno spacio asscen* dendo exit de eodem fluuio ad partem orientalem per riuulum Hwal= sawlge dictum,- per quem procedens venit ad viam et in eadem vertitur versus meridiem et venit ad metam terream,- abhinc per vnam semi* tam asscendendo versus orientem venit ad arborem tul cruce signatam,- deinde ad eadem<!> plagam in eadem semita paruum procedendo exit

•de eadem directe ad arborem tul, exinde asscendit similiter ad arborem tul cruce signatam iuxta magnam viam et in Iongitudine montis proce^ dendo per viam ad piagam meridionalem deuenit ad priorem metam, •que terra metis prescriptis inclusa cessit in porcionem Dyonisii et Ni* colai predictorum. Item terre et silue ex aiia parte ipsius fluuii Piau^ nycha existencium prima meta incipit iuxta idem<!> fluuium in arbore tui cruce signata in iitore eiusdem fluuii sita, de qua versus partem occidentaiem per arbores tul cruce signatas per siluam directe eundo magnam venit ad quandam viam iuxta siluam procedentem, vbi cst meta terrea,- inde per ipsam viam vertitur versus partem septemtriona= lem et venit ad aliam metam terream, abhinc flectitur ad occidentem ^t asscendit per terram arabiiem ad arborem tui cruce signatam, de qua <lesscendit in valiem Zapotnok dictam ibique terminatur,- cuius terre et silue pars a parte septemtrionaii habita cessisset in porcionem eorundem Dyonisi<!> et Nicoiai predictorum/ pars vero a plaga meridionali eis= •dem filiis Mathey modo simiii cessisset possidenda. Item aiie terre ip* sorum vltra quandam vallem a parte meridionaii prope viliam exisrentis prima meta incipit circa riuuJum ipsius vaiiis in arbore egur cruce si= gnata, de qua asscendit supra versus meridiem per nemora venit ad arborem piri cruce signatam,* deinde ad eandem piagam supra venit ad aliam arborem piri cruce signatam, que *est* circa quandam semitam, per <juam supra eundo exit ad metam terream de nemore ibique terminatur, quorum nemorum pars a parte orientaii habita cessisset in porcionem fiiiorum Mathei predictorum, ad terras arabiles eorundem, pars vero a plaga occidentali adiacens^ cessisset in porcionem Dyonisi et Nicoiai antedictorum/ item alie particuie terre ipsorum prima meta incipit iuxra nemus eorundem Dyonisi et Nicoiai a parte meridionali procedendo relictisque nemoribus per quandam viam procedendo venit ad metam terream, a qua flectitur per terras arabiles versus occidentem deuenitque ad dumum piri meta terrea circumfusum/ deinde directe descendit in fluuium Plaunycha, vbi est meta terrea infra locum moiendini Dyonisi et Nicoiai predictorum, vbi eciam quoddam fenetum sessionis Petrak in duas partes similiter diuisum, cuius pars a parte meridionaii cessisset ipsis filiis Mathey, parte vero a piaga aquiionis adiacente Dyonisio et Nicolao prenotatis remanente. Preterea quandam terram ipsorum ad octo iugera se extendentem in monte inter quandam viam et vailem Koztandol dictam iuxta terram eorundem fiiiorum Mathey existentem si* miiiter in duas partes coequales diuissent<f>, cuius medietas a parte terre eorundem filiorum Mathei cessisset in porcionem aiterius Dyonisi filii Petri et Iacobi filii Mathei predicti, pars vero a piaga meridionaii ad*

iacens remansisset Dyonisio et Nicolao prenotatis. Tandem terram eo^ rundem infra eadem oct^ iugera terre a parte meridionali adiacentem similiter in duas partes coequales diuisissent, cuius prima meta incipit iuxta riuulum Dubounik vocatum in meta terrea, de qua per metas terreas et terras arabiles versus occidentem procedendo directe venit versus metas filiorum Wasiud, cuius pars a parte septemtrionali vsque eadem octo iugera terre adiacens cessisset ipsis Dyonisio et Nicolao-Petri et Iacobo filio Mathei antedictis, pars autem a parte meridionali existens cessisset Dyonisio et Nicolao prenotatis, nullo penitus contra* dictore inibi apparente. Demumque fenilia iuxta fluuium Dubounik *m* fine terrarum arabilium ipsis Nicolao et Dyonisio cesserunt existencia taliter diuisissent, quod pars a parte aquilonis vsque quandam semitam et dumum viminis cum spinis mixtum eisdem Dyonisio et Iacobo ces« sissent, pars autem a parte meridionali adiacens cessisset Dyonisio et Nicolao sepedictis,- item quandam loncam iuxta ffuuium Padesna vo^ catum similiter in duas partes coequales diuisissent, cuius medietas a plaga orientali sita, prout eandem quedam via per medium resegat<!> et ab inferiori fine vna meta terrea vsque aliam metam terream versus occidentem eundo et ab ipsa meta infra per eandem viam procedendo cadit in ipsum fluuium Padesna cessisset Iacobo et Dyonisio sepedictis, pars autem a parte occidentali sita cessisset in porcionem Dyonisi er Nicolai prescriptorum. Molendinum vero inferius cessisset Dyonisio et Nicolao in porcionem mediotinus autem eisdem filiis Mathei communiter, superius autem molendinum manente communi vsui deputassent partibus prenotatis/ pontes autem eisdem partibus ac iobagionibus eo* rundem in eisdem porcionibus habitos communi vsui deputando. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentibus sigillum nos* trum duximus appendendum. Datum die dominico proximo ante festum beate Margarethe virginis et martiris, anno domini millesimo CCC^{mo}' septuagesimo septimo.

Izvornifc na pergameni u ar&ivu tfugosf. afiađemije u %agre£>u Dipfomata a. 1377.*

Na fistini visi nešto crvene i smeđe svife. Pečat izguSfjen.

214.

1377. 12. jula. <U Zadru).

Kosa de Begna fiupuje na dražBi dvije fiuće, vfasništvo Tomadina mornara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo* trecentesimo septuagesimo septimo, indicione quinta decima, die domU-

nico, duodecimo mensis iullii,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, die gracia rege Hungarie, Polonie €t Dalmacie temporeque reuerendi patris domini Petri de Matapharis, archiepiscopi Jadrensis et magnifici viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, honorabilis comitis Jadre. Testificor *ego* Thomas, gastaldio preconum curie Jadre, quod cum coram egregiis et nobilibus viris do^ minis rectoribus ciuitatis Jadre, prefato domino comite tunc absente de ciuitate Jadra, presentata fuit quedam cedula incantus infrascripti te= noris; ~- Incantatur et per incantum plus offerenti et danti dabuntur *et* deliberabuntur due stationes posite siue hedificium ipsorum posi* tarum ⊲⊳ super loco ecclesie sancti Laurencii in confinio ipsius ecclesie,- quarum stationum hii sunt confines: de trauersa via publica, de austro hedificium domus Marci de Pomo posita super loco ecclesie sancti Laurencii, de quirina possidet ecclesia sancti Laurencii, de borrea est hedificium condam Tomani marinarii siue defensorie ipsius condam vxoris positum super loco dicte ecclesie, que stationes sunt cuppis co* perte et habet ⊲⊳ ambitum super uiam comunis et fenestras et non alibi,- de terreno quarum stationem soluuntur annuatim ipsi ecclesie soldi sexdecim pro passo. Et hoc ad petitionem et instantiam ser Petri de Jubauez pro euidenti debito florenorum sexaginta vnius auri, in quibus sibi tenebatur dictus condam Tomane cum expensis, ut patet sentencia lata per consules Jadre in fauorem dicti ser Petri et contra dictam defensoriam sub millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, indicione quinta decima, die uigesimo nono mensis maii. Vnde dicte posite fuerunt ad incantum pro euldenti debito supradicto florenorum sexaginta unius auri ad petitionem dicti ser Petri et positus fuit dictus ser Petrus per tribunum curie in possessione et pacamento dictarum stationum et facta fuit presentatio denariorum secundum ordines et statuta Jadre posita in libro tertio statutorum Jadre sub rubrica: de rebus et possessionibus vendendis ad incantum, capitulo: hoc .consui-tissimo etc. — supradicti domini rectores habito, quod pro executione dicte sentencie predicte stationes siue hedificia earum posita sunt ad Incantum et eam peti per dictum ser Petrum de Jubauez incantari de^ bere pro causa legiptima, videlicet pro euidenti debito supradicto et quod idem Petrus positus fuit in tenutam et pachamentum, ut supra, et facta presentatione denarii Stasie condam Tomani marinarii, ut defen* ditrici bonorum dicti condam Tomani, ut dictas stationes siue hedi-ficia earum infra terminum statutum redimere deberet, eas non redemit, cuius rei causa dicte stationes siue hedificia earum sunt ad incantum posita pro debito supradicto. Atque primo guarentatis dictis confinibus

per ser Barthinum de Cipriano, ser Michaelem de Pechiaro et ser Micam de Nassis, procuratores comunis Jadre et per ser Marchum de Pomo ac per dictam Stasiam, ut defenditricem bonorum dicti Tomani, confinatis supradictis ser Cose de Begna olim rectori, cui receptio guarentationis dictorum confinium per reliquos duos rectores eius colegas commissa fuerat et reperto ipsas stationes fore, ut supra descri* buntur, confinate, comiserunt michi gastaldioni predicto, ut ipsas statU ones siue hedificia earum cum suis iuribus, pertinenciis secundum quod in dicta cedula continetur incantare et deliberare deberem iuxta formam statuti: de rebus et possessionibus ad incantum vendendis ad incantum capitulo sane quia posset etc. Quorum mandata fideliter exequens dic^ tas stationes siue hedificia earum, secundum quod in ipsa cedula continetur, per unum mensem completum-.*et ultra per plateas, ecclesias et alia loca solita civitatis Jadre publice incantaui modo et horis debitis in eodem statuto nominatis et expressis atque bis in generali consilio Jadre denuntiaui preconia voce dicens, quod dicte staticnes sive hedi* ficia earum cum suis iuribus et pertinenciis deliberarentur per incantum plus offerenti et danti cedulam incantus predictam in manibus publice deferendo. Cumque prenotificato per me, qucd die predicta delibera^ rentur dicte stationes dictaque Stasia ut defenditrici<!> dictorum bonorum condam dicti Tomani de die deliberationis dicti incantus per me cer* tiorata et in premissis obseruatis omnibus et singulis sollempnitatibus, que secundum statuta et ordines dicte ciuitatis Jadre concurere et in* teruenire, ac obseruari solent et debent, nemo eidem se opposuisset incantui neque deliberationi nullusque comparuisset, qui de dictis stationibus se plus nec tantum offeret daturum quantum ser Petrus de Jubauez suprascriptus, qui vice et nomine ser Cose de Begna de dictis stationibus siue hedificiis earum cum suls iuribus et pertinenciis obtuiit se daturum florenos nonaginta quatuor auri,- tandem dictas duas statU ones siue hedificia earum mandato nobilium et sapientum virorum do= minorum Johannis de Petri^o et Damiani de Cipriano, rectorum Jadre, absente domino Cressio de Nassis, tercio rectore eorum collega, eidem ser Petro vice et nomine dicti ser Cose condam Mathei de Begna ementi et recipienti, per incantum dedi et deliberaui dicto die domi* nico, duodecimo mensis iullii predicti ad habendum, tenendum, possi* dendum et quidquid dicto ser Cose suisque heredibus et subcessoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus iuribus et pertinenciis, tamquam de re sua propria, sine contraditione cuiusquam et quidquid ementi et recipienti rem aliquam ad incantum ex forma sta* tuti Jadre fieri permictitur,- pro pretio et precii nomine florenorum no-

naginta quatuor auri boni et iusti ponderis. De quibus dictus ser Pe*-trus de Jubauez confessus et contentus fuit se habuisse et recepisse a dicto ser Cosa de Begne florenos sexaginta unum auri et quidquid aliud habere debuit secundum formam dicte sentcncie/ residuum uera habuit et recepit supradicra Stasia ut defenditrix dictorum bonorum dicti condam Tomani, prout dicta Stasia contenta et confessa fuit, Quem quidem ser Petrum de Jubauez vice et nomine dicti ser Cose recipientem prefatus ser Johannes de Petrico rector ex sui offitio et commissione alterius rectoris predicti eius college baculo inuestituit ut moris est et deliberationem ipsam sibi dicto nomtne confirmauit. Man^dantes fieri eidem emptori ad cautelam presens breuiarium incantus pu^blicum instrumentum in presentia ser Gregorii de Nassis et ser Mar^tini de Matafaris, ciuibus Jadre, testibus vocatis et rogatis et aliis.

Ego Damianus de Ctprtano rector Jadre manum misi.

Ego Vannes condam Bernardi de Firmo, cancellarius iuratus ad ciuilia Jadre, loco et mandato suprascripti ser Johannis de Petrico rec^toris scribere nescientis me supscripsi.

(Sig. not) Ego Petrus condam Bartholomet de Annobonis de Sercana, imperiali auctoritate notarius et cancellarius ad criminalia Jadre, suprascripta de mandato suprascriptorum domtnorum rectorum scripsi et roborauh

Izvorni$ na perg. u ar&. grof. Bsgna u Posedarju . P. no. 132.*

215.

1377. 18. jula, U Anagni.

Grgur XI. papa nafaze MiBajfu BisBupu sBradinsBom i njegovim drugovima, neBa utjeraju dvogodišnju desetinu od prefata i drugiB Beneftcija po Dafmaciji i HrvatsBoj.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri .... Michaeli Scardo^nensi episcopo, et dilectis filiis Bernardo sancti Nicolai in lictore Veneciarum, apostolice sedis nuncio, et Iohanni sancti Grisogoni mo^nasteriorum abbatibus, ac Georgio plebano sancte Marie Iadrensis, salutem etc. Dudum considerantes cameram apostolicam expensarum, quas pro recuperacione terrarum dicte ecclesie etc. *Cut in No 2I7J* Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus per vos vel alium seu alios ab archiepiscopis, episcopis ceterisque prelatis et personis ecclesiasticis supradictis prefatorum regnorum Dal^macie et Chroacie dictam decimam de ipsis ecclesiasticis fructibus,

redditibus et proventibus, quos obtinent et infra dictum terminum ob* tinebunt, preterquam a prefatis cardinalibus, magistro et fratribus, se- cundum premissam formam per vos vel alium seu alios exigere et col^ ligere studeatis. Nos enim vobis prefatos archiepiscopos, episcopos, prelatos et personas ecclesiasticas huiusmodi redditus et proventus infra dictum regnum <!> obtinentes, et infra huiusmodi terminum, ut pre* mittitur, obtenturos, iam dictis cardinalibus, magistris et fratribus dum^ taxat exceptis, ad solvendum vobis seu afteri vestrum, vel a vobis de^ putatis iuxta formam litterarum nostrarum super huiusmodi imposicione decime confectarum dictam decimam in similibus terminis earundem kalendarum, prout superius est expressum, auctoritate nostra per cen^ suram ecclesiasticam, et eciam per sequestracionem ipsorum fructuum, reddituum et proventuum ecclesiarum et beneficiorum suorum, et per citacionem personalem ad presenciam nostram vel camerarii nostri, si eorum rebellio id exposcat et expediens fuerit, per vos vel alium seu alios auctoritate predicta compellendi iuxta tenorem processus dicti episcopi super hoc habiti, et de receptis quittandi solventes plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem. Non obstantibus si eisdem archiepiscopis, episcopis, prelatis et aliis personis ecclesia- sticis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod ad solucionem huiusmodi decime minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de huiusmodi indulto et toto eius tenore de verbo ad verbum, ac propriis nominibus ipsorum ordinum, locorum et personarum plenam et expressam non fecerunt mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis quibuscumque dignitatibus et ordinibus, ac specialiter sanctorum Benedicti et Augu^ stini, et Cisterciensi, Cluniacensi, Premonstratensi, Cartusiensi, Gran^ dimontensi, necnon domus hospitalis sancte Marie Theutonicorum, et ipsorum universitatibus et personis generaliter vel specialiter sub qua* cumque forma vel expressione verborum a memorata sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialis et expressa mencio sit habenda. Ad hoc volumus vo^ bisque auctoritate predicta concedimus, quod vos necnon a vobis de^ putati illos de dictis regnis, qui eorum defectu non facte solucionis huiusmodi excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias in* currerint, ab eisdem sentenciis post satisfactionem debitam, facta prius fide vobis vel huiusmodi deputatis de satisfactione huiusmodi, absolu* cionis beneficium impendere valeatis, et super irregularitate, si quam

forsan sic iigati, non tamen in contemptum ciavium, celebrando divina vel immiscendo se illis contraxerint, possitis eciam dispensare. Datum Anagnie, XV. Kal. augusti, pontificatus nostri anno septimo.

TBeiner: Mon. Sfav. Mer. T. no. 464, str. 326.
Iz reg. an. VIL Buff. camer. tom. 7~ faf 9o.

216.

1377. 18. jula, U Firenci <Florentie>.

Općina fiorentinsBa prijatefjsfti mofi općinu duBrovačBu, da opo zove izgon, fioj'ij'e izrefifa protiv njezinifo gradana, a to radi e£s RomuniRacije kojom su Tiorentinci fiažnjeni.*

Fratres karissimi. Admirantes audivimus mercatores nostros sub pretestu excommunicationum et processuum apostolicorum contra co= mune nostrum, ut dicitur, fulminatorum de vestra civitate auctoritate publica prohiberi. De quo, fratres karissimi, cum apud vos nulia publicatio processuum facta sit, fraternaliter condolemus. Credebamus enim tum propter utilitatem, tum etiam propter honorem vestri comunis, etiam s\ has sententias contingeret publicari, visa maxime iniquitate sententie et audito, quod publice et notorie factum prudentiam vestram verisimiliter iatere non debet, nostras iustas defensiones in consistorio nuliatenus acceptatas, vos illas, sicut innumeri princlpes et infiniti populi faciunt, minime servaturos, nedum sine causa anticipare tempus et pu^ blicationem ipsam observatione tam precipiti prevenire. Quocirca fraternitatem vestram affectuosissime deprecamur, quatenus civibus nostris vos reddatis benivolos et benignos, permittendo ipsos in civitate vestra libere permanere. Vel si omnino ipsos decrevitis expeiendos, dignemini taiiter providere, quod res et pecunias suas exigere possint et compo^ sitis suis rebus in patriam remeare. Date Florentie, die 18, juiii, XV. indictione.

Maftusev: Monum. Bist. Sfav. merid. I. 1, p. 433.

217.

1377. 1. augusta. Ananji ^Anagnie).

Grgur papa odoBrava ugovor sto ga je skfopio saBirac papinsfie desetine sa nadBisRupom i Hferom zadarsfiim, da će desetinu pfatiti u dva oBrofia na godinu.

Gregorius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam, Hiis, que pro ecclesie Romane indigencia relevanda exacta maturitate ac provida

-ordinacione disposita fore conspicimus, apostolici robur muniminis favorabiliter adhibemus. Iam dudum considerantes cameram apostolicam -expensarum, quas pro recuperacione terrarum dicte ecclesie subire habebat, prout habet, onere pregravatam eiusque redditus et proventus adeo tenues et exiles, quod nisi dei et sucrum peculiarium filiorum ac* -celerata subvencio impenderetur eidem, de casu irreparabili timebatur. Et propterea cum paterna fiducia recurrentes ad ipsos filios, vias et tmodos honestos quesivimus, per quos onera ipsa facilius supportari valerent, cogitantesque et reputantes, prout erat equum et congruum, ut ipsa Romana ecclesia, que caput est aliarum ecclesiarum et magistra, ab ipsis ecclesiis et personis ecclesiasticis in suis necessitatibus iuvaretur, deliberacione prehabita diligenti, decimam biennalem omnium fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum in regnis Ungarie, Polonie, Dalmacie et Croacie per duos annos tunc inchoandos a data litterarum nostrarum super hoc confectarum ab omnibus archiepiscopis, episcopis ceterisque prelatis et personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis 'et non exemptis huiusmodi redditus et proventus tunc obtinentibus, et imposterum infra dictum biennium obtenturis, preterquam a venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie car* dinalibus, a dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, quos a solucione dicte decime exemptos esse voiumus et immunes, solvendam, exigendam et in reievacionern dictorum onerum convertendam duximus imponendam, et venerabilem fratrem nostrum Bernardum, episcopum Bononiensem, huiusmodi constituimus collec^ torem, ut idem episcopus per se vel subcollectores suos exigeret deci* mam supradictam in duobus terminis anni cuiuslibet biennii supradicti, videlicet in augusti primum et in februarii Kalendis mensium secundum terminum esse volumus primi anni, et similiter in anno secundo simi* libus terminis observatis, prout in nostris litteris super huismodi impo^ sicione et commissione confectis plenius continetur, Qui episcopus ad cjvitatem Jadrensem in regno Dalmacie personaliter se conferens, considerans periculosam moram subvencionis necessitatis, que ecclesie Romane imminef de presenri, et eciam quia prelati *et* clerus *6\ctorum* regnorum Dalmacie et Chroacie minus quam alii prelati et cleri de regnis Ungarie et Polonie in serviciis regiis contra infideles Turchos gravantur, ac venerabili fratri nostro archiepiscopo Jadrensi et dilectis filiis capitulo et clero civitatis et provincie Jadrensis ac nonnulis aliis dicte provincie abbatibus et eciam rectoribus tractatu prehabito con^ cordavit, quod dicta decima, que infra duos annos solvenda fuerat, Jnfra annum unum, scilicet primo anno in augusti et secundo anno in

februarii mensium Kalendis proximo nunc futuris persolvatur, prout in litteris monitoriis dicti episcopi super hoc confectis plenius continetur, Nos igitur necessitatem dicte camere attendentes et circumspectionem ac prudenciam dicti episcopi in ordinacione supradicta in domino com*-mendantes, huiusmodi tractatum et concordiam provide factos, et pro^ cessum desuper subsecutum auctoritate apostoiica confirmamus, ratifU camus et presentis scripti serie communimus mandantes universis et singuiis personis dictorum regnorum Dalmacie et Chroacie, cuiuscum^ que dignitatis, condicionis et status existant, sub penis in (itteris dicti episcopi contentis, quas non parentes incurrere volumus ipso facto, ut in dictis duobus terminis decimam huiusmodi persolvant et assignent subcoilectoribus per dictum episcopum deputatis. Nulli ergo etc, nostre confirmacionis, ratificacionis et mandati infringere etc. *Si* quis autem etc, Datum Anagnie, XIII. Kalendis augusti, pontificatus nostri anno septimo.

TBsiner Monum. SCavorum msriđionafium I. no. 4G5> P> 326.-327.

218.

1377. 14. augusta.

Konvenat sv, Adrijana u Zafi izvještava firafja Ljudevita, da je pred njegov sud pozvao gradane zagreBačRe protiv kaptofa za gre6ačfcog.*

Excellentissimo principi domino eorum, domino Lodouico, dei gracia inclito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. conventus mona^ sterii sancti Adriani martiris de Zaia, oracionum suffragia devotarum, Litteris vestre serenitatis annualibus pro honorabili capitulo ecclesie Zagrabiensis ad citaciones, inquisiciones et prohibiciones necnon ad omnia alia, que iuxta regni vestri consvetudinem talibus in processibus iuridicis causarum fieri consveverunt peragenda, eidem per vestram maiestatem generose datis et concessis nobis directis sumpma cum obediencia receptis et iuxta earumdem continenciam una cum Johanne filio Ladislai de Palata, homine vestro, in eisdem litteris vestre sublU mitatis inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem videlicet religiosum virum fratrem Petrum, priorem nostre ecclesie, unum ex nobis ad infrascriptam citacionem faciendam nostro pro testimonio du^ ximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis concor^ diter retulerunt, quod idem homo vestre maiestatis, presente prescripto nostro testimonio, fcria quinta proxima ante festum bcati Laurencii

martiris, proxime preterita, iudicem, iuratos et universos cives de Gerech, in eadem, contra honorabile capitulum ecclesie Zagrabiensis ad octavas festi assumpcionis virginis gloriose proxime nunc venturum in vestre serenitatis presenciam citavissent. Datum feria sexta proxima post festum dictum beati Laurencii martiris. Anno domini MCCCLXX ,septimo.

Originaf na papiru u arfcivu grada 'ZagreBa, na feđima otisnuti pečat otpao. Tfiafčić: Mon. civ. 2,agra5. I. 26o~261.

219.

1377. 23. augusta. U Boklaru. <In vilia Boklar).

EfizaBeta firafjica zapovijeda podzupanima i sucima pfemstva zu= panija zagreBačfie, firizevačfie i goričfae, da istraze nedjefa fiaptofa zagreSđčfcoga.

Elizabet dei gracia regina Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fi^ delibus suis comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium sedium Crisiensis, Zagrabiensis et Goricensis salutem et graciam. Proposuerunt nobis Georgius stachionarius et alter Georgius filius Martini, iurati, in eorum et iudicis ac aliorum iuratorum suorum de monte Grecensi de Zagrabia personis, quod a tempore pestilencie, que in nostra civitate predicta Grecensi viguit, videlicet in anno domini MCCCLXX quarto, capitulum Zagrabiensis ecclesie quasdam vineas in tenutis ipsorum oc* cupassent et nunc occupatas detinerent contra litteras ipsorum privile* giatas et mandatum nostrum litteratorium, Hiis non contenti, transacta ipsa pestilencia, anno sequenti, quoddam stabulum in suburbio nostre civitatis predicte desertum incendere fecissent tempore nocturno dum ventus oribilis affuisset et vicum Teutunicorum per omnia fecissent concremari. His non contenti, in anno presenti in vigilia beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, homines predicti capituli per eiusdem commissionem specialem, ubi femine, mulieres et virgines in via pu^ blica cum mercibus ipsarum ad forum clara luce processissent, easdem spoliassent, denudassent et deturpassent in dedecus muliebris sexus et honoris/ et ubi eedem mulieres et virgines clamorem fecissent de spoliis earum tunc ipsis ablatis, et cum ipsas defendere voluissent mariti et cognati ipsarum, predicti homines capituli super ipsos irruis* :sent, ubi homines ipsius civitatis nostre se defendendo aliqua arma ip* ,sorum inter signum recepissent, et sic mulieres et filias ipsorum defen*

dissent. His non sufficientes, eodem die circa horam vesperarum ad Novam villam prope fluvium Zaue, que est pro territorio predicte Grecensis nostre civitatis, homines predicti capituli super ipsam viliam manu armata et violenta irruissent, ubi feminas et virgines deturpassent et quasdam violassent, ac unum pociorem iobagionem in predicta Nova vifla et in sua domo crudeli nece occidissent. Insuper quemdam nos= trum concivem, videlicet Mychaelem filium Damiani manu violenta captivassent et detinuissent, ac in ipsorum vinculis captum tenuissent,. quousque eorum placuisset voiuntati, eundem in quinquaginta marcis denariorum pactando taxassent,- et postquam ipsas quinquaginta marcas ab ipso habuissent, ipsum de eorum vinculis predictis emisissent. Pcst hec eciam Stephanum filium Jacobi ccncivem[1] ipscrum, ubi equos patris sui in pascuis in eorum campo custodivisset, captivassent, et in eorum vinculis detinuissent, donec ipsorum placuisset voluntati,- et ubi aliqua verba pro premissis dixissent, cum predicto capitulo propter ip- sorum graves et enormes necessitates altercassent, ipsum capitulum re^ spondisset ex adverso, dicentes eisdem iniurando, ut ipsi adhuc non fuissent cremati bono modo, sed futura peiora sentire deberent in con- cremacione dicte civitatis nostre. Ubi eodem sero, videlicet in die festi beati Laurencii martiris, predictam nostram civitatem in loco meliori et platea pociori igne fecissent usque ad sumpmum eius concremari, quo sero quidam institor nomine Johannes ad sua mercimonia de predicta nostra civitate iter aripuisset faciendum, et dum ipsum ignem et cre- mationem se revertendo vidisset, reversus fuisset, eundem in via pub* lica predicti homines capituli reperiendo et de mandato ipsorum crudeli nece occidissent, bonaque sua ab eodem abstulissent. His non contenti, secundo die festi predicti concremacione civitatis nostre peracta, in ipsorum civium nostrorum campo ad peccora ipsorum irruissent, ubi pascebantur, ipsa peccora cum multitudine suorum compficum manu armata et violenta abstulissent et fena ipsorum congregata in acervis aufferi fecissent. Et quia de premissis plenius et cercius per vos veli^ mus edoceri, fidelitati ideo vestre firmiter precipiendo mandamus, qua^ tenus unum vel duos de unaquaque ipsarum sedium transmittatis, qut ad dictam civitatem nostram accedendo, ab omnibus quibus decet et licet palam et occulte investigando sciant et intueantur de primissis<!> plenam veritatem, et tandem seriem omnium premissorum, prout exinde vobis veritas constiterit sine omni dolo et favore domino nostro regi

[1] U originalu: Stephanus, filius Jacobj, concivis.

vel nobis fideliter rescribatis. Datum in villa Boclar vocata, quarto die festi beati Stephani regis. Anno domini MCCCLXX septimo.

Iz originafnoga pisma na papiru podzupana firiževackoga Petra Cirfie u arfiivu grada 'ZagreBa, a drugi primjerafi u arkivu $ugos(. akademije.
Tfiafčić: Mon. civ. ZagraB. I. 261-^263.

220.

1377. 20. augusta. <U Cazmi).

Pred čazmanskim ftaptofom ureduju se odnošaji izmedu dva roda iz Dedica.

Nos capitulum Ch<astn>ensis ecclesie memorie commendantes sU gnificamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Ni= colaus filius Iwan filii V. . . . et Johannes filius Ostoy sororius eiusdem de Dedygh districtus de Blyna ab una, parte vero ab altera Nicolaus filius Lyuban, in sua necnon Thome, Dominici, Mykech, Pauli, Myke et Johannis filiorum eiusdem Lyuban, fratrum suorum uterinorum de eadem Dedygh personis, quorum onus et gravamen si in infrascripto compositionis et ordinacionis contractu temporum in processu non per^ stiterint in se assumpnendo, coram nobis personaliter constituti, con^ fessum extitit per eosdem Nicolaum et Johannem ministerio vive vocis sponte et relatum, quod licet idem Nicolaus filius Lyuban *suo* et nominibus eorumdem fratrum suorum contra eosdem Nicolaum et Johan^ nem pretextu decem marcarum minus viginti denariorum per eundem Nicolaum ipse Iwan patri predicti Nicolai olim accomodatarum litis materiam ordine iudiciario moverit, tamen ipsi per composicionem proborum et nobilium virorum pacis zelatorum inter eos componencium ad tranquifle pacis et concordie devenissent unionem, imo extunc deve^ nerunt coram nobis, ita videlicet, ut iidem Nicolaus et Iohannes a data presencium singulis annis infra decem annorum integrorum spacia sin^ gulos sextos cubulos vini ipsorum *seu* sextam partem iisdem filiis Lyuban plenarie <dare) et assignare tenebuntur, in qua quidem decima revolucione annuali vel antea si se facultas ad persolvendum ipsas decem marcas minus viginti denariis obtulerit, iidem Nicolaus et Iohannes eis^ dem filiis Lyuban dare et plenarie persolvere debebunt ipsa veneali so* lucione expedita,- medio autem tempore ipsius solucionis possessiona* riam porcionem eorum aut vineam cuipiam vendere vel impignorare possint seu valeant quoquomodo Nicolaus et Iohannes prenotati,- as^

sumpnentes insuper eedem partes, ut si qua earum successu tempcrum resiliendo in premissis non perstiterit, extunc talis pars contra partem in eisdem persistentem cum porcione iudicis dupli penam earundem decem marcarum incursura convincetur ipso facto, prout se eedem partes coram nobis earum spontanea obligarunt voluntate testimonio presencium mediante. Datum in festo sancti regis Stephani, anno domini millesimo CCC^{mo} septuagesimo septimo.

*Izvornifc na papiru u vfastitom arbivu grofova Kdrofy u Pešti CE>gyetem utczaj/ odio famifije Bosnyak, fasc. 48. no. 25- *~ Na hrptu vidi se trag pri' tisnuta ovafna pečata.*

Ge'res Kdfman: Cod. dipf comttum Kdrofyi de Nagy Kdrofy I. 1253—1413. p. 354. no. 22o.

221.

1377. 22. augusta. (U Djakovu).

Kaptof Sosansfii izvj'ešcuje firafj'u Ljudevitu, da je doista Nifiofa NiHofin pomaknuo odnosno uništio neki međaš.

Excellentissimo domino eorum Lodovico, dei gracia inciito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie, capitulum ecclesie Boznensis oraciones in domino Ihesu Christo. Receptis litteris inquisitoriis magnifici viri do^ mini Iohannis de Horvaty bani de Machou et inter alia comitis de Wolkou debito cum honore et secundum earundem continenciam una cum Andrea filio Demetrii de Tardafalwa, homine serenitatis vestre, nostrum hominem Demetrium clericum chori nostri ad infrascriptam inquisicionem faciendam pro testimonio transmisimus fidedignum, qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod sicut idem homo vester presente dicto testimonio nostro a vicinis et commetaneis nobilibus et aliis cuiusvis status et condicionis hominibus quibus decuit et licuit diligenter inquirendo veritatem de infrascriptis scire potuisset sic scivisset, quod magister Nicolaus filius Nicolai dicti Berzethe circa festum beati Laurencii martiris proxime elapsum quandam metam ter* ream angularem possessionem Dionisii, Iohannis et Pauli filiorum *Sy** monis de sancto Salvatore Chepany alio nomine Cherygh vocatam a possessionibus Monostor abbatis sancti spiritus de eadem nunc apud eundem Nicolaum habitam et Stephani filii Petri de Mykola necnon Fabiani filii Laurencii de Wadokol separantem propria sua potencia et auctoritate in bona sui parte aboleri et destrui fecisset, lite tamen inter jpsos Iohannem filium Symonis et Nicolaum dictum Berzethe pen^ dente. Datum in octavis festi assumpcionis virginis gloriose, anno do* mini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} septimo.

Cod. dipf. patr/us. VII. p. 414. no. 386.

222.

1377. 25. augusta. U Zađru <Jadre>.

PodsaBiraci doBodafa papinsfiih primaju od svecenstva spfjetsfioga 6o dukata u ime papine desetine.

Noverint uniuersi et singuli presentes pariterque futuri, quod nos lohannes, dei gratia abbas monasterii sancti Grisogoni de Iadra et Ge^ orgius, plebanus sancte Marie maioris dicte ciuitatis, subcollectores lnstituti per reuerendissimum in Christo patrem et dominum dominum Bernardum, dei et apostolice sedis gratia episcopum Bononiensem, nuncium sedis apostolice et collectorem datum per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Gregorium, diuina prouidentia papam un^ decimum, ad leuandam et recipiendam decimam biennalem per dictum dominum nostrum papam impositam et in duobus terminis persoluen** dam, videlicet in augusti presentis et in februarii inmediate secuturi talendis, secundum quod in eius mandato nobis facto clarius conti* netur, fatemur habuisse et recepisse a venerabili et discreto viro, don Duymo Damiani, canonico Spalatino, primizerio Fariensi, sindico et procuratore reuerendissimi in Christo patris et domini domini Hugolini, eadem gratia archiepiscopi Spalatensis, dante et soluente nomine dicti domini archiepiscopi et eius totius capituli ac cleri sue ciuitatis et diocesis pro integra solutione primi anni decime biennalis sexaginta du* catos auri boni et justi ponderis, de quibus quidem sexaginta ducatis datis nomine camere apostolice prefatum dominum Hugolinum archi« episcopum, ac eius clerum, nomine camere predicte absoluimus et <juitamus per presentes a suspensione, excomunicationis et inderdicti sententiis, si quas ob retardationem solutionis predictorum sexaginta ducatorum incurrerit, eadem auctoritate absoluimus ac interdictum, si quod in eius Spalatensi ecclesia predicta ratione premissorum fuerit appositum tenore presentium amouemus secum super irregularitate, si -quam contraxerit interea sic ligatus se immiscendo diuinis non tamen in contemptum clauium eadem auctoritate misericorditer dispensantes, In cuius rei testimonium et ad fidem premissorum presentibus iussimus utriusque nostrum in pendenti appony sigillum. Datum Iadre, die XXV. mensis augusti, anno dominy millesimo CCC^{mo} LXX septimo, XV. indictione, pontifficatus sanctissimy in Christo patris et dominy domini Gregorii, diuina prouidentia pape undecimi, anno septimo.

Izvornifi na pergam. u arfi. kapt. u Spffetu DCVI. 1.
Na Cistini vise o uzicama odpergamene 2 pečata u crvenom vosHu.

223.

1377. 17. septembra. U Zadru <HyadreX

Samostan sv. Pfatona u Zadru daje u zaRup Ivanu de Botona gradifište u gradu za osam fiSra godišnje.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta decima, die XVII. mensis septembris/ regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Hungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie,- temporibus re* uerendi patris domini Petri de Matafarris, permissione diuina Jadrensis archiepiscopi ac egregii viri domini Raphaelis <de Surdis) de Placentia,. comitis Jadre. Congregati et adunati fratres conuentus sancti Platonis de Hyadra ad sonum campane capituli more solito, videlicet frater Jo* hannes de Sibenico, prior conuentus dicti sancti Platonis, frater Helias lector, frater Jacobus de Sibenico, frater Joannes de Veglia, frater Ale= xius subprior, frater Alexius de Dyrrachio, frater Marin<u)s de Tragurio, frater Andreas de Catharo et alii fratres conuentuales dicti conuentus et ibidem omni meliori modo, uia, iure et forma, quibus melius potue^ runt, dederunt, concesserunt, confirmauerunt pro certo redditu et af^ fictu ser Joanni condam Biuaidi de Botono pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti quandam<!> locum dicti conuentus positum Jadre circa domum dicti sancti Joannis,- cuius loci confines di* xerunt: de austro et quirina possidet dictus conuentus, de transuersa<!) et de borea dictus ser Joannes,- qui locus incipit a quodam angulo australi et protenditur per quoddam fundamentum uersus boream ver= sus domum dicti ser Johannis,- ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum et quodlibet edificium super dictum locum edificandum et construendum,- ita et taliter, quod dictus ser Joannes siue sui heredes vel successores pro redditu et affictu dicti loci soluere debeant et te- neantur annuatim dicto conuentui octo libras paruorum et hoc semper in uigilia festi sancti Dominici confessoris,- et si dictus ser Joannes vel sui heredes aut successores non soluerint ipsum afifictum quolibet anno in dicta vigilia dicto conuentui, quod tunc eo casu fratres dicti con^ uentus possint et valeant recipere dictum locum a ser Joanne supra- dicto et dictus ser Joannes eum debeat eis eo casu relaxare,- cui<!> quidem ser Johannes tenens dictum Jocum possit et debeat obturareO et claudere fenestram dicti conuentus, que respicit in locum predic* tum. Quem quidem locum cum omnibus suis iuribus et pertinentiis vni^

uersis promiserunt dicti fratres per se suosque successores dicto ser Joanni pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti ab omni homine et persona legitime defendere, excalumniare, auctorU zare et desbrigare<!> in ratione super bonis dicti conuentus omnibus presentibus et futuris. Promittentes dicti contrahentes vicissim solemnibus stipulationibus ad inuicem vna pars alteri et altera alteri omnia et singula in hoc contractu contenta attendere et obseruare ac adimplere et non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa, de iure uel de facto, per se vel per alium seu alios sub pena quarti iilius in quo una pars alteri contrafecerit vel uenerit de predictis ac cum refectione omnium suorum bonorum et expensarum litis et extra, et obli* gatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, et poena solutavel non, presens instrumentum firmum sit/ volentes dicti contra^ hentes de predictis fieri duo publica instrumenta consimilia. Actum Hyadre, in dicto conventu, presentibus Bartholomeo condam Justi de Florentia et ser Francisco condam Joannis, testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

Ego Simeon filius quondam Michaelis de Rosa, iudex examinator, me subscripsi,

Ego presbiter Helias, canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, his omnibus interfui rogatus scripsi et publicaui signoque meo consueto signaui.

Izvorna not. kopija iz počet&a 16. vijefta na pergameni u guBern. arfcivu u 'Zađru Codt'o sam. sv. Dominifia no. llloj.

224.

1377. 30. septembra. U Križevcima <Crisii>.

Izasfanici županije ftriževačtie izvješćuju krafja Ljucfevita o istrazi necfjefa fiaptofa zagreBačfioga.

Serenissimo principi domino Lodouico, dei gracia iSlustri regi Hun^ garie, Polonie, Dalmacie etc, domino ipsorum generoso, Petrus Chyrke, vicebanus et comes Crisiensis ac iudices nobilium eiusdem comitatus famulatum debitum cum perpetua fidelitate, Vestra noverit magnitudo nos litteras domine nostre regine, honore quo decuit, recepisse in hec verba:

(Sfijedi fistina od 23. augusta 1377-J-

Nos igitur mandatis dicte domine nostre regine obedientes, ut te* nemur, duos ex nobis scilicet iudicibus nobilium, videlicet Petrum filium.

Nicolai et Nicolaum filium Dominici, ad premissa rescienda transmi* simus/ demum iidem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, •quod ipsi feria quarta proxima ante festum beati Mathei apostoli, pro^ xime preteritum, in comitatu Zagrabiensi et in predicta civitate Grecensi procedendo, ab omnibus quibus decuisset et licuisset, videlicet clericis et laycis, palam et occulte investigando, exceptis factis nocturno tempore perpetratis, per omnia sic scivissent, prout tenor et continentia dictarum litterarum prefate domine nostre regine contineret et exprimeret. Da* tum Crisii, secundo die festi beati Mychaelis archangeli. Anno domini MCCCLXX septimo.

Originaf na papiru u arkivu grada ZagreBa, a drugi primjerak u arftivu $ugosfav. afiademije.

225.

1377. 6. oktobra. U Zagrebu <Zagrabie>.

Petru Zudaru, Banu Brvatskom, izvješćuje župan zagreBacRi, da je po svom izasfaniBu ispitao nasifja, sto su iB na pvsjedu ZefcB po cinifi sinovi Stjepanovi.*

Magnifico viro domino Petro Zudor, regni Sciauonie bano, do» mino ipsorum metuendo magister Nicolaus de Vyrtes, comes vester Zagrabiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus seruitutis affectum cum honore. Noueritis, quod nos receptis literis Petri Chirke, vicebani et comitis vestri Crisiensis, inquisitoriis nobifem virum Johannem filium Georgii, vnum ex iudicibus nobilium dicti comitatus Zagrabiensis, ho* minem nostrum, ad ipsam inquisicionem pro Wratk filio Wratina et Petro fiiio eiusdem nec non altero Petro filio Stephani, Benedicto lite^ rato, Petro et Johanne filiis Andre filii Warisa de Zelch duxissemus destinandum. Qui demum ad nos exinde reuersus et per nos requisitus nobis retulit eo modo: quod ipse personaliter illic accedendo ab om* nibus quibus decuisset et licuisset palam et oculte diligenter inuestigando talem sciuisset veritatem: quod Nicolaus et Stephanus filit Stephani filii Peterke die dominico proximo ante festum beati Michaelis archangeli nunc preteritum manibus armatis et potenciariis ad possessionem eorundem Wratk et Petri filii eiusdem nec non alterius Petri filii Stephani, Bene* <iicti iiterati, Petri et Johannis fiiiorum Andree Zelch vocatam veniendo *Auos* iobagiones eorundem Johannem et Jakow vocatos in eadem pos* ^essione reperiendo verberassent, ac vnum alium iobagionem eorundem

Johannem nomine cum quibusdam rebus eiusdem videlicet frugibus in^ trituratis ad possessionem ipsorum transferri fecissent moraturum, qut ibidem sex capecias frugum Petri filii Wratk vna cum eodem iobagione afferi fecissent, nec non domos dicti iobagionis destruxissent ac hostia earundem deportassent, quas sic destructas idem homo noster fide vi^ disset oculata, que omnia premissa lite pendente inter ipsos perpetras^ sent. Datum Zagrabie, in octauis festi beati Michaelis archangeli pre^ notati, anno domini M° CCC° LXX° septimo.

Izvana: Domino bano pro Wratk filio Wratina et Petro filio eisdem nec non aliis infrascriptis contra Nicolaum et Stephanum filios. Stephani filii Peterke inquisitoria.

Cod. dipf. comitum Zicfj^ T. W. p. 24—25-

226.

1377. 9, oktobra. <U Zagrebu>.

Nifiofa Vertus, zupan zagreSački, nafaze sucima pfemstva, da is traže nedjefa fiaptofa na građanima zagreSačHim,*

Viris nobilibus et honestis, iudicibus nobilium comitatus Zagra^ biensis, amicis suis, magister Nicolaus de Vertus, comes Zagrabiensis. et castellanus de Medued, amiciciam paratam debito cum honore. Di- cunt nobis Franciscus iudex, iurati et universi cives montis Grechensis gravi cum querela, quod honorabile capitulum ecclesie Zagrabiensis contra predictam civitatem conspirasset nequicia precogitata, ac si es* sent infideies regni et regie maiestatis/ <nam> anno in presenti tem^ pore vindemie tale statutum et edictum inter se ordinassent, ... iobagionum et colonorum . . . . . interdixissent . . . . . ad predic* tam Grećhensem civitatem, prout ab antiquo fuisset consvetum et hoc sub pena decem marcharum denariorum indixissent, dicentes, quod alias quocumque vellent liberam haberent conducendi facultatem, inhibendo eosdem colonos, quod debita debentibus eiusdem Grechensis civitatis cum novo anni presentis vino, neque cum pecunia per eosdem cives data et concessa persolvetis nec dare minime teneretis. De hiis non contenti, sedecimam vini semper tempore vindemie predicte Grechensi civitati ab antiquo provenientem, dare recusassent, quin immo fraudu^ lenter ipsam usurpassent in grande dampnum ipsius civitatis et iacturanu De predictis non sufficientes, octavo die festi beati Mychaelis archan* geli nunc proxime preteriti, ubi decimatores vini predicti Zagrabiensis.

capituli ante portam carnificum in koncha . . . . abbatis consedissent, <in territorio) Grechensis civitatis, et dum ipsam decimam vini . . . . taliter congregassent, clam recedere non habentes, quid facere voluissent, duo orrea et unum stabulum de mandato et iussu predicti capU tuli ecclesie Zagrabiensis, cum ventus horribilis fuisset, incendissent, ubi centum et septuaginta capecia frumenti et milii fecissent concremari civium predictorum . . . . auxilio advenisset . . . . convertissent, penitus et per omnia prealiegata civitas Grechensis fuisset combusta et concremata,- lite tamen pendente inter ipsos. Super quo vestram rogarnus amiciciam presentibus diiigenter, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ad predictam civitatem de Zagrabia et ad alia loca necessaria, iusticia pre oculis habenda et conscienciose accedant, qui ab omnibus a quibus decens et opportunum fuerit palam et occuite investigando sciant et inquirant de premissis omnimodam veritatem et eandem prout vobis exinde veritas constiterit, regie debetis rescribere maiestati. Datum feria sexta proxima ante festum beati Galli • confessoris. Anno domini millesimo CCCLXX septimo,

Prifepis savremeni u artfivu gracfa Zagrefia veoma oštećen.
T&afčić: Mon. civ. ZagraB. I. 263 ~ 264.

227.

1377. 17. oktobra. U Zagrebu. <Zagrabie>.

Suci pfemstva županije zagreBačfce izvješcuju Rrafja Ljucfeuita o nedjefima kaptofa na zagreSačiiim građanima.

Bxcelientissimo domino eorum Lodouico, dei gracia illustri regi Hungarie, Stephanus filius Mykech, Gregorius filius Iretlen, Johannes filius Georgii et Mykech filius Cerhenk, iudices nobiiium comitatus Zagrabiensis, domino ipsorum naturali inclinacionem continuam cum perpetua fidelitate. Noverit vetra serenitas nos recepisse litteras ma* gistri Nicolai de Vertus, comitis Zagrabiensis, honore condecenti, hunc tenorem continentes:

(Sfijecfi fistina ocf p. *odtoBra 1377J*

Nos quoque peticionibus ipsius magistriNicoiai comitis Zagrabiensis annuentes, duos ex nobis videlicet Gregorium filium Iretien et Mykech filium Cerhenk ad premissa rescienda pro testimonio duximus transmittendos, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in festo beati Gaili confessoris ad predictam civitatem Grecensem et ad alia loca /necessaria processissent et consciensiose ab omnibus quibus decuisset

<et licuisset palam et oculte investigando scivissent omnimodam verU tatem, ut est in litteris predictis ipsius magistri Nicolai comitis Zagra^ biensis de verbo ad verbum expressum, asserentes, quod fruges in magna quantitate fuissent combuste, sed de numero capeciarum ipsarum frugum penitus numerum fore ignorassent. Datum Zagrabie, sabbato proximo post predictum festum beati Galli confessoris. Anno domini superius dicto.

*Originaf na papiru u arfiivu građa Zagrefia. Na feđima pritisnuta tripečata. Tkafčić: Mon. civ. *Zagra6. I. 265.*

228.

1377. 18. oktobra. U Trogiru <Tragurii>.

Radosfav Mojanin prodaje Matiji sinu Nifiofinu nasaden vinograd u Potroniću uz pristanaR vfasniiia zemfje uz oBičajne usfove,

In Christi nomine amen, Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, indictione quarta decima,[1] regnante •domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Hungarie, Polonie et Dalmacie/ temporibusque venerabilis patris domini Grisogoni, dei et apostolice sedis gracia episcopi Traguriensis et egregii et potentis viri domini Francisci de Georgiis de Jadra, regii militis et de eius man^ dato honorabilis comitis Tragurii suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Duimi Martini, Cige Josep, Sore Marci et Biue Gregorii *die* decimo octauo mensis octobris, actum Tragurii, in cancelaria co- munis, presentibus Elia salinario de Scebenico, habitatore Tragurii et Mateo condam Martini Tificin, testibus vocatis et rogatis et Paulo Marini . . . . .re, Radosslauus Moianin per se et suos heredes iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit et tradidit Matheo condam Ni* cole ibidem presenti et pro se et suis heredibus ementi vretenos decem vituum positarum a Pot<ro)nich incipiendo mensurari a parte ponentis super teritorio ser Petri Micacii iuxta rem Nicole Acelini, iuxta rem dicti ser Petri Micacii et alia latera, si qua sunt veraciora,- presente, volente et consenciente dicto ser Petro domino dicti teritorii/ ad ha^ bendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori et suis beredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum introitu et exitu suo vsque in viam publicam, cum omni iure et actione, vsu seu re^ quisionem<!> sibi ex dictis vitibus seu ipsis vitibus modo aliquo perti^

[1] G. 1377. odgovara indikcija 15.

nente seu expectante et iure habitis in integrum, saluo iure teratici^ quod est ad tercium,- pro precio et nomine precii librarum centum quindecim paruorum. Quod totum precium dictus venditor fuit conten^ tus et confessus se habuisse et recepisse a dicto emptore et penes se habere,- dans et concedens dictus venditor eidem emptori Itcenciam possessionem dictorum vituum intrandi. Et promixit dictus venditor eidem emptori de dictis vitibus venditis litem non mouere nec mouenti consentire, set ipsas vites uenditas eidem emptori et suis heredibus le* gitime deffendere et discalumpniare contra omnes personas et dampna, expensas ac interesse litis et extra sibi refficere sub obligacione om* nium suorum bonorum presentium et futurorum,- renuncians dictus ven* ditor omni suo iuri, quo posset uel uellet contra predicta facere uef venire,- voluit namque dictus Matheus, quod dicto ser Petro Micacii, domino dicti teritorii, liceat eidem accipere caciam<!) pro tertio.

CSig. not.J Ego Guillelmus condam Francischi de Dobrolino, cU uitatis Bellini publicus imperialli auctoritate notarius ac notarius et cancelarius prefati domini comitis et comunis Tragurii, de predictis ro* gatus scripsi et publicaui.

Izvornifi na perg. u arfi. fiaptofa u Trogiru no. Io$.

229.

1377. 22. oktobra <U Zagrebu).

Pred fiaptofotn zagreBacfiim nagađaju se interesenti u pogfedu ostavine Perusina, gradanina duBicfiog.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis presentibus et futuris, presentium notitiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod provida domina Anna vocata, relicta quondam Thome filii Perusini, olim iudicis et hospitis libere ville Dubichensis, una cum Gregorio et Thoma fratribus suis carnalibus ab una, parte vero ex altera vir religiosus et deo devotus frater Johannes, prior hu- milis Heremitarum claustri beate virginis de eadem Dubicha et Symon quondam iudex de eadem executorque testamenti seu testamentarie di* spositionis iam dicti Perusini, item vir discretus magister Nicolaus, socius et concanonicus ac notarius noster, nominibus et in personis virorum providorum, scilicet Radeni iudicis et Stauleni, civium seu hospitum de

annotata Dubicha, similiter executorum Perusini iam predicti, cum procu* ratoriis litteris honorabilis viri domini Johannis archydiaconi Dubichensis, socii et concanonici nostri, coram nobis personaliter conStituti confessum extitit per easdem partes pari et unanimi voluntate coram nobis, quod licet ipse Johannes prior et executores predicti, prescriptam dominam Annam ratione bonorum seu rerum in testamento sepedicti Perusini con^ tentorum in presentia eiusdem domint Johannis archydiaconi iuridice in causam attraxissent et ipsa causa coram eodem domino archydiacono diutius versa et ventillata fuisset et extitisset, tamen per compositionem et ordinationem proborum virorum ipse partes ad perpetue pacis et concordie ratione premissorum devenisse unionem, ymo devenerunt coram nobis tali modo: quod annotatus prior et executores testamenti predicti de bonis et rebus eiusdem Perusini memorate domine Anne quendarh fundum in vicinitate curie eiusdem Perusini et inter curiam quondarri Wlchyak situm et habitum, cum omnibus attinentiis et utili* tatibus ad ipsum fundum spectannbus- et unam vineam Scotyak dictam, ac duas particulas terre arabilis retro claustro ecclesie sancti Nicolai confessoris de dicta Dubicha habitas et existentes, nec non quatuor marcas denariorum cum uno cifo argenteo ac medietate vini et bladi anni presentis, nec non rectam et equalem medietatem utensilium domus annotati Perusini quovis nominis vocabulo censeantur, dare et assig-* nare tenebuntur et debebunt. Ipsaque domina Anna eosdem priorem et executores ac heredes et posteritates eorundem executorum, *ratione* omnium bonorum et rerum mobilium et immobilium quomodocunque vocatorum ipsius Perusini et Thome filii sui reddidisset expeditos et reddidit coram nobis,- nichilominus obligantes se dicta domina Anna et fratres sui predicti ac prenominati executores et Johannes prior pre^ dictus, ut de cetero tillo unquam tempore ratione predictarum rerum et bonorum predictarum nullani questionem nullamve litis materiam possint et valeant susscitare, nec movere seu incoare. Si autem que partium hoc facere attemptaret, extunc talis pars contra partem pre* missa observantem in pena centum marcarum denariorum ante litis ingressum deponendarum salva iudicis portione convinceretur eo facto,- ad quod se ipse partes sponte obligarunt coram nobis,- voluerunt etiam partes prescripte, ut qualescumque littere inter eosdem ratione premis^ sorum cuiuscumque tenoris existant in contrarium parti adverse con^ fecte et emanate forent, tales sint frivole et inanes, ac viribus earum cariture, nec non exhibitoribus ipsarum nociture, ubicumque ad lucem proferentur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras privilegiales pendentis stgiili nos'tri communitas duximus

concedendas, Datum feria quinta proxima post festum undecim miiia virginum, anno domini millesimo trecentesimo septuagessimo septimo,

*ThauoczyHorvatB A(so*Sc(avonia O/tmanytar no. 56 str, 88-9o.*

230.

1377. 23, oktobra. U Zagrebu <Zagrafaie>.

Pred Ivanom, arBidjakonom duBičfiim i kanoniHom zagreBačkim, nagadaju se interesenti iz testamenta Tome Perusinova gfede jed nog sefišta.*

Nos Johannes, archydiaconus Dubichensis et canonicus ecclesie Zagrabiensis, tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod quamvis vir religiosus frater Johannes, prior Heremitarum claustri beate virginis de Dubicha, in sua et totius conventus fratrum in eodem claustro degentium et deo famulantium personis, item Radenus, iudex dicte libere ville Dubicensis, Symon quondam iudex et Staulenus, cives seu hospites de eadem, executoresque testamenti, seu testamentarie dispositionis quondam Perusini, alias iudicis et civis de eadem, providam dominam Anna vocatam, relictam Thome, filii eiusdem Perusini, semel, secundo et tertio, ratione testamenti eiusdem et rerum seu bonorum in eodem testamento contentorum, claustro ecclesie beate virginis pre* dicte Iegatorum, iuridice nostram in presentiam in causam attraxissent, et quia ipsa causa per diversos terminos et diutius versa fuit coram nobis, ultimate tamen, videlicet secundo die festi undecim millia virginum, viri religiosi Paulus, vicarius ordinis fratrum Heremitarum et prior claustri beate virginis de promontorio Zagrabiensi, necnon anno^ tatus Johannes prior, ac Symon quondam iudex Dubichensis predictus, pro se personaliter, pro annotatis vero Radenis <!> iudice et Stauleno, civibus seu hospitibus, vir discretus magister Nicolaus, canonicus et notarius Zagrabiensis ecclesie predicte, cum procuratoriis litteris nostris, annotata vero domina Anna una cum Gregorio et Thoma, fratribus suis uterinis similiter coram nobis astantibus et comparentibus eo modo sunt confessi unanimiter spontaneaque voluntate, non compulsi, nec coacti, quod ipsi in amore mutue vicinitatis persistere et perseverare cupientes, etiam ut amor pacis, concordie et tranquillitatis inter eosdem caritative tempora per longeva vigere valeat atque possit, interveniente etiam compositione et ordinatione proborum virorum, inter ipsas partes pacem zelantium et componentium, ad talem pacis et concordie deve*

nissent unionem, ymo devenerunt coram nobis, quod pretitulati viri religiosi fratres Paulus vicarius et Johannes prior ordinis predicti, Sy^ mon executor, necnon magister Nicolaus canonicus et notarius pre* dictus, uti procurator legitimus iam dictorum Radeni iudicis et Stauleni •executorum, nomine procuratorio de bonis et rebus anotati Perusini, sepedicte domine Anne unam sessionem seu fundum inter curias ipsius Perusini, in qua vitam terminasset temporalem et Wlchyak, civis de eadem, s\tam et \\a\>\Xam, cum ott\n\Ws \Tuctuos\tat\\>us, u\\\tat\\>us ct. pertinentiis ad eandem spectantibus, ac cum quadam vinea Stotyak vocata, inter vineas Bartholomei, quondam iudicis libere ville Dubichensis predicte, necnon Marci sartoris, civium seu hospitum de eadem situatam et habitam, cum quibusdam duabus particulis seu dietis terre arabilis wlgariter niva vocate, retro claustrum ecclesie beatissimi Ni= colai confessoris existentis et habite, necnon quatuor marcas denariorum et unum cifum argenteum, cum medietate universarum frugum seu bladorum et vini anni presentis, necnon rectam et equalem me* •dietatem utensilium domus predicti Perusini quovis nomine censeantur, dare et assignare assumpsissent et assumpserunt coram nobis,- ipsaque -domina Anna et fratres sui predicti sepedictos Johannem priorem, Radenum iudicem et Staufenum ac Symonem executores, ratione omnium bonorum et rerum Perusini predicti mobilium et immobilium •quomodocunque vocatorum seu vocatarum, ac posterita<tes> et heredes ipsorum executorum reddidissent, ymo reddiderunt expeditos, pacificos et quietos coram nobis,- voluerunt nichilominus partes predicte, ut de cetero ullo unquam tempore ratione bonorum et rerum pretacti Perusini et Thome fiiii sui, tam in testamentis eorundem, quam extra contentorum, nullam litis seu questionis materiam incoare et sus= scitare possint nec valeant. Si autem que partium predictarum in pre* •dicta ordinatione et compositione perseverare nollet et non curaret, extunc talis pars contra partem premissa observantem in pena centum marcarum denanorum, salva iudicis portione, ante litis ingressum deponendarum convinceretur eo facto,- ad quod se eedem partes sponte obligarunt coram nobis, testimonio et vigore presentium mediante,- as^ serentes etiam eedem partes, quod quicumque ex eisdem aliquas lit— teras factum premissum tangentes, cuiuscunque tenoris existant in con^ trarium, parti adverse emanari procurassent, tales littere sint frivole et inanes, ac viribus cariture, necnon exhibitoribus earundem ubicunque in iudicio et extra iudicium nociture. In cuius rei testimonium firmU tatemque perpetuam, presentes litteras nostras priviiegiales pendentis .sigilli nostri communitas duximus partibus iam dictis concedendum.

Datum Zagrabie, feria sexta proxima post predicrum festum undecim milia virginum, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo sep^ timo.

TBafC6czy~HorvatB ACso Scfavonia 0#ma'nytar no 57> P- 9o — 92.

231.

1377. 31. oktobra. Zollyom ^Zoti).

Ljucfevit krafj ugarsRi i firvatsfii u raspri između fiaptofa i građana grada ZagreSa pozivfje da se izmire.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Poionie, Dalmacie etc. fidelt suo dilecto venerabili in Christo patri domino Demetrio, episcopo Zagrabiensi, aule sue sumpmo cancellario, salutem et graciam. Licet fideles cives et hospites nostri Grechenses de Zagrabia contra vos et capitulum vestrum et e converso discreti viri Blasius et Andreas, archidiaconi ecclesie Zagrabiensis, vestra et ipsius capituli personis contra alterutrum graves pofrexerint querelas super diversis factiš. et actibus potenciariis,- tamen quia confidentes de vestra fidelitate, ut factum huiusmodi reformare et ad pristine pacis unionem reduceretis, prout alias estis consveti facta regni nostri disponere, ideo denegamus alium hominem nostrum illic debere transmittendum, potissime cum eciam alia facta regni nostri vobis submitteremus disponenda et re^ concilianda. Requirimus igitur vestram fidelitatem, vobisque damus in mandatis, quatenus facta premissa inter vos et capitulum ac dictos cives velitis, matura deliberacione habita, debite reformare adeo, ut tam dicti cives nostri in antiquis suis libertatibus, quam vos et capituium vestrum circa iura vestra permaneatis, ne aliter eadem civitas nostra desolacionem paciatur,- aiioquin commisimus et presenciurn serie com^ mittimus magnifico viro domino Petro Zudor, regni Sclauonie bano et suo vicebano, ut inter vos et capitulum vestrum ac dictos cives no^ stros super omnibus iniuriis, dampnis et nocumentis plenam et omnU modam exhibeat satisfaccionem nostra in persona et auctoritate mediante ita, ut si qua parcium de ipsius bani iudicio nollet contentare, ipsam ad nostrum examen et requisicionem prefatus banus remittere teneatur,- aliud igitur pro nostra gracia non facturus. Presehtes autem reddi vo^ lumus presentanti post lectivam. Datum Zoli, in vigilia festi omnium sanctorum. Anno domini miilesimo CCCLXX septimo.

OriginaCno pismo Bana Petra Zudara u arfiivu $ugosCav. akademije donosi ovu fcrafjevsku žapovijeđ.

TkaCčić: Mon. civ. ZagraB. I. 265—266.

232.

1377. 31. oktobra. Zollyom <Zolii).

Ljudevil firafj ugarski i fjrvatsfii u raspri izmed kaptofa i gradana zagreSacfiifi prenosi ovu od svoga firafjevsfcoga suda na Banski sud.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dafmacie etc. fideh* suo magnifico viro comiti Jacobo de Scepus, iudici sue curie, salutem *et* graciam. Fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus causam inter cives nostros Grecenses de Zagrabia ab una, parte vero ex altera inter venerabilem in Christo patrem, dominum Demetrium episcopum Zagrabiensem et capitulum loci eiusdem coram vobis vertentem, statu in eodem absque omni gravamine ad iudicium et examen magnifici viri Petri Zudor, regni nostri Scfauonie bani, transmittatis, partibus •coram eodem comparendi terminum assignando competentem, prout ipsius regni nostri Sclauonie libertas et consvetudo id requirit. Datum Zolii, in vigilia festi omnium sanctorum. Anno domini MCCCLXX septimo.

Or/ginaf na papiru u arftwu grada ^Zagreba, pečat pritisnut.
Tfiafčić; Mon. civ. %адгаB. I. 266.
Kufiufjević: Зига Regni I. 143—144,

233.

1377. 1. novembra. U Zagrebu (Zagrabie).

Ban hliHofa de Zeecfi prepisuje fistinu fiaptofa zagreBacftoga od g. 1292. CV. Cod dipf VII str. I2oJ.

<N>os Nicolaus de Zeech, regni Sclauonie banus, memorie commendamus, quod frater Paulus heremita ecclesie beate virginis de pro^ monthorio Zagrabyensi in sua et tocius conuentus ordinis sancti Pauli primi heremite de eadem ecclesia personis, quoddam priuilegium hono* rabilis capituli ecclesie Zagrabyensis priori et antiquiori sigillo ipsorum consignatum nobis curauit exhibere supplicans nobis, vt quia ipsum priuilegium de conseruatorio ipsius eorum ad diuersa loca non essent tuti deferre, ideo idem priuilegtum nostris litteris patentibus inseri et transscribi faciendo confirmare dignaremur. Cuius tenor talis est:

CSfijedi isprava Raptofa zagreBačRoga od god 1292.J.

Vnde nos iustis et *congruis* supplicacionibus ipsius fratris Pauli annuentes, predictum priuilegium omnis suspicionis uicio carentes non

abrasum, non cancellatum, presentibus litteris nostris patentibus de uerbo ad uerbum transscribendo confirmamus auctoritate nostri banatus me^ diante. Datum Zagrabie, in festo omnium sanctorum, anno domini MCCCLXX septimo.

Izvornik na pergameni u fir. zemafj. arfiivu u ZagreBu: Doc. medii aevi a. /292, (stara signatura: Actor. conventus RemetBensis 7asc. /. no. 2J, Pečat koji hijaše pritisnut na Brptu fistine otpao je.

234.

1377. početkom mjes. novembra. U Podvisofcom.

Radic, trgovac iz Kfisa, ispricava se duBrovačkoj općini što nije održao odredeni mu rofi da pošafje odgovor fifiškiB gradana.

»Vtiech cursor, missus a Radich de Clissa, applicuit Ragusium die X mensis presentis cum litera dicti Radich hic affiixa, per quam ipse Radich se excusat pro facto non soluendi dohanam, pro qua dedit fideiussionem in Ragusio, que excusacio non fuit habita pro autentica nisi probetur iustum impedimentum«.

Kod toga prifeži fist na papiru:

AI nobele et sauio retor de Ragussy, gudesse et conssiliery de la dita terra io Radich de Clissa mando salute con recomandasson. Do ue assauer, signory, per lo termene, chomy me desti, che io debia infra II messi mandar la resposta de parte de li boni omeny de Clissa. Io Radich, come gonssi de Ragussi in Bosna, de presente manday a Clissa, che el deuesse mandar litera dala uostra gra<pia. La litera gonsse in Souissochi et io per comandamento de lo re de Bosna anday con* tuti li drapy, che portay de Ragussi in la^ssua oste,- y si manday f corir colle dite litere, lo qual corir parti di Bosna cofa dita litera a die XVIII in otobrio, laqual litera al altre litere, che portaua, si fo robado in Porim et le dite litere si fo squargade et lo corir torna in Souissochi, non sapiando la caxon de lo termene, per qual ua. Et io steti in oste, spetando lo pagamento de misser lo re, e como gonssy io Radich in Bosna mando questo dito corir a la uostra gra<pia, che uuy me abie per squssado et che uuy me deue dar ter* mene in tanto, che^sse mando per altra litera de Clissa, auendo sauer, che questo corir fo quelo, loqual fo robado et ssi porta la litera squar^ (^ada, quelo che a possudo asunar al pressente. Pero ssapie ssignory, che questo ssie gusto impedimento, che lo me fo comandato andar in oste per for^a. Dio ue mantena la uita.

Na fedima: AI nobele et sauio retor de Ragussy, gudesse et conssiliari de la dita terra.

LiBer diversarum scripturarum 1377—1379 ti duBrovačbom arfa'vu.
Sirečeb: Spom. srp. Br. 22, 37-38.

235.

1377. 4. novembra.

Tafsifikat povefje Rrafja Ljudevita, Rojom on oBitefj Bufafis u Tro giru podiže među đvorsfie grofove.*

Lodovicus dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Serviae, Poloniae rex etc. universis et singulis presentes nostras inspecturis et lecturis notum facimus, quod nobis humillime votis, scripturis, attestationibus atque testibus fidedignis comprobatum fuit, quatenus nobilis vir Domny de Bufalis filius quondam nobilis viri Marfini nunc abbitator Dalmatiae in civitate Tragurio, cuius auctores originem habeant de Roma, quam illustrium avorum suorum in hac metropolitana civitate et in regno nostro Hungariae nobilirate clarus multarumque illustrium familiarum affinitate conspicuus excellat, cuius et singularis fides et obsequiosa studia *erga* regaJem domum nostram precipue autem patris eius erga serenissimam ac potentissimam principissam Ellisabet Hungariae regU nam, quae inter varia sua Europae itinera Dalmatiam Jadrae perexit, semperque fuit ei assiduus et fidelis non dubitavitque Novigradi propter salutem dictae reginae Elizabeth vitam propriam morti tradere, Ideo nos considerata eius nobili stirpe et perspectiš praememoratis virtutum me* ritis et ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio praedictum Domnium de Bufalis omnesque eius po^ steros et ex eius corpore et sanguine natos ac nascituros in perpetuum in nostros Hungariae comites palatinos equitesque reggios creamus, no* minamus et dicimus et comitum palatinorum Hungariae equitumque reggiorum titulo, honore, dignitate ac preminentiis insignimus, ac con^ sortio adscribimus et agregamus honoresque archidapiferati Hungariae insignimus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentem eidem concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratum.

Datum anno domini M° CCC° LXXVII pridie monas novembres anno XXXV. regnorum nostrorum.

Buffettino XII. p. 155-6. fafzffiat XV. v.

236.

1377. 6. i 8. novcmbra. <U TrogiruX

Trogirsfia općina cini reforme gfede uprave grada odredujuci na ročito, da odsada Budu na cefu grada tri rektora,*

1377, die 6. nouembris. Tempore dominorum Augustini de Ca*-sottis, Petri Micacii et Stipe Nicole, rectorum ciuitatis Tragurii, pro mense nouembris. Consilio generali etc. Captum quod amodo in antea eligantur et eligi debeant tres rectores ad regimen ciuitatis Tragurii quorum rectorum offitium durare debeat per totum mensem nouembrem nunc instantis, qui quidem rectores non sint attinentes in parentella nec inter se, nec cum iudicibus secundum formam statuti, et quod ipsi rectores, seu maior pars ipsorum habeant in maleficiis illam auctoritatem, quam habet dominus comes Tragurii solus. In ciuilibus vero causis rectores ipsi cognoscere possint insimul omnes tres vsque ad quantUtatem librarum 5 paruorum et simili modo quilibet ipsorum rectorum per se vsque ad dictam quantitatem librarum 5 paruorum cognoscere possit et valeat/ a quantitate vero librarum 5 supra rectores ipsi cum iudicibus cognoscere debeant in ciuilibus causis secundum consuetu^dinem et formam statuti Tragurii. Item quod ipsi rectores non possint esse de vna et eadem domo, nec possint ad ipsum offitium rectorie recipi et reassumi vsque ad vnum mensem completum proxime secuturum post eorum finitum offitium rectorie. Insuper nullus possit in idem offitium rectorie eligi et assumi qui non sit maior annis 35 et qiiod rectores ipsi nullum habere debeant salarium a commune nec possint a districtu Tragurii eorum durarite offitio nullatenus absentare, Tene^antur insuper dicti rectores infra tempus eorum regiminis processus omnes non expeditos et contra quoscumque denuntiatos et accusatos et inquisitos procedere ad sententias promulgandas secundum formam statutorum Tragurii et condemnationes fiende per ipsos rectores exigi debeant per successores ipsorum rectorum, si que exacte non essent per totum tempus regiminis ipsorum rectorum proxime secuturorum sub pena librarum 200 paruorum. Teneantur preterea ipsi rectores qui modo eligentur et qui per tempora in futurum eligentur ad petitionem quorum interesset exigere et executioni mandare omnes sententias ci*uiles in preteritum factas, que non essent executioni mandate. Item in dicto consilio captum fuit, quod ipsi rectores cum iudicibus, seu maior pars ipsorum arbitrium habeant et auctoritatem eligendi duos nobiles

•de consilio idoneos et sufficientes qui duo nobiles nullum salarium ha* tere debeant a commune,- sed semper ipsi ambo seu vnus ipsorum ad~ minus residentiam facere debeat tam de die, quam de nocte in palatio communis Tragurii et secum habere debeant octo famulos ad salarium communis, provt ipsis rectoribus et iudicibus, seu maiori parti ipsorum melius videbitur,- qui duo nobifes et familiares predicti solicite et at^ tente vigilare debeant et si eis videbitur ire et precipere de nocte per ciuitatem et burgum Tragurii ne maleficia, vel enormia aliqua valeant perpetrari/ possint etiam ipsi nobiles si eis videbitur pro exercendo eo= rum offitio penam imponere vsque ad quantitatem librarum 50 paruorum, que quidem pena exigi debeat contra deliquentes quoscumque ac si facte essent per ipsos rectores, Preterea tam ipsi duo nobiles, quam familiares predicti semper et omni tempore parere et efficaciter obedire debeant preceptis omnibus et mandatis rectorum predictorum in om= nibus et per omnia. Teneantur vlterius ipsi nobiles retinere claues tam carceris communis quam portarum ciuitatis ipsasque portas ciuitatis de= bito tempore claudere et aperire et omnia et singula facere solicite et attente, que tendunt ad honorem regiminis ipsorum rectorum et statum pacificum et tranquillum ciuitatis et ciuium Tragurii,- officium vero dic^ torum duorum nobilium durare debeat per totum presentem mensem nouembrem et non vltra.

Die 8. nouembris consiliQ generali etc. mandato rectorum etc. quod quilibet comes, qui erit ad regimen ciuitatis Tragurii habere de- [7]beat pro suo salario anno quolibet libras 1500 paruorum vsualis mo* nete currentis persoluendas eidem in tribus terminis secundum consue^ tudinem aliorum salariatorum ciuitatis predicte, qui comes stare debeat duobus annis tantum, et non vltra,- nec possit ad dictum offitium co- mitatus recipi, nec reassumi vsque ad duos annos completos prosecu^ turos post eius finitum officium duorum annorum, et nullus iudex vef •consiliarius possit et valeat proponere, dicere, facere, vel arengare con^ trarium et qui contrafecerit incurrat penam capitis et nihilominus omnia sua bona tam mobilia, quam stabilia deueniant et deuenire debeant in commune Tragurii ipso facto. E<t) si aliquid contrafactum fuerit, vel attentatum contra predicta irritum sit et inane. Et quod presens re* formatio et contenta in ipsa nullo tempore valeant dispensari,- sed semper -pro statuto debeat obseruari.

Luctus Memorie di' Trau. p. 3o§~3oб.

237.

1377. 8. novembra. <U Zagrebu).

Kaptof zagreBački prepisuje na mofBu zagreBac/tog gradskog fia petana Pavfa de StarcBy svoje fistine od 21. maja 1315- CCod dipf VIII 3olJ, od 31. XII 1317 CCod. dipf PIII 47oJ i od 18. I 1345. CCod dipf. XI 183J.*

<C)apitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus pre* sentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in dW mino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus- peruenire, quod egregius Paulus filius Stepani<!) de Stharcy, capitaneus protunc castri Zagrabiensis, ad nostram personaliter accedens pre* senciam exhibuit et presentauit nobis quasdam litteras nostras priuile^ giales priori nostro sigillo consignatas petens nos debita cum insrancia,. ut tenorem earundem presentibus de uerbo ad uerbum transscribi et appensione nostri sigilli noui faceremus consignari. Quarum tenor vnius talis est:

CSfijedi fistina zagreB. kaptofa od god. 1315-, Hojom se posjed Bfizna zafaze Renofdu de Wymar.J

Alterius littere tenor is est:

CSfijedi fistina istoga fiaptofa od god. 1317., Hoja sadržaje fi stinu krafja Karfa od god. 1317• gfede uvoda L Renofda u posjed BfizneJ,*

Tercii autem priuilegii tenor similtter hic est:

CSfijedi fistina istoga fiaptofa od god. 1345 J-

Nds itaque iustis et condignis peticionibus ipsius egregii Pauli annuentes scilicet duas litteras nostras priuilegiales in sigillis propter malam seu incautam conseruacionem aliqualiter rumpere videbamus tamen easdem de verbo ad uerbum transscribi et appensione nostri si^ gilli noui fecimus communiri. Datum octauo die festi omnium sanc^ torum anno domini M^{mo} CCC^{mo} septuagessimo septimo.

Izvornifi na pergameni u 6r. zemafj. arfiivu a ZagreBu. Doc. međii aevf anno 1315-

Na fistini visi fiomađcrvene i zefene svifene vrpce, pecatje otpao.

238.

1377. 8. novembra. II Zagrebu. <Zagrabie>.

Pred Nifiofom, vikarom Biskupa zagreBackog Demetrija, oBvezuje se Matija, arBidjakon Be/isins/ti, da će vratiti jedan casosfov kap tofu čazmansfiom.*

Nos Nicolaus, prepositus ecclesie Zagrabiensis, vicarius reuerendi* in Christo patris domini Demetrii, dei et apostolica gracia episcopi Zagrabiensis, in spiritualibus generalis et iudex in presenti sancta synodo specialiter deputatus, memorie commendamus per presentes, quod nobis^ in dicta sancta synodo pro tribunali de speciafi commissione dictt domini nostri episcopi cum aliis discretis viris sedentibus discretus vir Mathyas archidiaconus de Bexyn quendam librum breuiarii honorabilis capituli ecclesie Chasmensis per condam dominum Stephanum episcopum ecclesie Zagrabiensis prefate de sacristia eorum receptum, quem domini de dicto capitulo Chasmensi super ipsum Mathyam ar^ chidiaconum requirebant, assumpsit idem dominus Mathyas dominis Fabiano custodi et Dominico cantofi canonicis dicte ecclesie in per* sona dicte ecclesie Chasmensis in specie restituere vsque festum nati^ uitatis domini nunc affuturum. Datum Zagrabie, die dominico proximo ante festum beati Martini confessoris, anno domini M^{mo} CCC° LXX^{04} septimo.

Izvornifi na papiru u arfc. fiaptofa čazm. u Varaždinu a. 1377- Na fistini na pravoj strani viđi se trag pritisnuta pečata.

239.

1377. 15. novembra. U Krku <Vegle>.

U parnici gfede prava vfasništva izmedu suca Sfinefe i samostana MafoBracana na otoku Krku radi jednog pofja svjedoči finez Ni fiofa, da je preporno pofje dao samostanu njegov rodafc podknežin NiRofa.*

In Christi nomine, amen. Anno a nativitate ejusdem 1377., in* dictione 15,, mensis novembris die 15. intrante, Vegle in camerino *Ao*= mini Nicolai comitis Vegle. Veglensi consilio ordinato et congregato causa dandi, faciendi et iudicandi domino Schinelle quondam iudicis Vigi, iudici comunis Vegle, domini Paulus et Christophorus viceco-

mites Vegle exposuerunt . . . . comes, quia est orta lis inter iudicem Schinellam predictum et Domicellum de Caristia procuratorem con* -ventus fratrum Minorum de Vegla ratione unius campi quondam do^ tnini comitis Marci, quem ipsi fratres tenent et possident, et dixit, -quod vos domine comes ipsum eis dedistis, si ita est, vel non, nobis diceretis, ut possimus facere rationem ipsi iudici Schinelle, qui ipsum •campum petit in iudicio coram nobis tanquam suum a dictis fratribus, et ipsi fratres ponunt *vos* et dicunt, quod vos ipsum eis dedisti. Ad que dictus dominus comes Nicolaus respondens dixit, quod dominus vicecomes Nicolaus consanguineus suus vere dedit fratribus loci Vegle •dictum campum, et ego consensi ad hoc. Testes autem ad hoc convocati et rogati fuerunt vicecomes Vincentius quondam iudicis Zutigni/ Petrus de Vassolino et Joanes notarius cum aliis,

Ego Paulus vicecomes manum misi.

Ego Cristophorus vicecomes manum misi.

Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla, imperiali aucto^ dtate iudex ordinarius et notarius hijs interfui et rogatus scripsi, pu^ iblicavi et corroboravi.

ZBornifi Bartofi str. 2o,
Starine XX. 12-~13 Crnčić nije priopćio potpuno.

240,

1377. 21. novembra. U Rimu, <Rome>.

Grgur XL papa nadBis^upu zadarsfcom neka Grizogona Soppu, £oji proti vofji opata nosi samostanske Bafjine u svetom Krševanu, prisifi da s&ine te Bafjine i samostan ostavi.

Gregorius episcopus etc. venerabili fratri . . . . archiepiscopo ladrensi, salutem etc, Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum lohannis abbatis et conventus monasterii beati Grisogoni Iadrensis or- •dinis beati Benedicti peticio continebat, quod olim idem abbas, ad importunam instanciam quorumdam nobilium de civitate Iadrensi, di^ tectum filium Grisogonum de Soppa, clericum Iadrensem, de nobili genere procreatum, sperans et credens, quod per ipsum Grisogonum pre^ <hctum monasterium defendi et tueri deberet, ad habitum probacionis in dicto monasterio recepit, et quod eum idem Grisogonus infra tempus probacionis exsisteret et in dicto monasterio taliter se haberet, quod •eidem abbati et aliis monachis et personis dicti monasterii nimis scan-

dalosus esset, dictus abbas elapsis quatuor mensibus a tempore huiusmodi receptionis ipsius Grisogoni, eum indignum ad professionem dicti ordinis in eodem monasterio faciendam reputavit, ipsumque a dicto mo* nasterio iicenciavit, ac de ipso monasterio eicere voluit: sed idem Grisogonus laicaii suffultus potencia in eodem monasterio cum habitu' monachali contra voluntatem dictorum abbatis et conventus et eis- invitis remansit et remanet in anime sue periculum et ipsorum abbatis et conventus preiudicium et gravamen. Quare pro parte ipsorum ab* batis et conventus fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere ipsis. super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiusmqdi sup^ plicacionibus incltnati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus,* quatenus, si est ita, dictum Grisogonum ad deponendum habitum pre* dictum et ad exeundum de prefato monasterio, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellaćione remota, compelias, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, contradictores etc non obstantibus etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, XI. Kalendas* decembris, pontificatus nostri anno septimo.

TBeiner Mon. Sfav. Mer, I, no. 479. str. 333.
Tz reg. an. VII. cod. cfiart. Tom. 29- ff 345.

241.

1377, 21. novembra. U Rimu,

Grgur XI. papa dozvofjava opatu sv. Krševana da za godinu danff ostavi samostan.

Gregorius episcopus etc. diiecto filio Iohanni, abbati monasterii sancti Grisogoni Iadrensis ordinis sancti Benedicti, salutem etc. Sincere devocioniš affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclestam, pro^ meretur, ut votis tuis, quantum cum deo possumus, favorabiliter annu^ amus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, tu tam propter infirmitatem tui corporis, quam ex eo quod nonnuili nobiles de civitate Iadrensi, in qua monasterium tuum est situm, te persecuntur odio capitali in eodem monasterio non possis ad presens commode ac tute morari, pro parte tua fuit nobis humiiiter supplicatum, ut tibi iicenciam te absentandi a prefato monasterio ad aliquod tempus concedere de benignitate apostoiica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati tibi, ut usque ad annum a data presentium computandum a predicto monasterio te libere ac licite

albsentare valeas, quibuscumque constitucionibus seu ordinacionibus nostris ac statutis et consuetudinibus dicti monasterii et ordinis tui contrariis nequaquam obstantibus, aucroritate apostolica tenore presentium concedimus de gracia speciali, proviso quod monasterium ipsum debitis obsequiis non fraudetur, nec *m* spiritualibus aut temporalibus detrimentum propterea patiatur. Nulli ergo etc. nostre concessionis in* fringere etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, XI. Kalendas de^ cembris, potitificatus nostri anno septimo.

Originaf dosta oštećen u guBern. aгб, u Zadru.
COdio samostana sv. Krsevana fiap. XIV. no. 189).
TBeiner Mon. Sfav. Mer. I. no. 48o str. 333-334.
Iz reg. an. VII cod. cfiart. Tom. 29 fof. 344.

242.

1377. 25. novembra. U Zagrebu. <Zagrat>ie>

Petar Zudar Ban odgada osudu u pravdi izmedu fiaptofa i gradana zagreBačkiB,

Nos Petrus Zudor regni Sclauonie banus memorie commendamus, quod nobis in octavis festi beati Martini confessoris, una cum regni *no** biiibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, magistri Iobannes Crispus et Andreas Parvus, canonici et archidiaconi ecclesie capituli Zagra^ biensis pro eodem capitulo cum procuratoriis litteris eiusdem contra Franciscum iudicem civitatis Grechensis cum aliis civibus de eadem coram nobis adherendo, exhibuerunt nobis litteras domini nostri regis, hunc tenorem continentes:

CSfifedi fistina od 31. oktoBra 1377- 6r. 231J

Unde quia premissum factum inter ipsas partes idem dominus epi* scopus, ut iidem procuratores asseruere, reformare nequisset, eandem nobis commisisset ordinare et disponere. Tamen, quia de presenti qui= busdam negociis occupati ipsam ordinacionem partes inter easdem fa^ cere nequivimus, pro eo premissam disposicionem et ordinacionem inter ipsas partes statu in eodem ad octavas diei medie quadragesime pro* xime venturas, duximus prorogari, Datum Zagrabie, octavo die termini prenotati. Anno domini supradicto.

Originaf na papiru u arfcivu tfugosfavensfie afiademije.
Tfiafčic Mon. civ. %agraB. 267.

243.

1377. 29. novembra <U Cazmi).

Dimitrije, Biskup zagreBač/ii, potvrduje BisRupsfiim predijafistima Stjepanu MiBajfovom i Petru Stjepanovom darovnicu Augustina, poR. zagreBacfiog BisRupa, od22. maja 132o, fCod dipf. VIII. 560-

Demetrius, dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Za~ grabiensis auleque regie cancellarius, vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Quia inter ce^ teras nostras sollicitudines desideranter et potissime affectamus, vt sub^ ditorum nostrorum deuocio ad fidelitatis opera exercenda augeatur ideo eorum vtilitatibus et comodis diligencius inuigilare non cessamus, vt <Ium eis congruis remediis consulimus fidelitatis constanciam in eorum animis feruencius solidemus, eapropter cunctis pateat euidenter, quod in congregacione nostra generali predialibus ecclesie nostre trium districtuum de Iwanych, de Chasma et de Dombro ad reuidendum in* strumenta et jura ipsorum facta publica proclamacione Chasme per nos celebrata Stephanus filius Michaelis et Petrus filius Stephani, pre* •diales nostri de Ceknew de districtu Chasmensi, de medio aliorum ex^ urgendo presentauerint nobis quoddam priuilegium condam venerandi in Christo patris domini Augustini, episcopi ecclesie predicte felicis re^ cordacionis, predecessoris nostri, super predicto predio Ceknew vocato in predicto districtu existenti confectum, petentes nos debita cum instancia, vt idem priuilegium de verbo ad verbum presentibus inseri fa= ciendo confirmare dignaremur. Cuius tenor talis est;

CSfijedi fistina Augustina BisRupa zagreBačfiog od 22. maja 132o J

Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eorumdem Stephani filii Michaelis et Petri filii Stephani de Ceknew, predialium nostrorum, acquiescentes predictum priuilegium in nulla sui parte suspectum fore repperientes acceptamus, approbamus ac pro eisdem et eorum here* <libus perpetuo valituras confirmamus, hoc notanter expresso, quod ipsi et eorum heredes ecclesie nostre fidelitatem obseruent illibatam, quam si obseruare vel seruicia more aliorum predialium ecclesie nostre exhibere recusarent extunc ab omni jure suo cadant ipso facto et ipsum predium ad ecclesiam nostram iterato deuoluatur. In cuius rei memo= riam perpetuamque firmitatem presentes eisdem concessimus pendentis *et* autentici sigilii nostri munimine roboratas. Datum Chasme, die do*

minico proximo post festum beate Katherine virginis et martyris, anno« domini Mmo CCC^{mo} septuagesimo septimo.

Iz prepisa EBerBarđa Biskupa zagreBač&oga od1J. maja 1416.

Prepis nafazi se u ark~ivu zagreBac&e nadBis&upije: Dottacionafia fasc. T No. 6,

244.

1377. 16. deccmbra. U Križevcima. <Crisii>.

Predžupanijsfiom oBfasti HriževačRom prosvjedufe Ladisfav Sre disfii radi zaposjednuća imanfa Ugronovac po Ladisfavu i Stfepanu Komarničfiom.*

Nos Petrus Chyrke vicebanus et comes Crisiensis ac iudices no^ bilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod Ladislaus filius Lucasii de Iakozerdahel sua ac Petri fratris sui in personis ad nostram veniendo presenciam Petrum filium Stephani de Kamarcha personaliter facie ad faciem coram nobis repertum nec non Ladislaum et Nicolaum filios eiusdem Stephani ut absentes a porcione possessionaria in pos^ sessione Vgrunouch habite<!>, in cuius dominio iidem filii Lucasii exi- sterent et *que* ipsos contingeret, facta et facienda prohibuit contradi^ cendo et contradixit inhibendo coram nobis testimonio presencium mediante. Datum Crisii feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini millesimo CCCLXX^{mo} septimo.

Originaf na papiru u magfarsfcom narodnom muzefu u Budimpešti iz ar fiiva oBitefji LippicB. N_a Brptu vidi se trag mafoga okrugfoga pečata zupana fcri* zevačkoga.*

Vfesnifi zem. arfi. VIII. 174-175.

245.

1377. 20. decembra. Diosgyor. <In Diosgear>,

Lfudevit, krafj ugarsBi i BrvatsBi, potvrdufe za načefniBa u Trogiru Zadranina 3aBoBa de RaducBis.

Ludouicus etc. Accesserunt ad no$tre maiestatis presentiam ve* nerabilis in Christo pater dominus Grisogonus, episcopus Traguriensis et nobilis vir Petrus Ioseph, vestri ambassiatores petentes a nobis elec^ tionem per vos in dominum Iacobum de Raduchis de Iadra, fegum

doctorem nobis fidelem, pro duobus annis proxime futuris, cum salario librarum 1500 vsualis monete, in comitem ipsius ciuitatis factam, sup** plicando humiliter a nostra maiestate confirmationem ellectionis eius^ dem admitti, Nos autem vestris supplicationibus inclinati ipsam ellec*» tionem vestram per presentes litteras auctoritate nostra admittimus, fauemus et consentimus infra deliberationem nostram cum venerabili in Christo patre domino Ioanne, archiepiscopo Strigoniensi, habendam, medio autem tempore dantes vobis eum in vestrum comitem et rec* torem solito more, Datum in Dtosgear, 20. die mensis decembris 1377.

Luctus: Memorie di Traii. p. 3об.
*Tejer: Codex Dipf. Reg. Hung. T. IX. v. V. pag. 156-157**

246.

1377. <U Zagrebu).

Testamenat Pavfa de Slarchy, Hapetana zagreSačfiog.

Testamentum Pauii filii Stepan de Starchy, capitanei castri Za* grabiensis, coram capituli Zagrabiensis et conventus b. Nicolai, ordinis Praedicatorum, testimoniis conditum, atque per prepositum Zagrabiensem Jacobum sub appenso sigillo expeditum, tenore cuius idem certas pre- tiosas res, quas in praefato conventu b, Nicolai Zagrabiae in silvis fun* dato, antequam ad expeditionem contra Turcas susceptam cum Paufo, filio Renoldi de Wyuar, fine conservationis deposuerat, partim ipsi con* ventui b. Nicolai Zagrabiae, partim patribus Franciscanis ordinis Mino^ rum, ante ecclesiam cathedralem,- ecclesiae item s. Catharinae pro fa^ brica, demum pauperum domibus seu hospitalibus aeque Zagrabiae fundatis,- possessionem vero empticiam ex opposito claustri Heremi* tarum de promontorio Zagrabiensi seu Remethe existentem, Blyzna vo* catam, ipsi claustro pro animarum salute perennaliter legavit, ubi se* pulturam quoque sibi elegit.

*Regesta samostana Pavfina remetskih no. 13 u zem. arkivu u *Z>agre6u.*
TMafčić: Mon. civ. ZagraB. I. 267-

247.

1378. 11. januara. U Zadru <Jadre>.

Magdafena udova Bartofova daruje za sfucaj smrti svojim kćerima Buni i Urši Ruću u Zadru.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesirrio septimo, indicione prima, die vndecimo men* sis ianuarii,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale

domino Lodovico, dei gracia inclito rege Hungarie, Polonie et Dal^
macie,- temporeque reuerendi patris- et domini domini Petri de Mata*
faris, dei et sancte sedis apostolice gracia archiepiscopi Jadriensis ac
egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, ciui^
tatis Jadre comitis. Dona Magdalena, relicta condam Bartoli de Jadra,
titullo et nomine pure, mere, libere et irreuocabilis donacionis ex causa
mortis que reuocari non possit aliqua ingratitudine uel offensa magna
uel parua nec ob id quod sit inmensa donatio vel quod non sit actis
legiptime insinuata coram preside uel pretore, renuncians super hoc
sponte et per pactum legibus, codice de donationibus; si quis argentum
et si quis pro redemptione et legi vltime de reuocandis donationibus
et suis similibus — dedit, donauit post eius mortem dillectts filiabus
suis Bune, vxori ser Jacobi de Spingaroli, ibi presentis et Vrse sororibus
et filiabus condam dicti Bartoli et suis heredibus et succesoribus vnam
suam domum de muro, magnam, copertam de cupis cum suo tereno
proprio super quo dicta domus hedificata est cum balatorio et cum ea
parte curie, que ipsi domui tangit positam in ciuitate Jadre in confinio
Arsenatus, cui hit sunt confines ut dixerunt: de sirocho hereditas
condam ser Grisogoni de Chalcina, de quirina via publica, de borea
partim Cressolus marinarius et partim curia conuicinalis et de tra-
traversa partim magister Prodolus aurifFes<!> et partim curia conuicinalis
et forte ipsi domui alii sunt sibi confines veriores,- ad habendum, tenen^
dum et possidendum post mortem dicte donatricis solummodo et quic^
quid dictis Bune et Vrse sororibus vel suis heredibus et successoribus
de ipsa domo cum suis iuribus et pertinenciis et post mortem dicte
donatricis melius placuerit faciendum sine contradictione alicuius per^
sone huius mundi cum omni accessu, ingressu, introytu et exitu suo,
viis, seruitutibus, stilicidiis, aqueductibus, adiacentiis et pertinenticiis
suis superioribus et inferioribus, et cum omnibus iuribus et actionibus
ipsi domui in integrum spectantibus, competentibus et pertinentibus, a
cello usque ad habissum, Dans et concedens ex nunc dicta donatrix
post eius mortem dictis Bune et Vrse sororibus et suis heredibus et
successoribus omnia sua iura omnesque actiones et raciones reales et
personales, vtiles et directas, tacitas et expressas atque mixtas, que uel
quas et qualia ex nunc et in presenti dicta donatrix habet vel habere
uidebatur, poterat et posset in ipsa domo cum omnibus suis iuribus et
pertinenciis adversus quascumque personas huius mundi,- constituens
dicta donatrix post eius mortem prefatas Bunam et Vrsam sorores cum
heredibus et successoribus in ipsa domo procuratrices ut in rem suam
et ponens eas ex nunc post eius mortem in locum suum,- ac eciam

•dans et concedens dicta donatrix dictis Bune etVrse licenciam et pa^ rabolam post mortem dicte donatricis intrandi et aprehendendi tenutam et corporalem possessionem de ipsa domo cum omnibus suis iuribus et pertinenciis,- dicens et asserens dicta donatrix se nemini dedisse, cessisse, tradidisse, vendidisse, donasse, obligasse seu aliquo alio modo obnoxiasse iura et actiones in dicta domo in toto vel in parte nisi nunc dillectis filiabus suis Bune et Vrse sororibus, ut superius dictum est. Quod si aliter forte factum esse reperiretur promixit quoque dicta donatrix stipulatione solempni dictis filiabus suis Bune et Vrse soro^ ribus easdem filias suas Bunam et Vrsam sorores et suos heredes et successores indempnes excalumpniare, liberare et deffensare omnibus suis expensis. Quam quidem donationem cum omnibus et singulis in ea contentis promixit quoque dicta donatrix stipulatione solepni <> per se et suos heredes et successores dictis filiabus suis Bune et Vrse semper firmam, ratam et gratam habere et tenere ac atendere, observare et adimplere et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, modo vel ingenio, de iure vel de facto sub pena quarti, qua soluta vel non, nichilomtnus contractus iste suam semper obtineat roboris firmitatem et cum reffectione omnium dannorum, interesse et expensarum litis et extra et cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum. Et voluerunt dicte Buna et Vrsa sorores ac mihi notario infrascripto mandauerunt, ut de hiis duo debeam publica instrumenta conficere insimul consonancia et cuilibet earum vnum exUbere. Actum Jadre in confinio Arsenatus in domo habitacionis dicte done Magdalene donatricis, presentibus ser Nicola condam Tholomeri de Spingarolo et magistro Draxulo marangono Prascouich, ambobus de Jadra, testibus vocatis, rogatis et aliis, Ego Vitchor condam Nicho= lai de Vitchor, iudex examinator manum misi.

CSig. not.J Ego Petrus dictus Perencanus condam domini Aconis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et comunis Jadre notarius iuratus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

Dva izvormfia na perg, u aru. grof. Begna u Posedarju: P. no 131 / 133.

248.

1378. 19. januara. U Rimu. ^Rome).

Grgur JCL papa dozvofjava MafoBracanima da mogu primiti mjesto u Modrušu što im ga daje Stjepan iinez senjski.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis ministro generali et aliis fratribus ordinis Minorum, salutem etc. Sacre vestre religionis, in qua sub iugo volontarie paupertatis devotum exhibetis altissimo famulatum,

promeretur honestas, ut votis vestris, illis presertim qui divini cultus augmentum et vestri ordinis propagationem respiciunt, favorabiliter annuammus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, quod in opido Madropsa Corbaviensis diocesis, quod prope scismaticos et infideles situm est, et prope illam per unam dietam et ultra nullus locus fratrum ipsius vestri ordinis existit, et quod propetera dilectus filius nobilis vir Stephanus comes Senie de propria salute co* gitans, ac cupiens terrena in celestia, et transitoria in eterna felici com* mercio commutare, ad omnipotentis dei laudem et gloriam, ac pro sua et progenitorum suorum animarum remedio et salute quendam locum cum ecclesia, campanili, campana, cimiterio, domibus et aliis neces^ sariis officinis in dicto suo opido ad opus vestrum in honorem et sub vocabulo beati Francisci fundavit pariter et construxit, illumque cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vobis intendit pia iiberalitate do^ nare: quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut vobis recipiendi locum ipsum, inibique morandi licenciam concedere digna* remur. Nos igitur, qui vos et ordinem ipsum gerimus *in* visceribus caritatis, volentes vos consideracione carissime in Christo filie nostre Elisabeth regine Ungarie illustris nobis super hoc humiliter supplicantis favore prosequi gracioso, huiusmodi supplicacionibusinclinati vobis recipiendi locum ipsum cum ecclesia, campanili, campana, cimiterio, domibus et aliis officinis predictis, dummodo duodecim fratres ipsius ordinis inibi morari continuo valeant et congrue sustentari, auctoritate apostolica plenam et liberam licenciam elargimur, non obstantibus felicis recordacionis Bonifacii pape VIIL, predecessoris nostri prohibente, ne religiosi ordinum mendicantium loca de novo acquirere valeant etc. Datum Rome apud sanctum Petrum XIIII. Kal. februarii, pontificatus- nostri anno octavo.

TSeiner Mon. Sfav, Mer. I. no. 4S2 str. 336.
Iz reg. an VIII. cod. cSart. tom. 32 fof. 31.
Tarfati Iffyr. sacr. IV. 97-98.
EuBef Buffarium Tranciscanum VI. 594 no. 1561.

249.

1378. 30. januara <U Cazmi).

Pred Raptofom cazmansfiim oBecaJu sinovi Petra de Casteffan pod ugovorenom Raznom od 55 marafia da ce branili Ivana Petrova f njegova sina Matiju u stvari smrti Andrije DuBafa,

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie eommendantes si* gnificamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod La~

dizlaus filius Petri dicti Castellan de Sancto Spiritu tam pro se quam pro magistro Emrico, canonico ecclesie Zagrabiensis, Adam et Nicolao, fratribus suis, a parte vna, ab altera autem Johannes filius Petri de Gresencha et Matyas filius eiusdem coram nobis personaliter constituti, idem Ladizlaus filius Petri dixit et sponte est confessus ministerio viue vocis, quod si ipse[1] ex parte dictorum fratrum suorum super facto concordie mediantibus aliis literis nostris exinde confectis in facto mortis Andre dicti Dubay et aliorum certorum negociorum in eisdem contentorum facte eosdem Johannem filium Petri et Matyas filium eius* dem expedire et defensare non curaret vel non posset, extunc quin* quaginta quinque marcas denariorum prefatis Johanni filyo Petri et Matyas filyo suo pacyfice sine aliqua citacione restituere tenebitur/ et si pacifice restituere non curaret et se iudiciarie discussioni subiceret, tunc in pena duppli ipsarum quinquaginta quinque marcarum remanebit/ et insuper comes Crisiensis, dum presentibus fuerit requisitus, ad portionem possessionariam prefati Ladizlai accedendo descendere et in eundem donec de prefata principali pecunia et eius duppla eisdem Johanni filyo Petri et filyo eiusdem satisfecerit cum effectum<!> residere possit pariter et permanere, sicut ad hec prefatus Ladizlaus coram nobis se obligauit spontanea voluntate. Assumpserunt insuper iidem Johannes filius Petri et Matyas filius suus, cum idem Ladizlaus ex parte ipsorum fratrum suorum eisdem expedicionem assignauit, pre* sentes litteras nostras eidem in specie restituere et assignare coram nobis,- et si in presencia hominis nostri legitime monity restituere non curarent uel non possent, extunc in pena prealigata <!>, videlicet centum et decem marcarum ipsimet remanebunt, prout hec sponte assump* serunt coram nobis. Datum sabbato proximo ante festum purificacionis virginis gloriose, anno domini MCCCLXX^{mo} octauo.

Izvornifc na papiru u arfiivu ^ugosfav. afiađemije u ZagreBu. Dipfomata

Na firptu Cistine pritisnut je pečat.

250.

1378. 30. januara, U Zadru <Jadre>.

Izvrsitefji oporutie Ivana de Grisogonis oBavezuju se pfatit Kozi de Begna 6oo zfatnih forinti u ime miraza njegove zaručnice Ni fiofote,*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, indicione prima, die penultimo mensis

[1] Umetnuto istom rukom iznad tinije.

ianuarii/ regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gratia inclito rege Hungarie, Polonie et Dalmacie temporeque reuerendi patris et domini domini Petri de Matafaris, dei et sancte sedis apostolice gratia archiepiscopi Jadrensis, ac egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, ciuitatis Jadre comitis. Vir nobilis ser Andreas filius condam et heres pro dimidia strenui militis regii domini Johannis de Grixogonis, ciuis Jadre, ut homo sui iuris et qui in etate iegiptima est et domina Nicoiota, relicta condam ser Laurencii de Bogde et vir nobilis ser Grixogonus condam ser Andree Federici de Grixogonis Jadriensis, ambo ut commissarii et com^ missario nomine dicti domini Johannis militis de Grixogonis et nomine dicte comissarie ac Doymi fifii condam et heredis dicti domini Jo= hannis pro alia dimidia nundum <!> in etate legiptima existentis omni excepcione iuris vel facti remota, solempni stipulacione promiserunt et se obligauerunt viro nobili ser Chose condam ser Mathei de Begna, ciui Jadre, dare et integre satisfacere ipsi ser Chose vei suis heredibus et successoribus per se suosque heredes et successores florenos sex^ centos boni auri et iusti ponderis computando pro quolibet floreno libras tres et soldos duodecim florenorum ,• videlicet dictus ser Andreas florenos trecentos auri et dicti commissarii et nomine dicte comissarie et dicti Doymi alios florenos trecentos auri,- hoc modo videlicet: flo* renos ducentos auri statim, cum ser Chosa predictus dominam Nico^ lotam, sponsam et vxorem suam futuram, domum conduxerit, et reliquos florenos quatuor centum auri hinc ad quatuor annos proxime venturos, videlicet quolibet anno dictorum quatuor annorum florenos centum auri/ sub pena quarti pro quolibet termino siue paga non so^ luta,- qua soluta uel non, nichiiominus contractus iste suam semper obtlneat roboris firmitatem et cum reffectione omnium dannorum et expensarum litis et extra et cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum. Et hoc nominatim pro docte et doctis nomine dicte domine Nicolote sponse et uxoris future dicti ser Chose non obstante confessione facta per dictum ser Chosam in instrumento doctis ipsius domine Nicolote scripto manu mei notarii infrascripti in presenti millesimo, indicione et die,- in quo instrumento doctis apparet dictum ser Chosam contentum et confessum esse et fore dictos florenos sex^ centos auri nomine doctis ipsius domine Nicolote manualiter habuisse et recepisse et quod renunciauerit excepcioni non numerate pecunie, ut in dicto instrumento dotis continetur. Et pro predictis omnibus et singulis meiius actendendis et obseruandis sponte et per pactum dictus ser Andreas pro dictis florenis trecentis auri et dicti comissarii nomine

dicte comissarie et dicti Doymi pro aliis florenis trecentis auri obligauit se suosque heredes et successores et omnia sua bona presencia et futura penes dictum ser Chosam et suos heredes et successores et ad conueniendum tam realiter quam personaliter semel et pluries usque ad plenariam et condignam satisfationem omnium predictorum Jadre et vbique locorum et terrarum et omni tempore. Actum Jadre in confinio sancte Marie de Bongaldo, in domo habitacionis dicte domine Nico* lote relicte condam ser Laurencii de Bogde, presentibus ser Johanne condam ser Georgii de Soppe et ser Mauro condam ser Perri de Grixogonis, ambobus Jadriensibus, testibus vocatis, rogatis et aliis.

Ego Zaninus Galellus condam Cose de Brode, iudex examinator manum misi.

CSig. not.J, Ego Petrus Perenq:anus dictus condam domini Agonis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et comunis Jadre notarius iuratus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

IzvorniM na perg. u ar6. grof. Begna u Posedarju; P. no. 13o.

251.

1378. 31. januara. U Zadru <Jadre>,

PodsaBirači papinske desetine očituju da je Petar, opat samostana rogovsRog, namirio duznu desetinu zajedno s troškovima uBiranja,

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem miilesimo tre- centessimo septuagessimo octauo, inditione prima, die vltimo mensis ianuarii/ pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii, digna dei prouidentia pape vndecimi, anno octauo ,• regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Hungarie, Polonie, Dalmacie et Croatie. Venerabilles viri dominus frater Johanes, abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra et dominus presbiter Geor* gius, plebanus sancte Marie mayoris Jadrenssis, tanquam subcotectores instituti per reuerendissimum in Christo patrem et dominum Bernardum, dei et apostolice sedis gratia episcopum Bononiensem, nuntium sedis apostolice et colectorem datum per suprascriptum dominum nostrum Gregorium papam, ad exigendum et recipiendum decimam bienalem per dictum dominum nostrum papam inpositam in duobus terminis per^ soluendam, videlicet in mense augusto proximo elapso et in mense fe= bruarii proximo subsequente kallendis, secundum quod in eius mandato super hoc plenius continetur/ fuerunt contenti et confessi se habuisse et recepisse a reuerendo in Christo patre domino fratre Petro, abbate monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte diocesis Jadrensis,

dante et soiuente nomine suo et predicti sui monasterii primo quadra^ ginta septem ducatos cum dimidio boni auri et iusti ponderis et etiam ducatos auri bonos et iustos pro expensis. Et hoc pro integra solu^ tione et pagamento secundi anni, que est spluenda in kallendis februarii proxime futuri colecte seu decime supradicti domini nostri pape,- renuntiantes super hoc dicti domini abbas et plebanus subcoiectores exceptioni et probationi non habitis, non receptis et eis non datis, traditis atque numeratis dictis quadraginta septem cum dimidio ducatis auri et duobus pro expensis a predicto domino Petro abbate pro so* lutione completa dicti secundi anni predicte collecte et omni alii iuris et legum ac omni spei future numerationi <l) omnino renuntiantes, etiam quibuscunque alliis renuntiantes exceptionibus et cauilationibus, quibus possent, contentis in huiusmodi quietatione aliquaiiter se deffendere uel tueri. Vnde predicti domini abbas et piebanus subcoiectores nomine dicti eorum offitii fecerunt dicto domino Petro abbati ac predicto suo monasterio suisque successoribus plenam et irreuocabilem securitatem, quietationem perpetuamque liberationem et pactum de ul* terius dictam sumam ducatorum a dicto domino Petro abbate nec a dicto suo monasterio occasione soiutionis collecte dicti secundi anni imposite per dictum dominum nostrum papam non petendi. Rogantes me notarium infrascriptum, ut conficere super hoc deberem puplicum instrumentum. Actum Jadre, in dicto monasterio sancti Grisogoni, pre^ sentibus domino fratre Ricardo, abbate sancti Petri de Arbo et ser Grisogono de Qiualellis, testibus ad hoc uocatis et rogatis et ailiis.

(Sig. not.J Ego presbiter Helyas canonicus Spalatenssis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, predictis omnibus interfui et ea rogatus scribere scripsi et puplicaui signoque meo con^ sueto signaui.

Izvornifi na pergam. u guBern. arfiivu u %adru. fOdio sam. rogovsboga no. Ц5J.

Sfiroz sfična fistina za dani oBroH od 13J8. 5- feBruara (IBidem no. 116).

252.

1378. 1. februara. <U Zagrebu).

Općina grada ZagreBa potvrduje darovnicu Pavfina o nekim vinogradima danu nekim zagreBacftim gradanima.

Nos Franciscus filius Marci iudex, Georgius, Ladizlaus, Georgius, Johannes, Laurencius, Genynus, Jacobus et Georgius iurati consiiiarii

et universi cives montis Grechensis, tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod vir religiosus Dominicus provincialis totusque conventus monasterii sancti Nicolai confessoris de Zagrabia, ordinis Predicatorum, ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt nobis queddam tria privilegia, sigillo conventus ipsorum consignata, petentes nos debita cum instantia, ut eadem transcribi et nostro communi sigillo roborari maioris rei ad cauteiam faceremus, Quarum quidem litterarum privilegialium tenor sequitur et est talis:

CV. fistinu od1377, 25. aprifaj.

Secunde autem littere tenor talis est:

CV. fistinu od 1377, 25. aprifaj.

Tercie autem tenor hic est:

CP. fistinu od/377, 22. aprifaj.

Nos igitur peticionibus favorabilibus predictorum fratrum annuentes, predictas literas privilegiales sub sigillo eorundem fratrum confectas, de verbo ad verbum transcribi fecimus et hostro communi sigillo roborari ad cautelam. Datum in vigilia festi purificacionis virginis gloriose. Anno domini millesimo CCC septuagesimo octavo.

Originaf u arkivu grada %aдгеBa, vrpce f/uBičaste Boje stoje, pečat otpao. Tfiafčić: Mon. civ. ZagraB. I. 268.

253.

1378. 19. februara. U Zadru <Jadre>.

Zadarsiii sud uvazuje prigovore samostana sv. Dominifia protiv odredene dražBe od dvadeset i jedne sofane na otoiiu Pagu.

In Christi nomine amen. Anno domini ab eiusdem incarnatione millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, indictione prima, die de^ cimo nono mensis februarii,- regnante serenissimo principe et nostro domino naturale domino Lodouico, dei gratia inclito rege Hungarie, Polonie, Dalmatie et Crohatie etc. tenporeque reuerendi patris domini Petri de Mactafaris, archiepiscopo Jadre, nec *non* mangnifici viri domini Nicolai -de Zech, regnorum Dalmatie et Crohatie bani et comitis ciuitatis Jadre. Nos Guido de Mactafaris et Damianus de Bengna, iudices maioris curie Jadre ad ciuilia deputati nec non Fredericus de Grisogonis, iudex examinator subrogatus loco ser Damiani de Nassis, tertii iudicis, qui adesse non potuit, quia sibi tangit presens negotium, prout inferius con* tinetur./ viso contractu facto per ser Damianum de Nassis, ut pro^

curatorem procuratorio nomine et sindicum fratrum Predicatorum de Jadra, qui contrad.ixit incantui vnius cedule incantus viginti vnius sali* narum cum magaceno et terreno posito in Valle Pagy, prout et sicut in dicta cedula confinantur, que sunt Magioli Drapperii et que fuerunt condam Leonardi de Formino, que incantabantur ad petitionem Phy* lippi Alexandri de Jadro, prout et sicut in cedula predicta continetur. Vnde per nos visa dicta cedula et visa contradictione facta per dictum ser Damianum dicto nomine et viso testamento condam Leonardi di Formino facto in millessimo trecentessimo trigessimo nono, indictione octaua, die vigesimo tertio mensis[1] octubris manu Blaxii Michaelis Leo* nardi notarii Jadre,- in quo continetur inter cetera, qualiter dictus Leo^ nardus de Formtno dimisit et reliquid <!> dicto conuentui fratruum <!> Predicatorum viginti quinque libras denariorum paruorum, prout et sicut in ipso testamento continetur vigore cuius relicti ipse ser Damianus nomine predicto contradixit incantui salinarum predictarum/ et visis statuto in tertio libro sub rubrica: que sollempnitas, quod incipit: sane,- item in statuto in eodem libro sub rubrica; quorum possessiones, quod incipit: quamuis etc, item statuto in eodem libro sub rubrica: ne fides, quod incipit: quia instrumenta, item statuto: de uerborum et rerum signifi* catione, quod incipit: tutum foret,- et vissis testibus eorumque dictis et ad testaciones productis et examinatis pro parte dicti ser Damiani dicto nomine,- et visis vno instrumento vendicionis scripto per nota^ rium infrascriptum in millessimo trecentessimo septuagessimo sexto, indictione quarta decima, die sexto mensis maii, item vno instrumento- copie breuiarii incantus, quod incipit: hoc est exemplum et finit ante <> publicationem <> roboraui / item statuto de prescriptis, quod incipit *i* quia lege scriptum est etc,- productis, obstensis et allegatis in iuditic* coram nobis et #ostra curia per dictum Magiolum et generaliter omnU bus et singulis visis et axaminatis, que per nos videnda et examinanda fuerunt — per ea que vidimus et cognoscimus et nunc videmus et congnosscimus <!> Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes sub logya mangna <!) Jadre, ut moris est, sentenciamus et pronunptU amus inter ipsas partes ipsis partibus presentibus et intelligentibus bene et optime fuisse et esse contradictum dicto incantui per dictum ser Damianum dicto homine: pro eo maxime, quia nobis constat per dictum breuiarium productum per dictum Magiolum non fuisse nisi decem et octo salinarum delibueratarum, prout in dicto breuiario continetur et ille <!) que continentur in cedula predicta que nunc incantantur sunt vi^

[1] dva puta.

ginti vna saline prout et sicut in cedula predicta plenius continetur,- nec obstat statutum predictum de prescriptis superius allegatum cum in re ecclesiastica non currit talis prescriptio et maxime in legatis ad pias causas factis sicut est in casu isto,- victumque victori in expensis^ legiptimis condempnamus, dantes in pristaldum ser Nicolam de Spin* garolo, tribunum curie Jadre, presentem et intelligentem, ad hanc no^ stram sentenciam executioni mandandam. Actum Jadre, sub dicta logya, presentibus ser Victicor de Victicor et ser Francisci de Ciualellis de Jadra, testibus et aliis ad hec habitis et vocatis.

Ego Damianus de Begna, iudex suprascriptus me subscripsi.

Ego Fredericus Grisogoni de Grisogonts, iudex supradictus mt subscripsi.

CSig. notj Et *ego* Vannes condam Bernardi de Firmo, publicus imperiali auctoritate notarius et ciuitatis Jadre iuratus cancellarius ai ciuilia Jadre deputatus, predictis interfui.et rogatus scribere et scripssi« et publicatii signumque meum consuetum apposui.

MCCC °LXXVIIII° indictione **III,** die XV. martii dictus Magiolus soluit fratribus pro expensis factis in dicta causa libras octo par* uorum. Ego Vannes scripsi.

Izvornifc na pergam. u guSern. ar&. u %adru (ođio samost, sv. Dominifio' no 738.

254.

1378, 22. februara. <U Cazmi).

Pred ćazmansfiim ftaptofom izjavfjuje EfizaBeta TaBijanova, u ime svoje i interesenata, da je primifa djevojacku cetvrtinu.*

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presen^ tibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore, Vt ea que geruntur in tempore apud posteros inuioiabiliter perseuerent litterarum testimonio solent perhempnari,- inconcussum nam* que id permanet, quod scripti patrocinio fuerit communitum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis domina Elyzabet vocata filia Fabyani filii Belyud de districtu Ryuche, consors Mychaelis filii [wan, vna cum Annos filia sua in suis necnon eiusdem Mychaelis mariti ac Stephani filii Katherine, alio nomine Mycha nuncupate, filie de eadem, personis coram nobis colletariliter <! > astancium in teneraque <! > existencium, quorum onus et grauamen, si in infranscripto vendicionis contractu temporum in processu non persti^- terint in se assumpmentes coram nobis personaliter constitute dixerunt

et ministerio viue vocis ipsarum sponte sunt confesse suis et nominibus quibus supra, quod ipsi seu ipse totalem porcionem ipsius domine posses* sionariam in possessionibus iuxta fluuium Konzka vocatum existentibus in contigua vicinitate possessionis Dominici filii Jacobi de eadem Konzka, yt dicitur, habitam et existentem, eidem domine Elyzabet de eisdem posses* rsionibus paternis pro quarta puellari de laudabili regni consuetudine approbata a fratribus suis diuisionaliter legitime deuolutam cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis ad eandem spectantibus cuiusuis nominis vocabulo vocitatis sub metis et terminis eiusdem antiquis, quibus ipsa domina eandem hucusque possedisset eidem Dominico fiiio Jacobi necnon Ladislao et Nicolao filiis eiusdem ac per eos eorum heredibus heredumque ipsorum successoribus pro triginta minus duabus marcis denariorum plene, ut dixerunt, ab eisdem habitis et receptis vendidissent, donassent et assignassent, ymmo ex *nunc ex* relacione ipsarum suis et nominibus quibus supra facta vendiderunt, contulerunt et perpetuarunt coram nobis iure perpetuo et irreuocabiiiter possiden* • dam, tenendam pariter et habendam, nil iuris nilue proprietatis pro se deinceps in eadem reseruantes, sed totum ius et dominium, quod in eadem habuissent in eundem Dominicum it<em> filias ac heredes ipsorum per omnia transferendo. In cuius rei memoriam stabiiitatemque perpe^ tuam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in festo kathedra <!) sancti Petri apostoli, anno domini millesimo CCC^mo^ septuagesimo octauo.

*Izvor na pergam. u ugar. drž. arfiivu u BPesti m. o. D * d' * 33676 * Stara sign. N. R. A. fasc. 1675- No lo.*

Pisi na fistim' fiomađić zetene i crvene svifene vrpce 6ez pečata.

255.

1378. 28. februara. *(11* Trogiru),

Opcina trogirsRa rješava da se izaBere odBor desetorice fioji ce uz .fineza i sudije imati vfast u gradu i fioji ce progfasiti da nijedan Trogiranin m smije prijeći u sfužBu Mfečana i Genovezona,

Jacobus de Radich de Jadra. I. D. comes. Occasione litterarum a rege missarum, eliiguntur decem nobiles, qui cum comite et iudicibus auctoritatem habeant super statu civitatis,- qui comittunt prociamari, ne quis civilis vel districtualis audeat accedere ad stipendium Vene- itiarum vel Januensium sub pena perditionis iura et amissionis omnium ;bonorum civitati Traguriensi applicandorum.

Notae S^oan^ ^~iS^ Lucii. 19. a. Starine XIII. p. 242.

256.

1378. 3. marta. U Zadru. <Jadre>.

Opcina rapsfia oBavezuje se pfatiti svoj dug za Hupfjeno zito Ma - gjofu Draperiju, građaninu zadars&om.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem mifle^ simo trecentesimo septuagesimo septimo, indiccione prima, die tercio> mensis marcii,- regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Ludouico, dei gracia inclito rege Vngarie, Polonie, Dalmacie etc./ temporeque reuerendi in Christo patris et domini Petri de Matafaris, dei et sancte sedis apostolice gracia archiepiscopi Jadrensis ac magnifici et potentis viri domini Raphaeiis de Surdis de Placencia, ciuitatis Jadre comitis. Egregius regius miles dominus Paolus, comes^ ciuitatis Arbensis, filius condam egregii regii militis domini Francisci de Georgio, olim comitis Tragurii, "procurator et sindicus ac dicto procuratorio et sindicatorio nomine dominorum vicarii, iudicum, con* silii et communis dicte ciuitatis Arbensis, habens ad infrascripta ple* num mandatum, ut constat publico instrumento scripto manu ser Jo* hannis condam Bartholi de Tomassis de Ymola, imperiali auctoritate notarii et iurati cancelarii Arbensis, sub anno natiuitatis domini mille* simo trecentesimo septuagesimo septimo, indiccione quinta decima, die quarto mensis decembris, a me notario infrascripto viso et lecto, omni excepcione iuris uel facti remota solempnl stipulacione promisit et se obligauit ser Magiolo Draperio condam Jacobi de Jadra ibidem pre* senti dare, soluere et integre satisfacere dicto ser Magiolo vel suis • heredibus et successoribus florenos trecentos et septuaginta aari uel solidos septuaginta duos paruos pro quolibet floreno hinc ad dimidium. mensis iulii proxime futuri sub- pena quarti,- que pena soluta uel non, nichilominus contractus iste suam semper obtineat roboris firmitatem, et cum refeccione omnium dampnorum, interesse et expensis litis et extra, et cum obligacione dicto nomine suo et bonorum omnium su* orum presencium et futurorum, et hoc nominatim pro modiis trecentis et septuaginta furmenti <!> ad mensuram Arbensem venditi in valle Kernise per dictum ser Magioium dicto domino Paulo dicto nomine seu dicto communi Arbensi et per dictum dominum Paolum dicto no* mine a dicto serMagiolo nomine vendicioniš et pro dicto precio habiti et recepti,- renuncians super hoc sponte et per pactum dictus dominus Paolus dicto nomine excepcioni et probacioni non datorum, habitorum et receptorum ac sibi manuaiiter consignatorum. et traditorum dictoruim

modiorum trecentorum et septuaginta furmenti a dicto ser Magiolo nomine vendicionis, ut dictum est, tempore huius contractus omni spei future tradicionis et consignacionis omnique alii suo iuri et iegum au^ xilio, et pro predictis omnibus et singulis melius atendendis et obser* uandis sponte et per pactum dictus dominus Paolus dicto nomine ob^ ligauit dictum consilium et comune <!> ciuitatis Arbensis et bona omnia presencia et futura consilii et communis Arbensis prenotati penes dic- tum ser Magiolum et suos heredes et successores/ nec non prefatus dominus Paolus dicto nomine promisit et conuenit ipsi ser Magiolo stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus conue- niri, cogi et constringi tam coram domino nostro rege uel domino bano, quam in ciuitate Jadre, in quacunque alia ciuitate, terra, loco, castro et foro ac coram quibuscumque iudicibus et officialibus quo-* rumcunque locorum, ciuitatum et terrarum, vbi dictus ser Magiolus ipsum dominum Paolum dicto nomine seu dictum consilium et com^ mune Arbense conuenire voluerit et ibi vbi dictus dominus Paolus dicto nomine seu dictum consilium et commune conuentum fuerit ibi- dem quantitatem predictam dicto nomine idem dominus Paolus super bonis dicti consilii et communis Arbensis satisfacere promisit. Actum Jadre, in stacione dicti ser Magioli, presentibus Bartholo condam Jo* hannis de Qualis et Canino Draperio condam Jacobi, ambobus Ja^ drensibus, testibus vocatis, rogatis et aliis.

Ego Zaninus Galellus condam Cose de Prode, iudex examinator manum missi.

Ego Albertus condam ser Francisci de Saladinis, ciuis Jadrensis, presens, imperiali auctoritate et communis Jadre notarius iuratus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

CSignum notariij.

Izvornifi na pergameni u 6r, zem. arfiivu u ZagreBu. Doc. medii aevi a. 1371

257,

1378- 11- marta- <U Pozcgi)-

Kaptof požešfii izvješcuje ftrafja Ljudevita, da su braća Ivan i Gjuro, sinovi Petejovi de Chapoucf), doista pocinifi nasifja na po sjedu Gjure Petrova zvanom Budrovac,*

Excellentissimo dornino eorurn Lodouico, dei gracia inclito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc_, capitulum eccfesie beati Petri de

Posaga oraciones in domino debitas et deuotas. Receptis iitteris vestre magnitudinis sub maiori sigillo secundum earundem continenciam cum Andrea filio Petri de Mosyna, homine vestre sublimitatis, nostrum ho^ minem Matheum, sacerdotem chori nostri, magistrum altaris omnium sanctorum, ad exequendum infrascripta pro testimonio transmisimus/ qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod, prout idem homo vestre sublimitatis presente testimonio nostro a vici^ nis et commetaneis nobilibus et aliis communibus hominibus illarum par^ cium, quibus decuit et licuit, diligenter inquirendo scire potuisset, sciuisset, quod Johannes filius Pethew de Chapouch circa festum beati Luce ewangeliste proxime preteritum ex induccione Georgii filii eius* dem Petheu, fratris sui, de eadem Chapouch ad faciem possessionis Georgii filii Petri Budrouch' vocate potencialiter irruendo fenuji et fruges in manipulis et nondum insimul acumulatos intra metas eius^ dem possessionis Budrouch in campo repertos aurferi et asportad fecisset, quo sue placuisset voluntati, in ipsius Georgii filii Petri preio* dicium ualde grande. Datum feria quinta proxima ante dominicam reminiscere[1], anno domini millesimo CCCLXX^{mo} octauo.

Ma Hrptu nafazi se:

Excellentissimo domino eorum Lodouico, dei gracia inclito regi Hungarie, pro Georgio filio Petri de Budrouch' contra Johannem et Georgium filios Petri de Chapouch' inquisitoria.

Izvornik na papiru u arkivu $ugosfav. akađemije u ^адгеви. Dipfcma a. 1373.

Na Brptu vidi se trag pecata, Mojt'm Bijaše fistina zatvorena.

258.

1378. 15. marta. U Budimu. <Bude>.

Ljudevit, firafj ugarski i hrvatski, fcori Zadrane sto su navafifi na Movafju i nafaže im da dadu RaBfjanima u tom sporu punu za dovofjstinu,*

Lodouicus, dei gracia rex Vngarie, Polonie, Dalmacie etc. fide^ libus nostris nobilibus viris rectoribus et consilio ciuitatis nostre Ja^ drensis salutem et graciam. Pro parte fidelium nostrorum comitum et iudicum et tocius vniuersitatis ciuitatis nostre Arbensis querelam percepimus continentem, quod vos potenter manu armata inuasistis seu inuadi fecistis villam ipsorum vocatam Neualia, quam expoliastis uel

[1] pisano remisscere.

expoliari fecistis bene mille animafibus, quod non modicum maiestati nostre displicuit. Quare vobis per presentes mandamus et precipimus, quatenus mox visis presentibus dicta animalia eisdem Arbensibus cum integritate restituatis taliter eisdem pro eorum iniuriis, dampnis et ex* pensis satisfacientes, quod idem vlterius querelam nobis de premissis non exponant,- alioquin eisdem de remedio prouidebimus optimo.

Datum Bude, sequenti die post dominicam reminiscere, anno do^ mini MCCC⁰ LXX octauo.

Izvornifi na papiru u guBern. arfiivu u Zadru (ođio famifije Ponti a /3?<$.J
Na fistini na pravoj strani vide se odfomci pritisnuta mafena pečata u cr venom vosfiui*

259.

1378. 27. marta. U Budimu. <Bude>.

Ljudevit Rrafj ugarsfa' i firvatsfii odgađa pravdu između kaptofa i građana zagreSačRih.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fU delibus suis iudici, iuratis et universis civibus civitatis Grecensis, sa* lutem et graciam. Licet magnificus vir comes Jacobus de Scepus, curie et universarum civitatum nostrarum iudex, causam inter vos ab una et venerabilem in Christo patrem dominum Demetrium episcopum Za* grabiensem, aule nostre cancellarium, et capitulum suum Zagrabiense parte ab altera vertentem, in octavis festi epiphaniarum domini pro^ xime preteritis in presenciam magnifici viri domini Petri Zudor, regni nostri Sclauonie bani, transmiserit, partibus octavas diei medte quadra« gesime, nunc venturas, coram eodem domino bano comparendi pro termino assignando. Tamen quia nos predictum dominum episcopum propter nonnullas nostras expediciones ad ipsas octavas diei medie qua* dragesime illic transmittere non valemus, ipsa autem causa prefatum cominum episcopum una cum dicto suo capitulo communiter tangere dignoscitur, ideo volumus, ut ipsa causa statu in eodem, in quo eadem per prescriptum comitem Jacobum in presencia memorati domini bani existit transmissa, in iam dictis octavis diei medie quadragesime in curia nostra in presencia eiusdem comitis Jacobi vel vices eiusdem in hidicatu gerentis, fine debito terminetur. Quocirca fidelitati vestre fir* mirer precipiendo mandamus, quatenus octavis in predictis coram pre- dicto comite Jacobo vel vices eiusdem in iudicatu gerente comparere debeatis causa in premissa, dictante iuris equitate, finem recepturi.

Datum Bude, tercio die festi annunciacionis beate virginis. Anno domini MCCCLXX octavo.

Originaf na papiru u arkivu grada ZagreBa, firafjev tajni pečat utisnut. Tčafčić Mon, civ. ZagraB. I 2682-69.

260.

1378. 30. marta. ***(U* Cazmi),**

Pred kaptofom čazmansfcim nagađaju se ImBor Ivanov, Akus Stje panov de Prodanyz i DominiH Stjepanov de Kamarcfia gfede dijefa posjeda Ofivrfi.*

Capituium Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presen* tibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in sa* lutis largitore. Ne memorie iniurietur obliuio et res clara presentibus obstrux reddatur futuris sagax humane nature discretio adinuenit, vt scripturarum patrocinio communiretur perpetuo duratura. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Imbor filio Johannis de Olywerch et Pethew filio Pauli de Malykouch, verbc et in persona magistri Akus filii condam magistri Stephani de Prodanyz cum procuratoriis litteris nobilis viri magistri Petri dicti Chyrke, viee* bani regni Sclauonie ac comitis Crisyensis, ab una, parte vero ab al^ tera Dominico filio Stephani de Kamarcha coram nobis personal ter conparentibus confessum extitit per eosdem Imbor et Pethew ministerio uiue vocis pariter et relatum, quod quia idem magister Akus eundem Imbor pretextu porcionis possessionarie sue in eadem Olywerch habite judicialiter *in* causam attraxisset eundemque quamplurimorum judicorjm grauaminibus ni<m)ium onerasset, ideo prefatus Imbor rectam et equa* lem dimidietatem predicte porcionis sue possessionarie in predictis pos^essionibus Olywerch existentibus habite, ipsum hereditario jure contingentem, cum loco curie seu sessione equali sessionis sue, necnon cum aliis sessionibus, iobagionibus, terris arabilibus cultis et incultis, vineis, fenetis, pratis, siluis nemoribus, aquis, aquarumque decursibus et aliis vtilitatibus vtilitatumque integritatibus cuiusuis nominis voca^ bulo vocitatis ad eandem dimidietatem spectantibus sub metis et terminis eiusdem antiquis cum omni plenitudine sui juris per composicU onem proborum et nobilium virorum, pacis zelatorum, inter eos con^ ponencium ad tranquille pacis et concordie deueniendo vnionem **in**

expedicionem suam plenariam et satisfaccionem, qua idem magister Akus contentus extitisset, eidem magistro Akus propter bonum pacis donasset et contuh'sset, Quam dimidietatem modo quo supra sibi cum premissis vtiiitatibus annutam prefatus magister Akus consideratis fide^ litatibus fideliumque obsequiorum meritis Dominici predicti, quibus idem sibi continue studuisset indefesse conplacere, eidem Dominico fraternaliter donasset et contulisset, ymmo ex nunc ex relacione prefati Pe* thew sui procuratoris et ipsius Imbor donauit, contulit et perpetuauit coram nobis in fiiios filiorum et heredes per heredum possidendam, tenendam pariter et habendam cuique donacioni idem Imbor consensum prebuitbeniuolum pariter et assensum, eo modo, vt si eundem Dominicum fratrem adoptiuum ac sororium ipsius Imbor absque heredum solacio ab hac fuce decedere contingerit, quod absit, extunc eadem dimidie^ tas ad proprietatem eiusdem Imbor deuoiuetur pleno jure absque sub^ terfugio aliquaii/ si autem prefatum Imbor modo quo supra absque prole viam vniuerse carnis ingredire contingerit, tum eadem residua dimidietas sua possessionaria pro nunc pro se reseruata in proprietatem ipsius Dominici suro<gare> debebit jure prenotaro, prout iidem Imboret Dominicus sibi inuicem beniuole spoponderunt coram nobis vniuersas litteras causales inter eosdem magistrum Akus et Imbor vbicunque et quomodolibet hucusque emanatas cassas, friuolas et inanes suisque exhibitoribus vbique nocituras et vnquam in lucem proferendas (c)ommitentes partes prenotate vi presencium mediante. In cuius rei memo* riam firmitatemque perpetuam presentibus sigiilum nostrum duximus appendendum, Datum feria tercia proxima ante dominicam judica, anno domini millesimo CCC^{mo} septuagesimo octauo.

Izvomifi na pergameni u arfavu $ugosfav. a6ađ. hla crvenoj svifenoj vrpci visio je pečat.

261.

1378. 1. aprila. *(U* Križevcima).

Pred podBanom Petrom Cirfie prodaje Pavao Benediktov pofovicu svoga vinograda £>uri HedriBovom za osam maraBa uz usfov da Rupac njemu i njegovim nasfjednicima za vrijeme BerBe daje tri caBra vina i jedan dar.

Nos Petrus Chyrke vicebanus et comes Crisyensis ac iudices nobilium de eodem, memorie commendamus, quod Paulus fiiius Bene-

dicti, iobagio magistri Stephani filii condam Nicolai bani de Lindua, in Premecheuch residens, ab vna, item Georgius filius Hedrici de My^ ietynch parte ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Paulus confessus est viua voce in hunc modum: quod ipse medietatem cuius* dam vinee, porcionem videlicet suam in territorio possessionis Blasii filii Luben Globochkagora vocate existentts inter vineas Iwan filii Fa^ biani de Dragech, fratris ipsius Pauli, habitam, pro octo marcis dena^ riorum, vt dixit, ab eodem Georgio receptis perpetuo et irreuocabiliter vendidisset et tradidisset, ymo vendidit et tradidit Georgio supradicto nostri in presentia, eo modo, vt idem Georgius tempore vindemiacionis singulis annis prefato Blasio et suis successoribus tres cubulos vini et vnum munus dare et soluere tenebitur. Hoc eciam adiecto, quod pre^ fatus Blasius coram nobis personaliter adherens prefatum Georgium et suos heredes pretextu medietatis dicte vinee contra quoslibet inpetitores expedire assumpsit Datum Crisii, feria quinta proxima ante dominicam iudica, anno domini M^mo^ CCC^mo^ LXX^mo^ octauo.

Izvornifi na papiru u ugar. cfrz. arfiivu u BPesti. M^O=>D=L. 34378- Stara signatura: Acta cfaustri Pauf. Lepogfavensis fasc. I. W. 4,

Na hrptu fistine Bifa su pritisnuta jedan veci i tri manja okrugfa pečata.

262.

1378. 8. aprila. U Višegradu. <In Vysegrad).

SahoB de Scepus Hrafjeu sudac urice ročište za pravdu izmedu ftaptofa i Zagrepčana,

Nos comes Jacobus de Scepus, iudcx curie et universarum civU tatum domini Lodouici, dei gracia regis Hungarie, damus pro me= moria, quod causam quam dominus Demetrius episcopus ecclesie Za^ grabiensis, pro quo dominus Jacobus archidiaconus cum procuratoriis litteris eiusdem astitit contra iudicem, iuratos et universos cives Gre= chenses, ex quibus Laurencius, Georgius et Anthonius iurati pro se personaliter et pro aliis predictis cum procuratoriis litteris eiusdem civitatis comparuerunt super factis possessionariis et potencie in oc^ tavis diei medii quadragesime coram Petro Zudar, regni Sclauonie bano, secundum continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum, transmissionem presentis cause in presenciam eiusdem bani de regio mandato ad easdem octavas per nos factam denotancium movere ha* bebant, quia littere dicti domini nostri regis, secreto sigillo suo consi=

gnate Bude^ tercio die annunciationis beate virginis proxime preteriti emanate, eisdemque iudici, iuratis et civibus in eo, ut quia idem dominus noster rex venerabifem patrem dominum Demetrium episcopum Zagrabiensem propter suas regias expediciones ad dictas octavas illic transmittere non valleret, et ob hoc idem dominus noster rex voluisset, ut eadem causa in dictis octavis diei medie quadragesime in curia sua regia in nostra presencia terminaretur. Ipsi vero iudex, iurati et cives octavis in eisdem coram nobis causa in premissa finem recepturi com^ parere deberent directe, per anotatum procuratorem dicti domini epis^ copi nobis exhibebantur,- prescripte autem partes eandem causam ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas per nos differri po^ stulabant, pro eo ad easdem octavas sancti Jacobi duximus prorogari. Voluerunt eciam eedem partes, ut dicti iudex, iurati et cives ipsam causam ab eisdem octavis nec litteris regalibus, nec reginalibus vet racione exercitus neque aliqua alia quavis cautela adinventa ulterius possint prorogari. Datum in Vysegrad, octavo die termini prenotatu Anno domini MCCCLXX octavo.

Originaf na papiru u arfiivu fjugosf akademije.
Tkafčić Mon. civ. ZagraB. I. 269~27o.

263.

1378. 10. aprila. U Zadru <Jadre>.

Marfio PriBisfavov težafi daruje svojoj nećaRinji vinograd u Lukoranu.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, indiccione prima, die decimo mensis: aprilis/ regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hungarie, Polonie et Dalmacie temporeque reuerendi patris et domini domini Petri de Matafaris, dei et sedis apostolice gracia archiepiscopi Iadrensis ac egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, ciuitatis Iadre comitis. Marcus capator de Fornaxia condam Pribisfaui, qui habitat in Luchorano, per se suosque heredes et successores titulio et nomine pure, mere, libere et inreuochabilis donacionis ex causa mortis, que reuocari non possit ali* qua ingratitudine uel offensa magna uel parua nec ob id, quod sit in* mensa donatio uel quod non sit actis legiptime insinuata coram pre^ side uel pretore,- renuncians sponte et per pactum super hoc dictus

donator legibus, codice de donacionibus, si quis argentum et si quis quod
redempcione et legi vltime de reuocandis donacionibus cum suis simi^
libus ex imensis muneribus, sericiis<!> et famulacionibus cottidie habitis
et humiliter exhibitis eidem donatori die notuque<!> per Butcham neptem
dicti donatoris et filiam condam Radichi habitatoris Iadre dedit et do-
nauit ipsi Butche et suis heredibus et successoribus post mortem ipsius
Jonatoris: et primo sua capita vituum gognais quinque uel circa, que
habet super terreno heredum condam Iacobi militis de Tosono in Lucho-
rano in contrata vocata Corosceuica,- quibus hii sunt confines ut dixe*
runt: de trauersa terra Nicole Bratoieuich, de quirina, de austro et de
borea terratici dictorum heredum condam dicti domini Iacobi militis et
forte a!ii sunt sibi confines, saluis semper et reseruatis iuribus omnibus
dictorum heredum condam dicti domini Iacobi, que ipsi heredes habent
in dominio et proprietate sui terreni, et in ipsis capitibus vituum an^
nuatim pro suo terratico videlicet in quarta parte omnium frugum danda
annuatim ipsis heredibus ad marinam in Parcha,- item vnum suum
ortum iure proprii vnius gognai cum dimidio terre uel circa cum dua^
bus domibus copertis de paleis positis in Luchorano, cui hii sunt con-
fmes ut dixerunt: de trauersa partim Yuanes Saltonich et partim Peter
Saltonich, de quirina Nicola condam Radosclaui, de austro via publica
et de borea Yuanes Saltonich et forte ipsi orto alii sunt sibi confines
veriores, ad habendum, tenendum et possidendum post mortem dicti
donatoris et quicquid ipsi Butche uel suis heredibus et successoribus
de ipsis capitibus vituum, saluis semper iuribus dictorum heredum, et
<Ie dicto orlo iure proprii post mortem semper dicti donatoris, melius
placuerit faciendum sine contradictione alicuius persone huius mundi,
cum omni accessu, ingressu, introytu et exitu suo, viis, seruitutibus,
fossatis, moceriis <!>, aqueductibus, adiacenciis et pertinenciis suis,- dans
et concedens dictus donator ex nunc post eius morem per se et suos
heredes et successores ipsi Butche et suis heredibus et successoribus
omnia sua iura omnesque actiones et raciones reales et personales,
vtilles et directas, tacitas et expressas atque mixtas, que uel quas et
qualia dictus donator in presenti habet uel habere uidebatur, poterat et
posset in ipsis capitibus vituum in dicto orto aduersus quascumque
personas huius mundi/ constituens dictus donator post eius mortem
dictam Butcham in ipsis capitibus vituum et dicto orto procuratorem,
ut in rem suam et ponens eam in locum suum, ac ecciam licenciam
et parabolam ex nunc post eius mortem intrandi et aprehendendi tenu^
tam et corporalem possessionem de ipsis capitibus vituum et dicto orto,-
.dicens et asserens dictus donator se nemini dedisse, cessisse, tradtdisse,

vendidisse, donasse seu aliquo alio modo obnoxiasse iura et actiones in ipsis capitibus vituum et orto suprascripto in toto uel in parte, nisi nunc dicte Butche, ut superius dictum est/ quod si aliter fore factum esse reperiretur, promixit quoque dictus donator stipulatione solepni per se et suos heredes et successores ipsi Butche ipsam Butcham et suos heredes et successores indepnes liberare et excalumpniare omnibus suis expensis sub pena quarti, qua soluta uel non, nichilominus contractus iste suam semper obtineat roboris firmitatem/ et cum refectione omnium damnorum, interesse et expensarum litis et extra et cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, Quam quidem donationem cum omnibus et singulis in ea contentis promisit quoque dictus donator stipulatione solepni per se et suos heredes et succes* sores ipsi Butche semper firmam, ratam et gratam habere et tenere ac actendere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua racione uel causa, modo uel ingenio, de iure uel de facto sub pena et obligacione predictis,- et pro predictis omnibus et singulis melius acten^ tendis et obseruandis sponte et per pactum dictus donator obligauit se *suosque* heredes et successores et omnia sua bona presencia et futura penes dictam Butcham et suos heredes et successores, et ad conueniendum tam realiter quam personaliter, semel et pluries usque ad plenariam et condignam satisfactionem omnium predictorum Iadre et vbique locorum et terrarum et omni tempore. Actum Iadre iuxta logiam magnam com^ munis, presentibus magistro Ioanne chalegario condam Radosclaui et Volchichio Dragoieuich de familia, ambofus habitatoribus Iadre, testi^ bus vocatis, rogatis et alliis. Ego Federicus Grissogoni de Grissogonis iudex examinator me subscripsi.

Ego Petrus dictus Perencanus condam domini Aconis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et communis Iadre notarius iura^ tus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

Izuornifc na pergameni u arBivu $ugosfavensfce akađemije u ZagreSu.,- Df pfomata a. 1378.*

264.

1378. 21. aprila. U Trogiru <Tragurii>.

PodsaSiracpapinske desetine prima od svecenstva spfjetskoga 6o dufiata u ime desetine.

Nouerint uniuersi et singuli presentes pariterque futuri, quod nos Matheus, primizerius ecclesie Traguriensis, subcollector et commis^ sarius camere apostolice in prouinciis Spalatensi et Ragusina institutus per uenerabilem patrem dominum fratrem Bernardum, dei et apostolice sedis gratia abbatem sancti Nicolay in litore Veneciarum, nuncium

dicte sedis et in certis Italie partibus, insula Cretensi et partibus Ro* manie, nec non Jadrensi, Spalatensi, Ragusina, Antibarensi et afiis DaU matie et Sclauonie partibus collectorem generalem specialiter deputatum, prout in litteris dicti domini abbatis collectoris euidenter apparet, ad Ieuandum et recipiendum decimam bienalem impositam per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Gregorium, divina prouidencia papam undecimum, in duobus terminis persoluendam, uide* lizet in augusti preteriti et in februarij inmediate secuturi kalendis, se^ cundum quod in apostolico mandato clarius continetur, fatemur habu^ isse et recepisse a uenerabili et discreto uiro domino Nicolao Longino, canonico Spalatensi, syndico et procuratore reuerendissimi in Christo fratris et domini domini Hugolini, eadem gratia archiepiscopi, et eius totius capituli ac cleri sue ciuitatis et diocesis pro integra solucione secundi anni et secundi termini dicte decime bienalis sexaginta ducatos auri boni et iusti ponderis. De quibus quidem sexaginta ducatis datis nomine camere apostolice prefatum dominum Hugolinum archiepiscopum ac eius clerum nomine camere predicte absoluimus et quietamus per presentes a suspensione, excomunicationis et interdicti sententiis, si quas ob retardacionem solutionis predictorum sexaginta ducatorum incurrerit, eadem auctoritate absoluimus ac interdictum, si quod in eius Spalatensi ecclesia predicta ratione premissorum fuerit appositum tenore presencium ammouemus, secum super irregularitate, si quam contraxerit in* terea sic ligatus se inmiscendo diuinis, non tamen in contemptum cla= uium, eadem auctoritate misericorditer dispensantes. In cuius rei tesn> monium et ad fidem premissorum presentibus iussimus nostrum sigillum in pendenti apponi. Datum Tragurii, die vigessimo primo menssis aprilis, anno domini millessimo trecentessimo septuagesimo octauo, indictione prima, uacante Romana ecclesia pastore, ut fertur, per obitum felicis recordacionis domini Gregorij pape undecimi,

lzvornik na pergam. u ark. kaptofa u Spffetu (XVI. 1. 11). Vide se veze od pergatn. za pečat 6ojije otpao,

265.

1378. 24. aprila. II Zadru <Jadre>.

Upravitefji ostavine po£ Ivana Grizogona dafi su putem dražBe u zaRup cfva sefa iste ostavine Marinu MiBinom de Ginano i dru govima na dvije godine uz zafiupninu od 15oo fiBra godišnje; po* tvrduju da su vrhu 15oo fiBra primfjenif) za prvu godinu pofožifi račun Andriji sinu ostavitefja,*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, indictione prima, die uigesimo quarto

mensis aprilis/ regnante serenissimo principe et domino nostro natu^ rale domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hungarie, Polonie et Dalmacie,- temporeque reuerendi patris et domini domini Petri de Ma^ tafaris, dei et sancte sedis apostolice gracia archiepiscopo <·> Jadriensi <·>, egregii et potentis viri domini Raphaelis de Surdis de Placencia, ciui* tatis Jadre comitis. Cum per nobilem dominam Colicam relictam con^ dam ser Laurencii de Bogde et virum nobilem ser Grixogonum condam ser Andree Federici de Grixogonis, ambos ut commissarios condam strenui militis domini Johannis de Grixogonis, ciuis Jadriensis, date, locate et affictate fuissent viris nobilibus ser Marino condam ser Miche de Ginano, ser Madio condam ser Nicolai Galeb et ser Bartolo con^ dam ser Martini de Milano, omnibus ciuibus Jadrensibus, due vile dicte comissarie et que condam fuerunt dicti domini Johannis militis de Grixigonis vocate Crosienice et Cerane pro incantu pro duobus annis pro libris mille et quindecim denariorum paruorum anno quo* libet ut dixerunt/ et quia dicti comissarii dixerunt recepisse a dictis conductoribus dictarum duarum villarum pro affictu earum. dicti primi anni libras m<ilie> et quindecim paruorum, ut dixerunt, de quibus libras mille et quindecim paruorum/ de dicto affictu dictarum duarum* viU larum pro <dicto> primo anno affictationis earum dicti domina Cclica et ser Grixogonus, comissarii condam dicti domini Johannis militis, cla<ram> et apertam racionem ostenderunt et demonstrauerunt Andre condam dicti domini Johannis militis expenditis <·> fore et esse ratio- nabilker in debitis et legatis dicte comissarie et aliis expensis factis per dicros comissarios in vtilitate et pro vtilitate heredum condam dicti domini Johannis per scripturas obtenticas <·> et quaternum legiptimum et ordinatutn,- de quibus expensis per dictos comissarios factis de ipsis libris mille et quindecim paruorum pro affictu dictarum villarum dicti primi anni idem Andreas, ut homo sui iuris, ut dixit, fuit tacitus et contentus et eas omnes acceptauit et ipsas omnes veras esse et fore dixit et illas conuersas esse in vtilitate et pro vtilitate iam dicte co- misarie, quam ipsius Andree et Doymi fratris sui ut heredum condam dicti domini Johannis et nichif in vtilitate de ipsis libris mille et quin* decim paruorum conuersum esse et fore dictorum comissariorum, de qua chalchulatione rationis dictarum librarum mifle et quindecim paruo- rum per dictos comissarios ipsi Andree ordinate os. . . . Andreas solempni stipulatione promixit et se obligauit prefactis comissariis sti* pulantibus pro se et suis heredibus et successoribus quod, quando^ cumque expedierit ipsi Doymo fratri suo claram et apertam ratU onem facere et demonstrare de pre<dictis> omnibus et ipsos comis^

sarios et suos heredes et successores ac bona sua omnia excalumpniare, liberare et conseruare a dictis omnibus sub pena quarti, qua sofuta vel non, nichilominus contractus iste suam semper obtineat roboris firmitatem et cum reffectione omnium damnorum, interesse et expensarum litis et extra, et cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum. Et pro predictis omnibus et singulis melius actendendis et obseruandis sponte et per pactum dictus Andreas obligavit se suosque heredes et successores et omnia sua bona presencia et futura penes dictos comissarios et suos heredes et successores et ad conueniendum tam realiter quam personaliter et pluries usque ad plenariam et condignam satisfationem omnium predictorum Jadre et ubique locorum et terrarum et omni tempore. Et voluerunt dicti comissarii, ut de predictis omnibus ego notarius infrascriptus duo debeam publica conficere instrumenta insimul consonancia et ipsorum cuilibet vnum exibere. Actum Jadre in confinio sancte Marie de Bongaldo in domo habitationis dicte domine Cholice, presentibus ser Chosa condam ser Mathei de Begna et Damiano cimatore condam ser Qanini de Chalcena, ambobus ciuibus Jadrlensibus, testibus vocatis, rogatis et aliis. Ego Zaninus Galelus . . . Cose de Prode iudex examinator manum missi.

(Sig. not.J Ego Petrus dictus Perencanus condam domini Agonis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et comunis Jadre notarius iuratus, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

Izvornik na perg. u ark. grof. Begna u Posedarju: P. no 134.

266.

1378. 26. aprila. <Kod sv. Ireneja u Srijemu).

Kaptof srijemski prepisuje svoje otvoreno pismo od god 1328, 24. juna (Cod, dipf. IX. 4olJ Hao privifegij.

A B C

<V>niuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis presentibus videiicet <et) futuris capitulum ecclesie sancti Irenei m<arty)ris salutem in omnium saluatore. Quoniam ea, que aguntur in tempore ne cum eodem labantur, prouida adinuenit discrecio litterarum patrocinio solidari. Proinde ad vniuersorum noticiam presencium et futurorum harum serie litterarum volumus peruenire, quod magister Nicolaus filius Andre de Bazakuz exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes petens nos humili cum instancia, ut nos easdem in formam nostri priuilegii redigy facere dignaremur, Quarum tenor talis cst:

CSfijedi fistina istoga Haptofa od god. 1328. 24. junaj,

Nos igitur peticionibus prefati magistri Nicolai dignis et iustis diligenter aquiesscentes predictas litteras nostras non abrasas nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum presentibus Iitteris nostris priuilegialibus pendentis sigilli nostri munimine roboratis alphabeto inter^ cisis inseri fecimus et transcribi. Datum tertio die festi beati Georgii martyris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{fflo} octauo/ discretis viris Paulo preposito, Petro cantore, Gregorio custode, Demetrio de Belyen ac Ladislao de Abana, archydiaconis, item magistris Thoma et Sebastiano ceterisque canonicis in eadem ecclesia deo iugiter famulantibus et devote,

Izvomifi na pergam. u Bihfioteci ttarod. muzeja u Budimpesti a, 1378. (Bivša zhirfta Jjanfiovicevaj.

Na fistini visi svifena vrpca crvene i zefene Bojej pečata vise nema. Listina je osim toga intercisa s donjim dijefovima sfova.

Po istom izvoru s mnogo zamašnih pogrfešafia:

Tejer: Codex Dipf. Hung. T IX. v. VII. p. 611-614.

267.

1378. 6. maja. U Krku <Vegle>.

Komisari ostavine iza Dominike de MircBanogna daruju samostanu MafoBraćana vinograd u sv. BarBari uz usfov da čitaju jednu misu godišnje za upoRoj njezine duše,

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem 1378,, indic^ tione prima, mensis madij die sexta intrante, Vegle in via publica apud domum Michaelis dicti Clanne coram domino Sphinella, comunis Vegle iudice, filio quondam iudicis Viti, presentibus presbytero Dominico quondam Menchi de Vegla atque dicto Michaele Clanne, et alliis ad hec convocatis specialiter testibus et rogatis. Ibique Franciscus filius quon^ dam Dominici de Ponte, Bianca quondam Pauli de Bescha et Maria filia quondam Zanni Ragusi, tanquam procuratores et comissarij Do* minice de Mirchanogna dederunt, tradiderunt et donaverunt libere, pure, simpliciter et irrevocabiliter inter vivos, iure et nomine procuratorio in perpetuum Mincello Caristia, sicut procuratori conventus fratrum Mi^ norum de Vegfa stipulanti et recipienti iure et nomine totius dicti loci et pro eo unam vineam in contrada sancte Barbare positam apud vineam Dominici dicti Trentacoste et apud vineam quondam Jacofani, ut ibi dicebatur, et si qui alij sui forent confines, ad habendum, te* nendum, gaudendum, possidendum et quidquid fratribus dicti focL

deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis iuribus, proprietatibus et pertinentiis suis omnique iure suo proprio et cum acces^ sibus et regressibus suis usque in viam publicam, ac ejus nomine, se dictam vineam constituerunt possidere donec ex ea posscssionem acceperit corporalem, quam accipiendi auctoritate, qua supra, et retinendi eidem amodo licentiam dederunt omnimodanv promittentes supradicti comissarii ipsi Mincello recipienti et stipulanti loco et nomine supradicti loci, et pro eo, ejusmodi donationem et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere arque tenere et per se vel alios non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa sive ingenio, de iure vel facto, nec ipsam donationem ex ingratitudine vel causa aliqua revocare, sed eam ab omni persona legitime defendere et exsca^ lumniare, sub pena solidorum decem denariorum Venetorum grossorum et refectione omnium damnorum et expensarum ac interesse litis et extra et obligatione omnium bonorum suorum, dicte scilicet Dominice testatricis, perpetuum ac firmum/ qua pena soluta vel non, presens contractus semper firmus exstat. Et hoc ideo, ut fratres, qui pro rem^ pore fuerint, semper teneantur et debeant annuatim die 3a exeuntis mensis februarij unam missam cantatam celebrare pro anima quondam dicte Dominice testatricis.

(Sig. not.J. Ego Joannes filius quondam Petri de Rotunda, Ve^ glensis cancellarius et imperiali auctoritate notarius, hijs inrerfui omnibus et rogatus scripsi, publicavi et corroboravi.

Iz zBornifca Bartofi u samostanu MafoBracana u Kr&tt p, 2IJ2. Starina JCJC. 13. Crnčić priopćio samo ufomak.

268.

1378. 8. maja. U Višegradu. <In Vissegrad).

Sudac kr, kurije odgdđa parnicu između Dionizija od Lucenca t pfemića Sekufe.

Nos comes Iacobus de Scepus iudex curie et vniuersarum ciuU tatum domini Lodouici dei gracia regis Hungarie damus pro memoria, quod causam, quam magister Dionisius[1]) filius Stephani condam bani de Lochonch, pro quo Paulus filius Iohannis cum procuratoriis litteris-conuentus de Saag astitit contra Nicolaum filium Nicolai, Dala filium Dala de Dohy a.c Nicolam filium Michaelis de eadem, Mych<aelemX

*> 2 puta.

Moncho et Nicolaum filios lohannis de Hangon, Johannem fifium Luka de Iakusynch et Briccium filium Iohannis de Belinch, pro quibus lo^ hannes dictus Bench cum procuratoriis litteris capituli ecclesie sancti Irynei martiris comparuit, iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum in octauis festi beati Georgii martiris mouere habebant coram nobis de parcium voluntate ad octauas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Vissegrad octauo *die* termini prenotati, anno domini MCCC^{mo} LXX^{mo} octavo.

Izvana: Pro magistro Dionisio filio Stephani condam bani de Lochonch contra Mychaelem, Moncho et Nicolaum filios Iohannis de Hongon <> et alios int<ra)scriptos ad octauas festi beati Mychaelis archangeli prorogatorja.

SuđačHe primjetBe: s<oiuit> a<ttractus>. — Pro a<ttracto> vt intra ad octauas diei medii XLme vna s<cribatur>.

Izvornifi na papiru. (Stara sign.: adarcSivium Ke'66oy nro 41). — Na Jjrptu vidi se trag pritisnuta pečata kojim Bijaše fistina zatvorena.

296.

1378. 19- maja, U Zagrebu. <Zagrabie>.

Petar Zudar Ban županu i sucima zupanife friževacfe nafaze cfa ispitaju nedjefa Dujma sfužBenifca daptofskoga proti građanima zag'reBačfiim,

Petrus Zudar, regni Sclauonie banus, nobilibus viris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Crisiensis, dileccionem cum salute, Dicunt nobis iudex, iurati et universi cives montis Grechensis gravi et lamentabili cum querela, quod Duym officialis dominorum de capitulo Zagrabiensi de speciali precepto et mandato eorundem dominorum feria quinta proxima post festum sancti Stanizlai martiris proxime preteritum, manibus armatis et potenciariis, una cum suis complicibus, Perro!dum civem dictorum civium in publica strata seu via in territorio ipsius civitatis insidiando, dum idem Pertoldus hora quando ad ave Maria pulsaretur, per peticionem domini Johannis canonici Albensis ecclesie, prout idem Petro sacerdote, rectore ecclesie beate Margarethe virginis de suburbio Grechensi et magistro Petro filio Martini de Chechy, fide sua mediante, eadem suo modo affirmasset/ et qui, scilicet canonicus, prout peregrinus tunc in domo eiusdem Pertoldi

descendiset, pro apportando vino ad domum domine Jalsa vocate, so* roris eiusdem Pertoldi, similiter concivisse ipsorum civium, accessisset, repertum captivassent, captumque, wlneratum, spoliatum et enormiter per ipsum Duym verberatum, diris suis vinculis mancipasset, quem idem Duym in manibus, pedibus et collo distensum crudetiter tormen^ tando per modum crucis tenuisset et nunc teneret alligatum omni sua sine *culpa,* ipsum in *centum* florenis pactando/ lite tamen inter ipsos dominos de capitulo et cives pendente. Super quo vestram nobilitatem presentibus petimus diligenter, quatenus unum vel duos ex vobis trans^ mittatis, qui ab omnibus quibus decet et licet diligenter de premissis investigando, sciant et inquirant omnimodam veritatem, et post hec prout vobis exinde veritas constiterit domino nostro regi fideliter rescri^ batis. Datum Zagrabie, feria quarta proxima ante festum beate Elene regine. Anno domini MCCCLXX octavo.

Originafni izvJeŠtaj Petra Cirite župana 6riževač6oga u arBivit $ugosfav~ afiađemije.

Tftafčić; Mon. civ. ZagraS. I. 27o-~27.*

270.

1378. 24. maja. <U Senju).

Protiva, Bisfiup senjski, poHfanja uz privofu fiaptofa recfu Mafo Bracana crHvu sv. Ni/iofe izvan Senja na mjestu koje se zove Ru* menja vrata.*

Prothiua dei et apostolice sedis gracia episcopus Segniensis vna cum capitulo nostre ecclesie prelibate, videlicet Georgio archidiacono licet absente, pro quo idem dominus episcopus de rato promisit, Georgio dicto Casca archipresbitero, Matheo Borsich primicerio, pres^ biteris Georgio uocato Pomagachio, Iuancolo, Michouilo, Nicolao dicto Scriuugla, Bogdano Rasulacha, Radouano Luchachii, Radouano RadU enich, Mauro condam Pauli Scafnich nec *non* Vircicho, omnibus canonicis dicte ecclesie Segniensis, vniuersis et singufis quorum interest hoc nostrum presens priuilegium inspecturis salutem in domino fructu* osam. Vniuersitati vestre tenore presentis priuilegii ad perpetuam rei memoriam notum facimus et publice manifestum, quod religiosus ac multe sapientie vir frater Johanes de Sibenico, presbiter conuentus Ja* drensis ac vicarius ordinis fratrum Predicatorum in partibus Dalmatie et Duracii, simul cum honestis et religiosis viris fratribus eiusdem or~-

dinis, videlicet Thoma antiquiore de Jadra priore conuentus Nonensis,
Paulo de Vegla, Thoma juniore de Jadria et Jacobo de Jadria, die
vigesimo quarto mensis instantis may comparuerunt personaliter coram
nostra presentia uice et nomine suo et tocius ordinis fratrum in DaU
rnacia et Duracio ressidentium, dum essemus cum dicto capitulo con^
gregati in episcopali curia humiliter et <de>uote petentes et multipliciter
suplicantes nobis et dicto capitulo nostro, quatenus dignaremur sibi in
honorem omnipotentis dei et beati Dominici confessoris suique ordinis
exaltationem consentire, concedere, donare, tradere et exnunc imper-
petuum sibi conferre ecclesiam seu capellam nostram sancti Nicolai
confessoris et sub eius uocabulo dedicatam et situatam in dicta nostra
diocesi juxta ecclesiam apostolorum Phylippy et Jacobi extra portam
ciuitatis Segnie uocatam in ydiomate sclauico Rumegna urata idem est
porta sancti Jeronimi, quia apud eandem portam est dicta ecclesia
sancti Jeronimi, in dictorum fratrum et ordinis sancti Dominici perpetuam
ecclesiam ad hedificandum, constituendum, faciendum et diuino medi^
ante suffragio fundandum ibidem claustrum siue monasterium fratrum
ordinis prelibati. Nos autem moti precibus et deuotis petictonibus non
solum dictorum fratrum set <!) etiam serenissime domine nostre domine
Elizabet inclite regine Vngarie, nec non magnificorum dominorum Ste^
phani et Johanis comitum Vegle, Modrussie, Segnie etc. cum generoso
milite domino Andrea vicecomite Segnie, domino Thomasio vicario,
judicibus ac rectoribus, toto conscilio et comuni ciuitatis Segnie cultum
cupientes augere diuinum, quo mediante et bona temporalia possidemus
ac celestis escis indubie perfrui cum santis<!> dei petamus, omnes
vnanimiter et concorditer nemine disscrepante uice et nomine nostro
et successorum nostrorum damus, conferimus, tradimus atque donamus
ex nunc jure proprio et in perpetuum dicto vicario et fratribus vice et
nomine dicti ordinis recipientibus predictam capellam siue ecclesiam santi
Nicolai cum omnibus et singulis juribus, proprietatibus, comodis, vtilU
tatibus, pertinentiis, coherenciis et munificentiis, que et quas dicta
ecclesia habet uel habere dignoscitur aliquo modo, jure uel forma, et
que ipsi ecclesie et ad ipsam ecclesiam spectant uel spectare possunt
tam in spiritualibus quam in temporalibus per modum aliquem, qui dici
uel excogitari possit, non obstante, quod ista donatio et concessio sit
ac vertatur in dampnum dicte nostre ecclesie catedralis et capituli
nostri, sic tamen et sub hac condicionis forma, predicta omnia et sin^
gula fecimus, concessimus atque donauimus predicto vicario et fratribus
tam presentibus quam futuris ordinis supradicti, qnod predictus vicarius
€t prior seu fratres in dicta ecclesia constituti et in futurum perman»

suri ibidem teneantur et debeant nobis et successoribus nostris dicte nostre ecclesia atque capitulo nostro obedire et facere debitam reue* rentiam et honorem, sic et taliter prout sacrorum canonum instituta precipiunt atque mandant ipsis fratribus et per eos fieri et obseruari suo diocesi et capitulo et maxime prout continetur de verbo ad uerbum in Clemetina, quam propter clariorem et maiorem euidentiam et ad ipsorum omnium noticiam hic de uerbo ad uerbum inserimus. Cuius quidem Clementine tenor talis est per omnia : Bonifatius episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Super catedram preheminentie pastoraiis diuina dissponente clemencia constituti etsi multis et arduis, que in Romane curie afueum vndique confiuunt quasi correctores pregrauemur negociis, curis excitemur continuis, cogitatio^ nibus pfurimis disstrahamur, contra id tamen feruentibus uotis intendimus uocamus instancius ac operose solicitudinis studium impertimur, ut ad diuini nominis gloriam et exaltacionem catholice fidei et profectum fi^ delium animarum precisis radicitus dissidiorum uepribus et litigiorum anfractibus omnino subductis inter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis dominici deputatos ceterasque parochias, quas ordo ciericalis includtt, pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis estuet, inuale* scat concordie unitas, animorum idemptitas perseueret, sancsimus <|> enim et ex euidentia facti colligimus, quod non nisi pacis in tempore collitur pacis actor nec ignoramus, quod dissensiones et scandalla prauis ac-tibus <a>dditum preparant, rancores et odia susscitant, iilicitis moribus ausum prebent ab ofim, si quidem inrer prelatos et rectores *sea sacer** dotes ac clericos parochialium ecclesiarum per diuersas mundi prouin-cias constitutos ex vna parte Predicatorum et Minorum ordinum fratres ex altera pacis emulo satore zicanie procurante grauis et pericuiosa disscordia extitit susitata <|> super predicacionibus fideiium populorum faciendis, audiendis eorum confessionibus, penitentiis iniungendis eisdem et tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ec-ciesias siue loca noscuntur eiiigere sepulturam. Nos autem, qui patris more laudabili moleste ferentes incomoda filiorum redducentes <|> ad exacte consctderationis examen ac infra pectoris ciaustra solicite res^ soluentes, quam sit plena pericuiis, quam obmixta disspendiis, quamque in diuine mayestatis conspectu reddarur exosa discordia supradicta et preterea intendentes paterne solicitudinis studio ilia prorsus euellere ac omnimode submouere nullis umquam<!> futuris temporibus fauente domino suscitandam grandi quoque desiderio cupientes, ut huius ne^ gotium, quod potissime insidet cordi nostro finem salubrem celleriter per apostolice soiertie studium subseguatur dilligenti cum fratribus nostris

delliberacione prehabita super eo ad honorem dei et exaltacionem ca^
tholice fidei quietum statum partium predictarum ac salutem animarum
fidelium incrementum de ipsorum fratrum conscilio auctoritate aposto^
lica constituimus et etiam ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in
ecclesiis et locis eorum ac in plateis comunibus libere valeant clero
et populo predicare ac proponere verbum dei hora illa dumtaxat ex-
cepta, in qua prelati predicare uoluerint uei coram se facere solemp-
niter predicari, in qua- predicare cessabunt, preterquam si aliud de pre^
latorum ipsorum uoluntate processerit ac licentia speciali. In studiis
autem generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fiunt uel fieri so^
lent diebus illis, quibus predicari solempniter consueuit, ad funera mor^
tuorum et in festis specialibus seu pecculiaribus eorumdem fratrum
possint iidem fratres et liceat eis libere predicare, nisi forsan hora illa,
qua solet ad clerum in predictis locis proponi verbum dei episcopus
uel prelatus superior clerum ad se generaliter conuocans aut ex aliqua
ratione uel causa urgente clerum ipsum duceret congregandum. In ec=
ciesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant aut debeant
predicare uel proponere verbum dei, nisi fratres predicti a parochialibus
sacerdotibus inuitati fuerint uel uocati et de ipsorum beneplacito et
assensu seu petita licentia fuerit et optenta, nisi episcopus uel prelatus
superior per eosdem fratres predicari mandaret. Statuimus eciam et
ordinamus auctoritate predicta, ut in singulis ciuitatibus et diocesis
locis ipsis uicinis in quibus loca huiusmodi non habentur magistri prU
ores prouinciales Predicatorum aut eorum uicarii generales ac prouin-
ciales ministerii et custodes Minorum ordinum predictorum ordinum ad
presentiam prelatorum eorumdem locorum se conferant per se uel per
fratres, quos ad hec ydoneos fore deputauerint, humiliter petituri, ut
fratres, qui ad hec fuerint electi in eorum ciuitatibus et diocesi con-
fessiones subdttorum suorum confiteri sibi uolentium audire libere ua*
leant et huiusmodi confitentibus, prout secundum deum expedire cog^
nouerint penitencias imponere salutares atque eisdem beneficium abso^
lutionis impendere de licencia, gratia et beneplacito eorumden ac demum
prefati magistri priores prouinciales ministri ordinum predictorum elli*
gere studeant personas sufficientes ydoneas, uita probatas, disscretas,
modestas atque peritas ad tam salubreministerium et officium exequen*
dum, quas sic ab ipsis electas representet uel faciant presentari pre-
latis, ut de ipsorum licentia, gratia et beneplacito in ciuitatibus et dio^
cesi eorumdem huiusmodi persone electe confessiones confiteri sibi
uolentes audiant, imponant penitencias salutares, beneficium absolutionis
impendant, prout superius <es>t expressum extra ciuitates et dioceses in

quibus fuerint deputate per quas eas volumus et ncn per prouincias deputari confessiones nullatenus auditure. Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi exercendum officium esse debet prout vniversitas cleri et populi ac multitudo uel paucitas exigit eorumdem. Et si iidem prelati petita licentia confessionum huiusmodi audiendarum concesserint illam prefati magistri et ministri et afii, cum gratiarum re« cipiant actionem dicteque persone sic electe commissum sibi officium exequantur. Quod si forte iamdicti prelati quemquam ex huiusmodi fratribus presentatis eisdem ad huiusmodi officium nollent habere uel non ducerent admittendum, eo admoto uel subtracto loco ipsius simh liter eisdem presentandus prelatis alius possit et debeat subrogari. Si uero iidem prelati prefatis fratribus ad confessiones ut premittitur audi~ endas electo huiusmodi exhibere licentiam recusarint, nos ex nunc ipsis, ut confessiones confiteri sibi uolentium fibere liciteque audire ualeant et eisdem imponere penitentias salutares atque eisdem beneficium abso^ lutionis impertiri, gratiose concedimus de apostolice plenitudine pote^ statis, pro huiusmodi autem concessiones nequaquam intendimus per* sonis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis potestatem ad hec im* pendere ampliorem, quam in eo curatis seu parochialibus sacerdotibus est a jure concessa nisi forsam <> ecciesiarum eis prelati vberiorem in hac gratiam specialem duxerint faciendam. Huiusmodi quoque statuto et ordinationibus nostris adicimus, ut fratres dictorum ordinum *in* ec^ clesiis uel locis eorum ubilibet constitutis liberam sequitur <> habeant sepuituram, videlicet quod omnes ad eam recipere valleant, qui sepeliri ellegerint in locis uel ecclesiis memoratis, verum ne parochiales ecclesie et ipsarum curati siue rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sa* cramenta, qui ut noscitur de jure competere, predicare seu proponere verbum dei, confessionem audire, fidelium debitis et necessariis bene* ficiis deffraudentur cum operariis mercedis exhibicio debeatur auctori* tate apostolica constituimus et ordinamus eadem, ut dictorum ordinum fratres de obuencionibus omnibus tam de funeralibus quam de quibus-cumque et quocumque relictis distincte uel non distincte ad quoscumque certos uel determinatos vsus, de quibus etiam quarta siue canonica portio dari siue exhigi non consueuit uel non debetur de jure nec non de datis uel qualitercumque donatis in morte seu mortis articulo in in* firmitate donantis seu dantis de qua decesserit quocumque directe uel indirecte fratribus ipsis uel aliis pro eisdem quartam partem quam auc^ torltate apostolica taxamus et eciam limitamus parochialibus sacerdo^ tibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur fac*

turi et curaturi, quod et alii nec aliis a quibus quarta huiusmodi mi* nime debetur ad ipsorum fratrum hutilitatem uel commodum huius^ modi fiant relicta aut in eis data taliter uel donata procedant seu quod in morte vel ab infirmis huiusmodi donandum fratribus ipsis existerent in eorumdem donantium sanitate sibi dari uel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare, vt si quod absit per fratres ipsos dolo, fraude quicquam in hac parte agi fo<r>tasse constiterit preter id, quod eos propterea dictis sacerdotibus ac curatis teneri uolumus etiam districta ratione extremi judicii ex animo requiratur ab eis vltra portionem autem huiusmodi nil ualeat <!> parochiales rectores, curati et prelati exigere supradicti neque in illis amplius dicri fratres impendere sint astricri neque ad id a quoquam possint aliqualiter coherceri. Nos etenim ut in cunctis equaliter et pacifice fauente domino procedatur vniuersa premissa, gratias verbo uel scripto sub quacunque forma seu expressione vel conceptione verborum a nobis uel a predecessoribus nostris Romanis pontificibus cuicumque ordinum predictorum concessa nec non consuetudines, conuentiones, statuta et pacta, in quantum sunt premissis uei alicui premissorum contraria, penitus reuocamus, vacuamus, cassamus et irritamus, quin ymmo cassa, vacua et irrita nunciamus et nullius prorsus . . . . . . firmitatis. . . . . vniuersos ecclesiarum prelatos, cuiuscumque pre* heminentie, status uel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales et curatos siue rectores predictos presentium tenore rogamus et ortamur accento nichilominus quam distincte precipiendo mandamus, quatenus pro diuina et apostolice sedis reuerencia predictos ordines et profes* sores eorum habentes affectu beniuolo commendatos fratribus ipsisnonse difficiles, graues, duros aut asperos, set pocius fauorabiles, propicios ac benignos piaque munificencia liberales se studeant exhibere, sic eos in predicationis officio et propositionibus verbi dei ac *in* aliis omnibus supradictis tamquam cohoperatores eorum ydoneos et laborum suorum participes prompta benignitate recipere ac affectuose admittere non obmittant, vt proinde illius eterne beatitudinis premium augeatur et animarum salutis incrementa felicia procurentur, nec ipsos lateat, quod si secus agi ab eis fortasse contigerit in hac parte et apostolice sedis benignitas, que ordines et professores eorumdem verbi fauore prosequitur et gerit in visceribus cariratis, contra eos non inmerito turbaretur nec eadem equanimiter pati posset, quin super hoc provisionis optime re^ medium adhiberet ipsosque nichilominus celestis indignatio principis digna pro meritis resspondentis, cuius obsequia fratrum ipsorum sedu^ litas curiosa prosequitur, minime preteriret.

Unde dictus vicarius pro se et uice ac nomine dictorum fratrum ac tocius ordinis supradicti jurauit super sua fide et conscientia in verbo ueritatis ponendo manum super capud <!> et pectus suum, quod predicta omnia et singula ipse et omnes fratres dicti ordinis ibidem permanentes et in futurum permansuri fideliter et sine fraude facient, obseruabunt et adimplebunt vniuersis futuris temporibus et imperpe* tuum. Quibus stc peractis dictus dominus episcopus Segniensis vna cum supradictis prelatis, canonicis et capitulo suo ipsum vicarium cum prenominatis fratribus suis in predictam ecclesiam introducxerunt <!>, posuerunt et statuerunt in pacifica possessione et corporali tenuta ec* clesie prelibate cum solempnitate processionis sue persone et cleri ac populi ciuitatis Segnie solempniter sibi nomine tocius ordinis dando et conferendo tenutam et corporalem possessionem eiusdem ecclesie ut jam dictum est, mandantes michi Nicolao notario, quatenus de pre* dictis omnibus et singulis faciam duo publica et consona instrumenta dando cuilibet parti unum etc.

Actum et publicatum fuit hoc presens priuilegium in episcopali curia, temporibus domini Lodouict, dei gratia serenissimi regis Vngarie, venerabilis in Christo patris et domini domini fratris Prothiue, eadem gratia episcopi Segniensis prelibati, magnificorumque virorum dominorum Stephani et Johanis Vegle, Modrusse, Gecche ac Vinodolli comitum necnon Segnie dominorum riaturalium, generosi militis domini Andree vicecomitis, Moysis, Georgii et Johanis judicum Segnie, presentibus reuerendo patre et domino domino fratre Johane, dei gratia Antibarensi et Cessariensi archiepiscopo, domino Andrea vicecomite, domino Tho^ masio vicario supradictis, ser Francisco, condam ser Nicolai patricii de Veneciis, ciue et mercatore Segnie, testibus ad hec uocatis et ro^ gatis. Et ad maiorem cautellam hoc presens priuillegium duxerunt ac voluerunt corroborandum jure munimine sigillorum pendentium dicti domini episcopi Segniensis, predicti capituli ac dictt vicarii nec non comunis Segnie etc. Sub annis a natiuitate domini millesimo trecen^ tessimo septuagesimo octauo, indictione prima, die vigessimo quarto mensis may.

fS/g. notj Ego Nicolaus condam Dominici de Vegla, publicus imperialt auctoritate notarius et nunc comunis Segnie officialis juratus, hiis omnibus et singulis interfui, rogatus scripsi et pubiicaui meoque stgno solito et consueto corroboraui.

Originafu arkivtt Jugosf. afiademije. Dipfomata 13J8. Na crvenoj vrpci visi ostatak jeđnoga pečata.

271.

1378. 26. maii. <U Cazmi).

Na mofBu podBana Petra Cirke sudjefuje kaptof cazmansBi Bod dioBe neftifi posjeda u Garešnici Hoju provodi podBanov povjerenif?

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes si^ gnificamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod cum nos receptis Iitteris nobilis viri magistri Petri dicti Chyrke, vicebani regni Sclauonie comitisque Crisiensis, adiudicatoriis simul et diuisionalibus nobis per eundem pro parte Laurencii et Iohannis filiorum Pauli filii Dobza de' Gersenche amicabiliter directis vna cum Borch filio Clethko de eadem Gersenche, homine eiusdem comitis, in dictis literis suis nominatim inserto et expresso, virum discretum magistrum Michaelem, socium et concanonicum nostrum, ad peragenda ea fideliter et conscienciose, que in dictis litteris plenius vidimus contineri et ad infrascriptam diuisionem et statucionem faciendam pro testimonio duxissemus destinandum, Tandem iidem ad nos reuersi et per nos requisiti nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beati Iohannis apostoli et evangeliste ante portam Latinam iam preteritum et aliis diebus subsequentibus ad infrascripta sufficientibus continenciam earundem litterarum ad facies quarundam possessionum Hrusouch, Lechna et Predyezelo sev Podgorya vocatarum in eadem Gresenche existencium solummodo Petrum, Iohanem et Srephanum, fi^ lios Georgii de eadem et predictos filios Pauli proprie contingenciunv vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus predictis presentibus<!> pariter accedendo easdem in qua^ tuor rectas et coequales partes condecentes legittima mensuracione prehabita diuidentes, de quibus vnam quartam partem in duas partes, eo quod Georgius annotatus duas fiiias habere dinosceretur, diuisissent^ quamque dimidietatem ipsius quarte partis earundem possessionum et in eadem Hrusouch existentem ad quadraginta septem iugera terre, wlgariter mereth dicta, se extendentem eisdem Laurencio et Iohanni filiis predicti Pauli eorumque heredibus pro quarta filiali matris ipsorum, filie ipsius Georgii de predictis possessionibus cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis cuiusuis nominis vocabulo vocitatis ad eandem dimidietatem quarte partis spectantibus sub metis et terminis infrascriptts premisso iure reliquissent et ture perpetuo possidendam et ha^ bendam statuissent contradiccione non obstante, ymmo ex consensu et voluntate beniuolis parcium predictarum. Cuius mete prout nobis iidem comitis Crisiensis et noster homines in registro apportarunt et eedem partes oretenus concorditer retulerunt, hoc ordine distinguuntur: prima

meta incipit a parte orientali in quodam fluuio Peschena vocato, vbi est virgultum twl meta terrea circumfusum/ deinde vertitur ad partem aquilonis in paruo spacio venit ad arborem prumi <!>, a qua vertitur ad partem orientalem venitque ad arborem piri siluestris, de qua in paruo spacio ad eandem plagam descendit ad fluuium Zuhodol vocatum et per eundem sursum in paruo spacio vertitur ad partem occidentalern, de quo per vnam magnam viam eundo venit ad medium platee ante portam Pauli filii predicti Dobza,- ab hinc vertitur ad partem aquiionis in paruo spacio et venit penes siluam Gay dicta et venit ad arborem byk cruce signatam,- ex hinc vertitur ad eandem piagam in paruo spacio eundo deuenit ad arborem gerchan in capite cuiusdam valiis Zuhodol dicte sitam, a qua eundem Zuhodol versus partem meridionalem descendendo intrat aliud riuulum similiter Zuhodol dictum, per quem sursum ad piagam aquilonis in paruo spacio ascendendo deuenit ad arborem piri siluestris circa quandam magnam viam,- deinde eandcrn viam saliendo vadit ad eandem plagam in paruo spacio eundo venit ad terciam vallem magnam Zuhodol dictam et per eandem desccn-dendo vertitur ad partem meridionalem venitque ad arborem twl, deinde ad eandem piagam eundo venit ad arborem eger,- ab hinc vertitur ad partem orientalem et vadit in paruo spacio per terras arabiles ad partem meridionalem venitque circa quandam vineam, vbi est dumus sipek/ deinde saliendo vnam viam in bono spacio ad eandem plagam eundo venit ad caput cuiusdam terre arabilis sev iugeris, vbi est meta terrca,- deinde vertitur ad partem meridionalem et venit ad caput cuiusdam quarte vallis similiter Zuhodol dicte, per quam vertitur ad eandem piagam et tendit in fluuium Peschena primitus nominatum, per quem sursum in bono spacio ad partem occidentalem scandendo venit ad priorem metam sicque terminantur, Datum in vigilia ascensionis do-mini, anno eiusdem millesimo CCC° septuagesimo octauo.

Iz izvor, prijepisa cazman. kaptofa od g. 1416. 11. jtifa na peгдamгm uci= njenog za samostan garički. - ZJ ugar. držav. arfcivu u •BPe'šti. M. O. E>. L. 35146, rtefcoc acta monast. Garig fasc. /P, No 4o.

272.

1378. 27. maja. U Visegradu <In WyssegradX

Ljudevit krafj ugarski i Brvatsfii nafaže Banu Petru Zudoru i pod= Banu Petru Ciriie, da moraju čuvati prava Lacka Vukosfavova, što iB ovaj ima po njegovu privifegiju.

Lodouicus, dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc„ fideli suo magnifico viro Petro Zudor, bano regni Sclauonie vel Petro dicto

Chyrke, comiti comitatus Krisyensis, salutem et graciam. Fidelitati ve^ stre firmiter precipiendo mandamus, quatenus comitem Lotk filium Bul* kuzlo de Barsonouch in graciarum prerogatiuis mediantibus litteris no* stris ipsi comiti Lotk concessis iuxta tenorem earundem sine omni variacione conseruare debeatis et teneamini. Et aliud sub optentu no« tre gracie facere non ausuri in premissis. Et hoc idem iniungimus aliis banis nostris vel vices eorum gerentibus in predicto regno. Scla- uonie constituendis in futurum, dantes eis similibus sub preceptis. Da* tum in Wyssegrad, in festo asscensionis domini, anno eiusdem MCCC⁰ LXX° octauo.

Izvornifi na pergam. u narod, muzeju u Bpesti a. 13 7$ • Cpridošao ovamo god. /897'J — Na firptu vidi se trag vefifiog ofcrugfog pritisnutog pečata. Ispod njega nema fiifjesfte nitiaftove. — Na donjem ruBu na firptu CsuvremenaJ fiance- farijska fiiffesfia; noCn) sef. CIJ*

273.

1378. 29. maja. U Zagrebu. (Zagrabie).

Petar Cirfie, podBan i zupan firiževačRi, odgađa rocište u nefioj parnici radi prvenstva rofia.

Nos magister Petrus Chirke, vicebanus et comes Crisiensis, damus pro memoria, quod causam, quam Petrus filius Stephani et Benedictus litteratus filius Andree de Zelch, ex quibus idem Stephanus pro se personaliter, pro predicto vero Benedicto literato cum procuratoriis Iiteris honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis astitit contra Thomam filium Endre de Zelch/ pro quo assumptor termini comparuit eidem terminum assumpmendo iuxta continenciam literarum eiusdem capitult Zagrabiensis citatoriarum in quindenis sexte ferie proxime post festum beati Georgii martyris proxime preteritum mouere habebant coram nobis, racione prioritatis termini ad octauas festi beati Iohannis baptiste nunc venturas duximus prorogandam. Datum Zagrabie, sedecimo die termini prenotari, anno domini M°CCC°LXX^{mo} octauo.

Izvana: Pro Petro filio Stephani et Benedicto literato filio Andree de Zelch contra Thomam filium Endre de Zelch ad octauas festi na* tiuitatis beati Iohannis baptiste, prorogatoria, — *dodatak:* Petrus per- sonaliter et pro Benedicto cum Zagrabiensis in personaliter ad octauas Mychaelis.

Cod. dipf. comitum ^icfiy T. W. p. 46.

274.

1378. 1. juna. U Križevcima. <Crisii>.

Petar CirBe i suci pfemstva izvještavaju Bana Petra Zudara o nedjefima Domnija, sfuzBenifia fiaptofa zagreBactioga.

Excellentissimo domino eorum Lodouico, dei gracia inclito regi Hungarie, domino ipsorum naturali, magister Petrus Chirke, comes Crisiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus, inclinacionem cum perpetua fidelitate. Noverit celsitudo vestra nos recepisse litteras magnifici viri domini Petri Zudar, regni Sclauonie bani, hunc tenorem continentes:

CVidi fistinu od 19. V. 1378J.

Nos itaque peticionibus ipsius domini bani annuentes Nicolaum filium Dominici et Petrum filium Nicolai, duos ex nobis iudicibus no= bilium, ad premissa indaganda pro testimonio duximus transmittendos. Qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter et concorditer re^ tulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum ascensionis domini, nunc proxime preteritum, in capitulo Zagrabiensi et in campo eiusdem procedendo, palam et oculte ab omnibus nobilibus et ignobilibus, cle* ricis et laicis, a quibus decuisset et licuisset de premissis omnimodam scivissent veritatem, prout series per omnia litterarum dicti domini bani continetur predictarum. Datum Crisii, feria tercia proxima ante festum penthecostes. Anno eiusdem superius annotato.

Originaf na papiru u arfcivu Jugosf. afiademije.
TfiafčićMon. cip. ^ZagraB. I. 2JL

275.

1378. 4. juna. *(11* Djakovu).

Kaptof Bosansh' izvještava Brafja Ljudevita da je sudjefovao po svom povjereniBu itod statucije posjeda PredisyncB, Boju je proveo Brafjev izasfaniB.

Excellentissimo domino eorum Lodouico, dei gracia incliti regis<!> Hungarie, Polonie, Dalmacie etc, capitulum ecclesie Boznensis ora^ ciones in domino Jesu Christo. Receptis litteris statutoriis magnifici viri comitis Jacobi de Scepus, iudicis curie et vniuersarum ciuitatum maie* statis vestre, decenti cum honore et secundum earundem continenciam

vna cum Thoma filio Laurencii de Dolyan, homine serenitatis vestre, nostrum hominem Stephannm, sacerdotem chori nostri, ad exequendum infrascripta pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente dicto testimonio nostro feria secunda proxima post festum as^ scensionis domini proxime preteritum, ad facies porcionum possessio^ nariarum condam Fabiani fiiii Preyk et Mykou filii Paulen de Predi- synch in eadem Predisynch habitarum in dictis litteris iudicis plenius expressarum, vicinis et commetaneis suis illic legitime conuocatis et presentibus accedendo statuisset ipsas Nicolao filio Thome de dicta Predisynch eo iure quo sibi dinosscuntur pertinere perpetuo possidendas, tribus diebus integris in eisdem permanendo nullo contradictore ibidem apparente. Datum feria sexta proxima ante festum penthecostes, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} octauo.

Iz izvornog prep/sa dvor. suca ffakova de Scepus odg. 1378. 5. jufa na pergam. u ugar. drz. ar&ivu u BPesti. M. O. D. L. 33977- — Stara sign. N. R. Л. fasc. 1598. N0 44.

276,

1378* 7. juna. U Višegradu. <In Wissegrad).

3aftov de Scepus, sudac firafjevsfie fturije, poziva fiaptof cazmansfii da učestvuje fiodpoziva E>ure Petrova de Brucfiyna pred krafjevski sud po tužSi Ladisfava Teutusova, koja je parnica, ponovno od= gađana, došfa pred krafja.

Amicis suis reuerendis capituio ecclesie Chasmensis comes Ja^ cobus de Scepus, iudex curie et vniuersarum ciuitatum domini Lodo^ uict dei gracia regis Hungarie, amiciciam paratam cum honore. N0= ueritis quod nobis in octauis festi beati Georgii martiris in anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} quinto preteritis in sede nostra iudiciaria seden^ tibus Paulus litteratus pro magistro Ladislao filio Teuteus cum procu^ ratoriis litteris nost. . .. . comparendo quasdam litteras fratris Albertini, comitis de Dubicha et Johannis filii Iwan, comitis terrestris de eadem, nobis presentarat, declarantes inter cetera, quod cum ma* gister Ladislaus filius Teuteus de Blyna Georgium filium Petri de Bru^ china legitime citatus per modum obseruatum ad ipsorum fratris AU bertini, preceptoris de Dubicha et de Craso ac Johannis filii Iwan, comitis terrestris de eadem Dubicha, presenciam ne<!> tamen atraxisset ipsaque causa cum ob termini prioritatem cum pluribus aiiis cautelis interuenientibus coram eodem fratre Albertino et Johanne comite ter^ restris<!> diu<cius> ventilata extitisset, tamen die et termino perhemptorie

responsionis feria secunda proxima post festum epiphaniarum domini tunc preteritum occurentibus pro eodem Ladislao filio Teuteus Thomas filius Endre cum procuratoriis litteris nostris contra dictum Georgium filium <Petri> in eorundem fratris Albertini et Johannis filii Iwan pre^ sencia iudiciarias quasdam duas litteras, vnam videlicet priuilegialem vestram et aliam scilicet patentem domini fratris Arnaldi de Belamonte •olim preceptoris de eadem Dubicha eisdem fratri Albertino et Johanni filio I<wan> curasset presentare, quarum prima videlicet vestra in anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} quinto, in festo beate Lucie virgints et martiris emanata expressisset, quod idem Gregorius filius Petri pro se personaliter et pro Petheu fratre suo carnali absque litteris procurato^ riis onus et grauamen super se assumpmendo, si infra<scrip>ta nolutsset 4Dbseruare, coram nobis confessus fuisset quandam possessionariam por^ cionem ipsorum in Bruchyna habitam a Blasyo filyo Demetrii empci- onis titulo ad ipsos deuolutam necnon de possessione ipsorum heredi* taria Dobouech vocata in ibidem existente, vt super ipsis possessionibus octo iobagiones, quilibet ipsorum cum bobus in omnibus vrilitatibus largo modo manere possent atque vti predicto magistro Ladislao et per eum suis heredibus in concambium possessionis sue Lukauech vocate, nec non eciam pro viginti marcis denariorum vendidisse et assignasse repertum fuisset sub obligamine tali, vt si predictum magistrum Ladis- laum et suos successores in predictis possessionariis porcionibus tenere et defendere non posset vel non curaret, extunc in aliis possessionibus suis hereditariis idem Georgius filius Petri tantumdem presentibus probis viris dare simpliciter teneretur pro magistro Ladislao prenotato, si vero vniuerse possessiones *SUQ* quouis modo ab ipso alienare contingerent, extunc die et tempore alienacionis eorundem<!> memoratus Georgius fi- lius Petri predictas vigtnti qutnque marcas ac supradictam possessionem Lucauech vocatam eidem magistro Ladislao vel suis heredibus reddere et restituere tenerentur absque dilactone aliquali,- si autem premissa vel aliqua premissorum in toto vel in parte non obseruaret extunc in sub^ cubitu facti duelli potenciarii conuinceretur eo facto contra magistrum Ladislaum prenotatum. Altera vero littera patens, scilicet ipsius do- mini fratris Arnaldi in anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} quarto, feria secunda proxima post festum natiuitatis virginis gloriose ema-- nata declarasset, quod <i>dem Georgius filius Petri coram eodem domino fratre Arnaldo personaliter comparendo confessus fuisset obli= gacionibus in litteris vestris contentis et expressis astare et eidem ma* Ifistro Ladislao easdem possessionarias porciones statuere iuxta contU nenciam Htterarum predictarum, vnde idem dominus frater Arnaldus

nobiles viros, videlicet comitem Georgium fiiium Alexandri, Paulum filium Mortunus do Goroda et Iwan filium alterius Morthunus de Ku* sucha ad statuendum dictas possessionarias porciones transmisisset. Qui tandem ad ipsum redeuntes eidem concorditer retulissent, quod idem Georgius filius Petri eosdem nobiles viros presente legitimo procuratore ipsius magistri Ladisiai non ad suas proprias possessionarias porciones, sed aliorum vicinorum et cognatorum suorum adducendo eidem ma* gistro Ladislao statui facere volutsset, quem Georgium filium Petri a statucione huiusmodi facienda prohibuissent viri prenotati et sic pos* sessionariam statucionem ipsi magistro Ladislao facere nequiuissent. QuU bus visis litteris et perlectis Stephanus filius Stephani pro eodem Ge^ orgio filio Petri cum sufficientibus litteris procuratoriis annotatorum fratris Albertini et Johannis filii Iwan respondisset ex aduerso, quod Georgius filius Petri promptus esset et paratus obligacionibus in eisdem litteris contentis et expressis astare et dicto magistro Ladislao predictas possessionarias porciones statuere iuxta tenorem litterarum predictarum. In cuius contrarium idem Thomas nomine quo supra opposuisset isto modo, quod prefatus magister Ladislaus non aliud, sed tantummodo postularet ab eodem, vt dictas possessionarias porciones ipsi statui fa^ ceret iuxta continenciam litterarum earundem. Quo audito Andreas filius Mark in personis nobilium dominarum dicti Georgii et relicte condam Lippk, fratris ipsius Georgii patruelis nec non Stephani et Petri, filiorum prefati Georgii, ad eorundem fratris Albertini et Johannis filii Iwan veniendo presenciam prefatum Georgium filium Petri a intro^ duccione et statucione et alia quauis alienacione, ipsum autem magi- strum Ladislaum et alios quoslibet ab empcione ac se intromissione de eisdem allegando dictas nobiies dominas in dictis possessionariis por^ cionibus dotem et res parafernales, ipsum vero Stephanum filium dicti Georgii super medietate vniuersarum possessionum dicti Georgii suffi^ ciencia litteralia instrumenta habere et idem filii dicti Georgii dičtas possessionarias porciones iuxta regni consuetudinem redimere prompti essent et parati. Vnde idem frater Albertinus et Johannes filius Iwan vna cum nobilibus dicti comitatus Dubichensis adiudicassent, vt si dictus Stephanus ipsa instrumenta super ipsa medietate ipsarum pos* sessionum in termino per eosdem assignando exhibere posset, extunc dictas possessiones in duabus partibus<!> quoequales diuidere deberent, quarum vna dicto Stephano et alia ipsis communiter cederet, de qua quidem medietate primo dictis dominabus dotem et res paraphernales iuxta regni consuetudinem et aliis quibus aliquod ius in eisdem con* peteret extradare, residuitatem vero ipsarum possessionum in tres partes

diuidere, quarum parcium due dictis filiis Georgii, tercia autem ipsius Georgii patris ipsorum iuxta regni consuetudinem per ipsos redimendam, ipsum vero Georgium filium Petri contra prefatum magistrum Ladislaum in porcionibus seu obligaminibus in ipsis litteris contentis et expressis conuinctum <I> in futurum remansisse, Ipse vero Thomas procuratur nore contentus de huiusmodi dominorum Albertini et Johannis filii Iwan iu^ dicio ipsam causam cum onere in talibus deponi consueto deposito ad examen et deliberacionem serenissimi principis domini Lodouici, dei gracia regis Hungarie, Dalmacie etc, domini nostri naturalis, distulis-- sent et prorogassent. Quibus quidem partibus octauas festi beati Ge^ orgii martiris proxime nunc affuturas coram domino nostro rege cum vniuersis eorundem instrumentis conparendi pro termino assignandas, cuius iudicii seriem eedem partes ad quindenas octauarum predictarum deberent reportare, Tandem <ipsis> octauis festi beati Georgii martiris similiter predictus Paulus litteratus pro prefato magistro Ladislao filio Teuteus cum procuratoriis litteris nostris presente Nicoiao filio Nicolai pro prefato Georgio cum procuratoriis litteris conuentus cruciferorum de Alba, pro ipsis autem Stephano et Petro filiis dicti Georgii iidem sine litteris procuratoriis propter ipsorum puerilem etatem coram nobis adherebat, allegauerat eo modo, quod idem Stephanus et Petrus filii ipsius Georgii tempore dicti concambii per eosdem magistrum Ladi- slaum et Georgium coram nobis, vt predicitur, facti in rerum natura non fuisset, vnde idem Georgius cum prefato magistro Ladislao con^ cambium facere potuisset idemque filii Georgii ipsum retractare non valerent, quo percepto annotatus Nicolaus asseruit eo modo, quod dictus Stephanus filius Georgii tempore premissi concambii in hunc modum propagatus extitisset et quia propter ipsarum parcium contra* riosas allegaciones absque interessencia eiusdem Georgii et Stephani filii sui inter ipsas partes congruens iudicium facere non poteramus, ideo ad octauas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas duximus pro= rogari eo modo, vt idem Georgius et Stephanus maior filius suus co^ ram nobis personaliter comparere, idem eciam Stephanus vniuersa lit^ teralia instrumenta modo premisso per ipsum exhibere assumpta, si que haberet, in premissis octauis in eisdem coram nobis producere tene- rentur, vt hys visis facere valeremus in premissis, quid iuri videretur expediri/ a quibus quidem octauis festi beati Jacobi apostoli dum dis^ cussio premissarum partes inter easdem iuxta continenciam litterarum nostrarum procuratoriarum diuersis prorogacionum cautelis et terminis interuenientibus ad presentes octauas festi beati Georgii martiris pro* rogative deuenissent. Tandem ipsis octauis instantibus predicto Georgio-

ad easdem octauas sancti Georgii nostram in presenciam non veniente nec mittente, sed se mediantibus litteris nostris iudiciafibus in iudicio agrauari permittente, Nicolaus filius Thome pro dicto magistro Ladi^ slao filio Teuteus cum procuratoriis litteris vestris ab vna, item preli= batus Stephanus filius Georgii personaliter parte ex altera coram nobis adherentes eis in premissis iuris equitatem postularunt elargiri, hys itaque habitis quia absque personali interessencia ipsum Georgium partes inter easdem iudicium congruo modo facere non poteramus pro eo tamen inter eundem magistrum Ladislaum filium Teuteus actorem ab vna et inter eundem Stephanum in causam attractum parte ab altera habitam per alias ittteras nostras ad octauas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas prorogantes, ipsum vero Georgium octauas ad easdem euo- cari committentes, vestram amiciciam presentibus petimus diligenter qua- tenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Andree de Petroch aut Stephanus Kenez dictus de Ger^ geuech vel Endre filius Johannis de Bednech an Valentinus filius Luce de eadem siue Nicolaus filius Marci de dicta Bednech, aliis absentibus "homo regius, prefatum Georgium filium Petri de Bruchina super pre^ missis discussis racionem recepturum ac de iudicio centum marcarum nobis et parti aduerse satisfacturum contra dictum magistrum Ladis^ Jaum ad easdem octauas festi beati Jacobi regiam euocet in presen^ ciam, ac post hec ipsius euocacionis seriem cum nomine euocati ad easdem octauas domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Wis^ segrad, tricesimo octauo die termini prenotati, anno domini millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} octauo,

Na firptu: Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Chasmensis pro magistro Ladislao filio Teuteus contra Georgium filium Petri ad octauas festi beati Jacobi apostoli euocatoria.

Na firptu notice; ad Mychaelis euocetur.

Izvornik na papiru u ugar. drz. arkivu u BPesti. M. O. D. L. 3375S. ~ Stara sign. N. R. A. fasc. /oSS. No 4.

Na Brptu se vidi trag dvaju pečata frojima Bijase fistina zatvorena.

177.

1378. 17. jtma. <U Zagrebu).

PodBan Petar Cirke poziva Baptof zagreSacki da ucestvuje kod sudBeniB poziva u parnici nekiB fica iz BfinsBog Botara.

Amicis suis reuerendissimis capttulo ecclesie Zagrabiensis Petrus Chirke, vicebanus et comes Crisyensis, amiciciam paratam debito cum

honore. Vestram amiciciam presentibus requirimus diligenter, quatenus-vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ste^s phanus filius Stephani uel Pctrus filius Stephani filii Warisa de Zelch aut Endre filius Nicolai filii Andree siue Stephanus filius Nicolai seu Nicolaus filius Mareas de Blyna, aliis absentibus homo domini nostri bani citet Paulum et Ivan filios lacobi filii Pozobech et Stephanum filium Petri filii eiusdem Pozobech de Greda ac Iohannem filium Oztoya de Blyna contra Thomam filium Lyuban et Mychaelem filium Mark de eadem Blyna, item Budk filium Bank contra Nicolaum filium dicti Lyuban in presenciam eiusdem domini nostri bani ad terminum conpetentem. Et post hec diem et locum ipsius citacionis cum nominibus cif tatorum et termino assignato eidem domino nostro bano amicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie, in festo sacratissimi corporis Christi, anno domini M^{ffl0} CCC^{mo} LXX^{m0} octauo.

Cod, dipf. comit. Zicfjy T. IV. p. 60—61.

278.

1378. 22. juna. <U Zagrebu),

Kaptof zagreBačRi svjedoči da je izvrsen sudBeni poziv nekifi fica iz Bfmskog fiotara pred Bansfii sud.

Magnifico viro domino Petro Zudor, regni Sclauonie bano, amico eorum . . . ndo, capitulum ecclesie Zagrabiensis amiciciam paratam cum honore. Nouerit vestra magnificencia nos lireras magistri Perri Chirke, vicebani vestri et comitis Crisyensis, recepisse in hec verba:

CSfijedi fistina od 1J. juna 13J8J.

Nos igitur amicabilibus peticionibus ipsius magistri Petri Chirke annuentes vna cum prefato Petro filio Stephani, homine vestro, virum discretum magistrum Martinum, socium et concanonicum nostrum, ad premissam citacionem faciendam pro testimonio duximus transmittendum. Qui demum ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi sabbato proximo post festum sacratissimi corporis Christi nunc preteritum, Paulum et Iwan, filios Iacobi filii Pozobech et Stephanum filium Petri filii eiusdem Pozobech de Greda ac Ioannem filium Oz^ toya de Blyna, quemlibet eorum in sua porcione possessionaria Gyurgen ____vocata contra Thomam filium Lyuban et Mychaelem filium Mark de. ... Blyna, item Budk filium Bank in porcione sua possessionaria Dedich vocata contra Nicolaum filium dicti Lyuban ad octauas festi

beati Jacobi apostoli nunc venturi in vestre magnitudinis presenciam citauissent. Datum feria tercia proxima ante festum natiuitatis beati Iohannis baptiste. Anno domini supradicto.

Izvana: Domino bano regni Sclauonie pro Thoma filio Lyuban et Mychaele filio Mark, contra Paulum et Iwan ac Iohannem filium Oztoya, item pro Nicolao filio Lyuban contra Budk filium Bank ad octauas festi beati Iacobi apostoli nunc venturi citatoria,

Codex dipf. comitum Zichy T. IV. p. 60.— 61.

279.

137&. 23. juna. (U Požegi).

Kaptofpožešfii prepisuje fistinu Hrafja Befe na mofBu Dujma Bfa gajsfioga za cfarovanu rodu njegovu ocf iirafja zemfju Rečicu.*

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fide* libus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore, Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod anno domini millesimo CCC^{mo} LXX^{m0} octauo, feria quarta in vigilia festi natiuitatis beati Jo* hannis Baptiste strennuus miles magister Johannes filius condam comitis Duym de Blagay ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales serenissimi principis domini Bele felicis memorie vt prima facie apparebat condam regis Hungarie sigillo fractas<!) seriei infrascripte, petens nos cum instancia, vt tenorem earundem ad exhibendum in locis necessariis nostris litteris similiter privilegialibus inseri faceremus, Cuius peticionibus iustis et legitimis annuentes tenorem ipsarum litterarum regalium privilegialium presentibus inseri fecimus de verbo ad verbum seriatim transcribendo. Qui scilicet tenor talis est:

CSfijedi fistina firafja Befe IV. od god. 1251., Cod. dipf. IV. p. 470.

Originaf u Bfagajsfcom arfiivu sada u madarskom muzeju u Budimpešti. Visi svifena vrvca fjuBičaste boje, pečat otpao. Na Brptu drugom rukom: „privi fegium ad Rychycyamf!)*

VjesniH zem. arM. VIII. 231-232.

280.

1378. 23. juna. U Dubrovniku, <Ragusii>.

OBveznica za posuđene novce.

In nomine Christi amen. Anno domini millesimo trecentesimo sep- tuagesimo octauo, indictione prima, die vigesimo tercio mensis junii,

Ragusii, coram vobis subscriptis testibus. Nos quidem Potre de Benessa et Bogich Paruoslauich confitemur, quod super nos et super omnia bona nostra usque ad tres menses pro decem futuris obligamus nos dare et soluere ser Raphaeli de Goce ducatos auri centum et grossos quindecim. Et sic de presenti viagio. Et si ultra dictum terminum tenuerimus dictos ducatos et grossos, a predicto termino in antea dicti ducati et grossi sint in pena-de quinque in sex per annum, secundum quod tenuerimus iilos, tenendo se ad nos ambos siue ad vnum de nobis quem primo uoluerit, in totum et in partem, sicut eidem placuerit de dictis ducatis et grossis se tenere, renunciando ad sui cautelam omnibus legibus, statutis, reformationibus, consuetudinibus et induciis, quibus in fauorem nostrum vbi possemus et nos a presenti obligatione tueri. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit et hii sunt testes: ser NU colaus de Gondula iuratus iudex et Petrus de Saracha testis.

fSignum notariij. Ego Theodorus, juratus notarius et cancel* larius comunis Ragusii, scripsi et publicaui.

Originaf u đubrovačfiom arfiivu.
ZSirka saec. JCIP.

281.

1378. 26. juna.

Ljudevit fcrafj ugarsfiiih~rvatsfii potvrđuje zamjenu posjeda između Pavfina remetsfifi i župnifia novoveškoga,

Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris <ac> montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam ha^ bituris, salutem in salutis largitore. De singulorum provisione sive co^ modo solliciti circa sanctam matrem ecclesiam, quam cultu veneramur precipuo, curam impendere debeamus specialem, ut in ea deo famu^ lantes regio favore sive beneficio inducti quiete vivant et placabiiem hostiam offerre vaieant salvatori. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod religiosus vir frater Paulus, ordinis He^ remitarum sancti Pauii primi Heremite de claustro beate virginis de promontorio Zagrabiensi, sua ac universorum fratrum Heremitarum in dicto claustro deo famulancium in nostre serenitatis humiliter ve= niendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales venerabilis in Christo patris, domini Demetrii episcopi Zagrabiensis, auie nostre

cancellarii et capituli locique eiusdem, tenoris infrascripti, supplicans nostro culmini regio humiliter et devote, ut easdem litteras privilegiales de verbo ad verbum presentibus inseri et transumpmi faciendo, accep* tare et ratificare et pro eodem claustro beate virginis et fratribus in eodem existentibus privilegialiter confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est:

CVidi fistinu od13J6, 16. augustaj.

Nos igitur iustis et iuris consonis prefati fratris Pauli Heremite supplicacionibus sua ac universorum fratrum Heremitarum claustro in predicto deo famulancium in personis nostre humiiiter porrectis maie^ stati, regia pietate inclinati, prefatas litteras privilegiales sine augmento et diminucione aliquali de verbo ad verbum presentibus insertas accep* tamus, approbamus, ratificamus ac pro eodem claustro et fratribus in eodem pro nunc et in futurum constituendis, quoad omnes sui clausulas, continencias et articulos perpetuo valituras confirmamus, patrocinio pre^ sencium mediante, salvis dumtaxat iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privile^ giales, pendentis et autentici sigilli nostri novi dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris et domini domini Demetrii episcopi Zagrabiensis, aule nostre vicecancelfarii, dilecti et fidelis nostri. Anno domini MCCC septuagesirno octavo, VI. ka* lendas mensis julii, regni *autem* nostri *anno* tricesimo septimo. Vene^ rabilibus in Christo patribus et dominis, fratre Stephano Colocensi, sacre pagine magistro, Petro Jadrensi, Ugulino Spalatensi et Ugone Raugusiensi, archiepiscopis/ Emerico Agriensi, eodem Demetrio Zagra^ biensi, Gublino Transilvano, Valentino Quinqueecclesiensi, decretorum doctore, Ladislao Waradiensi, Gilhermo Jauriensi, Petro Wesprimiensi, Paulo Chanadiensi, fratre Dominico Boznensi, Petro Wacyensi, Johanne Syrmiensi, fratre Dominico Nitriensi, Paulo Tiniensi, Demetrio Nonensi, Grisogono Traguriensi, Matheo Sybinicensi, Stephano Farensi, Jacobo Macarensi, Thoma Corbaviensi et Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus,- Strigoniensi autem sede vacante. Magnificis viris Nicolao de Gara palatino regni nostri et iudice Co* manorum, Ladislao wayvoda Transilvano, comite Jacobo de Scepus et iudice curie et universarum civitatum nostrarum, Nicolao de Zech, Dalmacie et Croacie, Petro Zudor, tocius regni Sclauonie et Johanne de Machou, banis,- Georgio Zudor picernarum, Stephano similiter Zudor janitorum, Paulo de Lyskow dapiferorum, Stephano agazonum

nostrorum magistris, honore comitatus Posoniensis vacante, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz prijepisa fiapiofa Bualmsfioga od god. 1384. u zem. arkivu, odio samo stana remetskaga fasc. 1. no 14.*

Tčafčić Mon. civ. ZagraS. L 271 ~273.

282.

1378. 2. juia. <U Zali>.

Samostan sv. Adriana Zafadsfioga odreduje roH za oznacenj'e međa između Nikofe Seča Бana i nekiB drugifi interesenata na posjedima Letfienye i Beycfi,

Nos conuentus monasterii beati Adriani martiris de Zala damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam litterarum nostrarum pro* rogatoriarum exinde confectarum quedam possessionum reambulacio, reuisio et estimacio Beych et Lethenye vocatarum inter magnificum virum dominum Nicolaum de Zeech/ regni Crouacie banum ac Ste^ phanum filium Mathie famulum suum ab vna, item Paska fiiium Galli de Zayk et fratres suos de eadem parte ab altera in octauis festi beati Ioannis Baptiste proxime nunc preteritis mediantibus regis et nostris hominibus, per ipsas partes adducendis fieri debuisset. Tandem ipsis octauis aduenientibus preclictus Stephanus famulus dicti domini Nicolai bani de Zeech pro se et dicto suo domino litteras serenissimi principis domini nostri Lodouici, dei gracia inclitissimi regis Hungarie, super facto dictarum possessionum eorum <prorogatorias> nobis exhibuit et presentauit, in quarum quidem continenciis firmissimo suo edicto nobis edicebat, vt reuisis ipsarum tenoribus causas dictorum domini Nicolai de Zeech regnique Crouacie bani ac Stephani famuli sui de dicta Beych super reambulacione metarum dictarum possessionum Lethenye et Beych vocatarum, contra prefatos Paska et suos fratres in dictis octauis beati Iohannis baptiste coram nobis et suo regio homine habitarum <!) ad octauas festi beati Mychaelis archangeli protelaremus. Nos enim mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes, vt tenemur, predictas causas *ipsarum* parcium, videlicet in facto reambulacionis metarumque reuisionis et estimacionis predictarum possessionum modo premisso absque omni grauamine iudiciorum similiter coram nostro testimonio fieri debendas ad dictas octauas festi beati Mychaelis archangeli proxime nunc affu* turas statu in eodem partibus premissis duximus prorogandas. Datum feria sexta proxima post octauas festi beati Iohannis Baptiste, anno domini millesimo CCC^mo^LXX^mo^ octauo.

Na feđima: Pro Paska filio Galli de Zayk ac fratres suos de eadem contra magnificum virum dominum Nicolaum de Zeech; regni Crouacie banum, ac Stephanum filium Mathie de Beych famulum suum super quadam possessionaria reambulacione modo interius expresso ad octauas festi beati Mychaelis archangeli nunc affuturas, prorogatoria.

Cođ. dipf. comit ZicSy T. IV. p. 61-62.

283.

1378. 3. jula.

Nikofa de ZeecB Ban đopušta cfa Bnez BfisBi ide u Spfjet, a za= mjenjivat će ga suci u Baznenim posfovima.

Nicolaus de Zeech banus Dalmatie et Crovatie. Occasione que* stionis inter archiepiscopum Spalatensem et comitem Clisie vadat comes Spalatum, ut in litteris bani continetur, interim iudices habeant aucto^ ritatem criminalem.

Notae Ioannis Lucii, 19, a. Starine JCIII p. 243.

284.

1378. 5. jula. U Višegradu <In Wissegrad).

Sudac BrafjevsHe Burije SaBov de Scepus izdaje NiBofi Tominom de PredysyncB ispravu o parnici vodenoj za to imanje i o statu ciji Boja je naBon mnogiB odgoda provedena.*

Nos comes Jacobus de Scepus, iudex curie ac vniversarum ciui= tatum serenissimi et magnifici principis domini Lodouici, dei gracia incliti regis Hungarie, Polonie, Dalmacie et ceterorum, memorie com* mendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Egidius filius Andree pro Dominico et Johanne filiis Jacobi de Zunina cum procuratoriiš litteris capituli ecclesie Boznensis iuxta continenciam litterarum nostrarum procuratoriarum in octauis festi epiphaniarum domini in anno proxime transacto pretentis in figura no^ stri iudicii conparendo contra Nicolaum filium Thome de Predysynch quasdam litteras dicti capituli citatorias pariter et recaptiuatorias do* mino nostro regi ad suum regium litteratorium mandatum rescriptis, tenoreque litterarum suarum regalium eidem capitulo directarum ver^ baliter in se habentes asserens accionem et proposicionem dictorum Dominici et Johannis litteris contineri in eisdem nobis presentarat de* clarantes, quod cum prefati Dominicus et Johannes filii Jacobi receptis Valentino filio Martini de Sancto Marco regio et Martino clerico

ipsius capituli hominibus feria tercia proxima ante festum beati Thome apostoli in anno domini M^{m0} CCC^{mo} LXX^{mo} quinto preterito ad fa- cies porcionum possessionariarum condam Fabiani filii Preyk et Mykou filii Paulen de Predysynch in eadem Predysynch habitarum, in quarum faciebiis vnus fundus curie seu vna sessio haberi diceretur vicinis et commefaneis earundem inibi legitime conuocatis et presentibus acce* dendo et easdem legitime recaptiuando per eosdem regium et dicti ča* pituli homines sibi eo iure, quo ad ipsos ex regia donacione dinosce* rentur pertinere, perpetuo possidendas statui facere voluisset, inter alios Nicolaus filius Thome ipsi possessionarie statucioni contradixisset, quem quidem Nicolaum ipsi regius et annotati capituli homines in die et loco prenotatis contra ipsos Dominicum et Johannem ad octauas festi purU ficacionis beate virginis tunc ventiiras in regie maiestatis presenciam citauissent racionem contradiccionis sue redditurum. Dehinc prelibatus procurator dictorum Dominici et Johannis volentes prefatas porciones possessionarias eisdem Dominico et Johanni per ipsum dominum no= strum regem datas fore deciarare, quasdam litteras eiusdem domini nostri regis Lodouici patentes secreciori *suo* sigiilo consignatas in Te* meswar in festo beati Egidii confessoris in dicto anno emanatas nobis presentarat, in quibus inter cetera per ipsum dominum nostrum regem porcionem possessionariam condam Fabiani filii Preyk et Mykou fiiii Paulen de Predysynch, hominum vt dictum fuisset sine heredibus de* cessorum, in dicta Predysynch habitam, in qua vnus fundus curie seu vna sessio haberi diceretur et alias porciones possessionarias eorundem vbiiibet existentes pro meritoriis seruiciis ipsius Dominici eidem Domi* nico et per ipsum dicto Johanni fratri suo ac aliis fratribus eiusdem noue sue regie donacionis titulo perpetuo possidendas sine preiudicio iuris alieni datas et donatas fuisse conperieramus euidenter. Quibus quidem litteris exhibitis prefatus procurator dictorum actorum in persona eorundem racionem premisse contradictorie inhibicionis per annotatum Nicolaum assignari postularat coram nobis. Quo audito Gregorius fU lius Bekus pro ipso Nicolao cum procuratoriis litteris capituli ecclesie de Posoga in nostram accedendo presenciam responderat eo modo, quod tempore premisse possessionarie recaptiuacionis et statucionis annotatus Nicolaus pro eo contradictor apparuisset, quia prefatus Mykou filius Paulen vna cum ipso Nicolao filio Thome in vna patruelis et condi- uisionalis fraternitatis linea annexus fuisset et existeret, nam idem Ni* colaus esset filius Thome filii Ladislai filii Mychaelts ftlii Boizlou, pre* fatus vero Mykou esset filius Paulen filii Petri filii dicti Buizlou <!>, pre* fatus autem Preyk pater prescripti Fabiani, frater vterinus dicti Mykou

ex parte scilicet matris et non patris extitissent<!> et idem Preyk ac Fa*
bianus filius suus in quadam porcione ipsius Mykou possessionaria ex
conseruacione eiusdem Мукои resedissent et ex eo eodem Мукои sine
heredibus decesso iura possessionaria eiusdem in prefatum Nicolaum
filium Thome racione ipsius patruelis et condiuisionalis fraternitatis linee
deuoluta extitissent ac deberent condescendi et regie collacioni in nullo
deberent pertinere et in eo prefatum Nicolaum filium Thome ad veri-
dicam attestacionem vicinorum et commetaneorum nobiliumque suorum
conprouincialium comitatus de Posoga communi inquisicione mediante
fiendam submittere presto esset et paratus. Et quia dictus procurator
ipsorum actorum in contrarium premissorum prefatos Nicolaum filium
Thome et Мукои filium Paulen sibi inuicem in nulla patruelis et con^
diuisionalis fraternitatis linea connexos fore, ipsum eciam Fabianum fi^
lium Preyk in eadem possessione Predysynch porcionatum fuisse et
eundem in possessionaria porcione dicti Мукои minime permansisse,
et ex eo dictas porciones possessionarias eisdem decessis regie colla^
cioni pertinentes fore asseruerat et in eo eosdem actores similiter ad
ipsam communem inquisicionem commiserat, pro eo amiciciam dicti
capituli ecclesie de Posoga litteratorie pecieramus diligenter, quatenus
ipsorum mitterent homines pro vtrisque partibus pro testimoniis fide*
dignos, quibus presentibus homines regii feria secunda proxima post
octauas festi Passce domini tunc venturas et aliis diebus ad id suffU
cientibus ad faciem predicte possessionis Predysynch vicinis et com^
metaneis suis inibi legitime conuocatis et partibus vel eorum legitimis
procuratoribus presentibus accedendo, primo ab eisdem vicinis et com^
metaneis, demum vero a nobilibus conprouincialibus et ab aliis quibus
decens et oportunum fieret per ipsas partes inibi conuocandis et con^
gregandis simul semel et ad inuicem procedendo super eo, vtrum idem
Nicolaus filius Thome filii Ladislai filii Mychaelis filii Buizlou, pre^
fatus vero Мукои filius Paulen filii Petri filii predicti Buizlou fuerint,
prescriptus autem Preyк patre antedicti Fabiani frater vterinus predictf
Мукои ex parte scilicet matris et non patris extiterit et idem Preyk ac
Fabianus filius suus in quadam porcione ipsius Мукои possessionaria
ex conseruacione eiusdem Мукои resederint et ex eo eodem Мукои
sine heredibus decesso iura possessionaria eiusdem in prefatum Nico*
laum filium Thome racione ipsius patruelis et condiuisionalis fraterni-
tatis linee deuoluta extiterint et regie collacioni in nullo pertinuerint, aut
prefatus Nicolaus filius Thome et Мукои filius Paulen sibi inuicem in
nulla patruelis et condiuisionalis fraternitatis linea connexi fuerint et
essent ipseque Preyk et idem Fabianus in eadem possessione Predt^

synch porcionati extitennt et in porcione dicti Mykou possessionaria tninime permanserint et pro eo dicte porciones annotatorum Mykou et Fabiani eisdem sine heredibus decessis regie collacioni pertinentes ftre* rint et extitennt ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et suo sacro dyademati obseruandam, timore, fauore et amore cuiuslibet partis iion allecti scirent et inquirerent omnimodam veritatem factaque ipsa communi inquisicione easdem porciones possessionarias per prefatos actores recaptiuatas facta earum prius legitima reambula* cione regali mensura mensurando vei uisu considerando, visis et circunv* spectis quibuslibet earum vtilitatibus et quantitatibus vna cum aliis probis viris deo pre oculis habito deberent estimare regni consuetudine requU rente et post.hec ipsius communis inquisicionis et possessionarie estU macionis seriem cum propriis et possessionum attestancium nominibus ad octauas festi beati Georgii martiris similiter tunc affuturas domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum de Posoga prenotatum. Tan^ <Iem ipsis octauis beati Georgii martiris adherentibus Gregorius filius Bekus pro annotato Nicolao filio Thome cum procuratoriis prefati ca* pituli ecclesie de Posoga ad nostram veniendo presenciam litteras ca* pituli eiusdem super premissis domino nostro regi rescriptionales pre- sente prelibato Egidio filio Andree, qui pro annotatis Dominico et Johanne filiis Jacobi cum procuratoriis litteris memorati capituli de Posoga co^ ram nobis adheserat nostro iudiciario examini curarat demonstrare de- clarantes inter cetera, quod ipsum capitulum receptis premissis litteris nostris adiudicatoriis secundum earundem continenciam cum Deseu filio Laurencii de Partas homine regio vnum ex ipsis discretum virum ma^ gistrum Demetrium socium et concanonicum ipsorum, hominem ipsorum, pro parte dicti Nicolai filii Thome ad exequendum infrascripta pro te^ stimonio transmisisset fidedignum, Qui postmodum ad ipsum capitulum reuersi eidem concorditer retulissent, quod licet idem Dominicus et Johannes regium et ipsius capituli homines pro sui parte non adduxis* sent, sed solum procuratorem eorum, videlicet predictum Egidium filium Andree de Vorsan cum sufficientibus litteris procuratoriis ipsius capi- tuli illuc destinassent, tandem ipsi in dicta feria secunda proxima post octauas festi Passce domini in dicto anno proxime transacto preteritas ad facies predicte possessionis Predisynch vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, primo a predictis vicinis et commetaneis videlicet Farkasio filio Odolen, Ste- phano filio Benedicti, Johanne et Martino filiis Termech, Gosma fllio Stepk, Mychaele filio Stephani, Lucasio et Mylen filiis Myxe, Stephano et Martino filiis Bark, Marko filio Farkasii, Fabiano filio Johannis, Dra*

ganach filis Diuech, Lucasio fiiio Stephani, Mychaele filio Thome, Mar^ tino et Demetrio filiis Andree, Leukus filio Beke, Vernyech et Georgio filiis Valentini, Philippo filio Georgii, Jacobo fiiio Benedicti et Nico^ lao filio BJasii, nobilibus de eadem Predysynch, item Iwan fiiio Mark, Gregorio fiiio Mychaelis, Georgio fifio Petri Braychyn et Myiocha filiis Jusa, nobiiibus de Sancto Marco, item Dominico filio Georgii et Leukus fiiio Pauli, nobilibus de Treptusa omnino generacionis de pre^ dicta Predysynch hominibus, item Dominico filio Mychaelis, Thoma filio Johannis, Stephano fiiio MychaeJis, Johanne fiiio Lorandi. Nicofao filio Mychaeiis, Martino filio Johannis, Stephano filio Mathie, nobU iibus de Breznycha, item Bartholomeo filio Bartholomei de Tergusa et Georgio filio Dominici de Zaikouch, item a nobiiibus conprouin* ciaiibus scilicet Gregorio filio Demetrii de Berchyn, Stephano filio Pauii, Demetrio filio Dragah, Nicoiao, Johanne et Benedicto fiiiis Iwanch, nobilibus de Sancto Nicolao, item Mathia filio Walkou de Gay, Dyonisio fiiio Jacobi, Fabiano filio Pauii, Georgio fiJio Jacobi de Dokaz ac Benedicto fiiiis Lorandi, nobilibus de Worsan, item Martino fiiio Stephani de iuxta Welyke, Petro et Jacobo filiis Lu^ casii de iuxta Strasenyiia, Demetrio et Stephano fiiiis Matheus de Kalnukpataka, Petro filio Thome de Gnoynycha, Blasio filio Farkasii de Doigy, Thoma ac Johanne fiiiis Georgii de Magna Vaile per pre* iibatum Nicolaum filium Thome inibi congregatis et aliis quibus decens et oportunum fuisset odio, fauore, timore et amore cuiuslibet partis postergatis ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et *suo* sacro dyademati obsefuandam diligenter et conscienciose inquirendo hanc de infrascriptis sciuissent veritatem, quod prenotatus Nicolaus filius Thome filii Ladislai filii Mychaelis filii Buizlou, preli^ batus vero Mykou filius Paulen filii Petri filii predicti Boizlou essent et fuissent, pretactus autem Preyk pater iam dicti Fabiani frater vte^ rinus prescripti Mykou ex parte sciiicet matris et non patris extitissent et idem Preyk ac Fabianus filius suus in quadam porcione possessio^ naria ipsius Mykou ex conseruacione eiusdem • Mykou resedissent et ex eo eodem Mykou sine heredibus decesso iura possessionaria ipsius in prefatum Nicolaum fiiium Thome racione ipsius patrueiis et condU uisionaiis fraternitatis iinee deuoiuta extitissent et regie collacioni in nuiio pertinerent, quia prefatus Nicoiaus fiiius Thome et Mykou fiiius Paulen in prescripta linea patruefis et condiuisionaiis fraternitatis sibi inuicem essent et fuissent connexi ipstque Preyk et idem Fabianus in eadem possessione Predysynch porcionati non fuissent. Vbi facta huius* modi inquisicione memoratus Egidius filius Andree procurator predic^

torum actorum in personis eorundem auctoritate procuratoria ipsi cause inter easdetn partes, ut premittitur, habite omnino renunciasset, eo quod ipsam inquisicionem eis et eorum iuri contrariam fore cognouissent. Quibus quidem litteris exhibitis prefatus Egidius procurator predictorum filiorum Jacobi, ut predicitur, coram nobis adherens in personis eorundem asseruerat eo modo, quod quia iidem filii Jacobi se vndique auscuU tando, prefatas porciones possessionarias in dicta Predysynch habitas per ipsum dominum nostrum regem nomine possessionis hominis sine herede decessi modo premisso eis datas collacioni regie et per conse* quens ipsis in nullo pertinere, sed easdem dicto Mykou mortuo in ipsum Nicolaum filium Thome tanquam *'m* fratrem ipsius Мукои patruelem et condiuisionalem deuolui et condescendi debere agnouissent, ideo eas* dem porciones possessionarias litigiosas annotato Nicolao filio Thome, sicut tempore ipsius communis inquisicionis sic et nunc tanquam ius suum proprium liti et accioni eorundem in premissis renunciando re^ misissent et resignassent, ymmo idem Egidius vigore procuratorio pre* notato remiserat et resignarat coram nobis perpetuo possidendam. Vnde nos perceptis premissis easdem porciones possessionarias litigiosas dicto Nicolao filio Thome racione ex predicta adiudicantes relinqueramus iure sibi attinenti perhempnaliter possidendas sine preiudicio iuris alieni. Et quia idem procurator prefati Nicolai eundem in dominium dictarum porcionum possessionariarum eidem Nicolao resignatarum per regium et antedicti capituli Boznensis homines legitime introduci facere postu^ larat, pro eo amiciciam dicti capituli litteratorie pecieramus difigenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus ad facies dictarum porcionum possessionariarum in dicta possessione Predisynch habitarum per ipsos actores recaptiuatarum condam scilicet dicti Мукои et alterius, in qua idem Fabianus residisset, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo statueret ipsas annotato Nicofao filio Thome eo iure, quo sibi dinoscerentur pertinere perpetuo possi* dendas contradiccione prefibatorum fifiorum Jacobi preuia racione ob= uiari non valente, si per alios non fierit contradictum, contradictores vero, si qui fierent, euocaret ipsos contra dictum Nicolaum in regiam presenciam ad octauas festi beati Martini confessoris tunc venturas ra* cionem contradiccionis eorum reddituros et post hec ipsius possessio- narie statucionis vel evocacionis seriem cum nominibus euocatorum, si qui fierent, ad easdem octauas festi beati Martini confessoris domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Boznense supradictum, Tandem ipsis octauis instantibus Lucas filius Benche pro annotato Nicolao fifio

Thome cum procuratoriis litteris capituli de Posoga ad nostram ue^ niendo presenciam litteras annotati capituli super premissis domino no^ stro regi rescripcionales nobis presentarat declarantes inter cetera, quod cum dictum capitulum receptis dictis litteris nostris adiudicatoriis se^ cundum earundem continenciam cum Thoma filio Laurencii de Dolyan homine regio ipsorum hominem Stephanum sacerdotem cori eorum ad •exequendum premissa pro testimonio transmisisset. Tandem idem<!> ad ipsum capitulum reuersi eidem concorditer retulissent, quod dum ipsi in festo beate Margarethe virginis et martiris proxime preterito ad fa* cies dictarum porcionum possessionariarum in dicta Predisynch habi* tarum per ipsos filios Jacobi recaptiuatarum vicinis et commetaneis ipsarum legitime conuocatis et presentibus accedendo ipsas dicto Ni* colao filio Thome iure sibi attinenti statuissent perpetuo possidendas, tunc Gregorius filius Leukus de Orboua cum suis complicibus armatis manibus et potenciariis super ipsos regium et sepedicti capituli homines irruendo ipsos expulisset et nisi fuge presidio euasissent eosdem eua^ ginato gladio interficere vofuisset. Quibus quidem litteris exhibitis, quia idem Gregorius eosdem regium et iam dicti capituli homines de dictis porcionibus possessionariis modo premisso potencialiter expulsisse ex •dictis litteris sepefati capituli reperiebatur et ob hoc ad ipsam statu*-cionem denuo faciendam regius et dicti capituli homines necessario fuerant destinandi, ideo amiciciam eiusdem capituli litteratorie pecie^ ramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus ad facies dic* tarum porcionum possessionariarum in dicta possessione Predisynch ha^ bitarum per ipsos actores recaptiuatarum, condam scilicet dicti Mykou et alterius in qua idem Fabianus resedisset, vicinis et commetaneis suis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo statueret ipsas an* notato Nicolao fiiio Thome eo iure, quo sibi dinoscerentur pertinere perpetuo possidendas contradiccione prelibatorum filiorum Jacobi preuia racione obuiari non valente, si per afios rton fieret contradictum, con-tradictores vero alii, si qui fierent euocaret ipsos contra dictum Nico* laum in regiam presenciam ad octauas festi purificacionis beate vir-ginis tunc venturas, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post nec ipsius possessionarie statucionis seriem cum nominibus euocatorum, si qui fierent, ad easdem octauas domino nostro regi fideliter rescrU beret capitulum prenotatum. Tandem ipsis octauis instantibus Jacobus sartor pro predicto Nicolao filio Thome cum procuratoriis fitteris dicti capituli de Posoga ad nostram ueniendo presenciam litteras prenomi^ nati capituli Boznensis super premissis domino nostro regi rescripcio*

-nales nobis presentarat exprimentes inter alia, quod dictum capitulum xeceptis dictis litteris nostris adiudicatoriis vna cum Thoma filio Lau* rencii de Dolyan homine regio Petrum, sacerdotem chori ipsorum, hominem eorum, ad exequendum premissa pro testimonio transmisisset fidedignum. Tandem iidem ad ipsum capitulum reuersi eidem concor= -diter retulissent, quod ipsi die dominico proximo ante festum conuer* sionis beati Pauli apostoli proxime preteritum ad facies dictarum por* -cionum possessionariarum in dicta Predisynch habitarum vicinis et commetaneis suis ibi legitime conuocatis accessissent et easdem Ni- colao filio Thome de eadem Predisynch perpetuo possidendas statuere voluissent, Gregorius filius Leukus de Orboua personaliter adherendo, dictos regium et ipsius capituli homines a statucione earundem porcionum possessionariarum eidem Nicolao facienda prohibuisset, ob quam inhU
* biuionem ipsi eundem Gregorium contra prefatum Nicolaum in facie eiusdem possessionis ad regie maiestatis presenciam euocassent dictas octauas festi purificacionis beate virginis tunc venturas eidem pro ter* tnino comparendi assignando, ad quas quidem octauas idem Gregorius per prefatum Jacobum legitimum procuratorem dicti Nicolai in persona eiusdem congruis diebus octauarum earundem coram nobis expectatus nostram in presenciam non venerat neque miserat se mediantibus lit* teris nostris iudicialibus in iudicio agrauari permittendo, postulans pre^ fatus procurator dicti Nicolai eidem in premissis iuris equitatem per nos inpartiri, et quia ad statucionem dictarum porcionum possessiona* riarum modjD infrascripto faciendam regius et antedicti capituli homines adhuc transmitti debere videbantur pro eo amiciciam prenominati ca= pituli Boznensis litteratorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mit^ terent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus ad facies dictarum porcionum possessionariarum in dicta Predisynch habitarum per ipsos filios Jakobi recaptiuatarum con« dam scilicet dicti Mykou et alterius, in qua idem Fabianus resedisset vicinis et commetaneis suis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo statueret ipsas annotato Nicolao filio Thome eo iure quo sibi dinoscerentur pertinere perpetuo possidendas contradictione pre* libatorum filiorum Jacobi ex racione prescripta obuiari non valerite, si per alios non fieret contradictum, contradictores vero alii, si qui fi- erent, euocaret ipsos contra dictum Nicolaum in regiam presenciam ad quindenas diei medii quadragesime tunc venturas racionem con^ tradiccionis eorum reddituros et post hec ipsius possessionarie sta* tucionis seriem cum nominibus euocatorum, si qui fierent, ad easdem quindenas domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum antedictum,

Tandem ipsis quindenis instantibus, Thomas filius Demetrii pro prefato* Nicolao filio Thome cum procuratoriis litteris dicti capituli de Posoga ad nostram veniendo presenciam litteras prefati capituli Boznensis super premissis domino nostro regi rescripcionales nobis presentarat decla* rantes inter alia, quod cum idem capitulum receptis dictis litteris nostris adiudicatoriis secundum earundem continenciam vna cum Thoma filio Laurencii de Dolyan, homine regio, hominem ipsorum Stephanum, sacerdotem chori eorum, ad exequendum premissa pro testimonio- transmisisset fidedignum. Tandem iidem ad ipsum capitulum reuersi eidem concorditer retulissent, quod ipsi feria tercia proxima ante do* minicam letare proxime preteritam ad facies dictarum porcionum pos* sessionariarum in dicta Predisynch habitarum modo quo supra per ipsos- filios Jacobi recaptiuatarum vicinis et commetaneis suis legitime con^ uocatis et presentibus accedendo easdem dicto Nicolao filio Thome perpetuo possidendas statuere voluissent, Stephanus filius Bank, famu^ lus et officialis dicti Gregorii filii Leukus, in persona eiusdem Gregorit eosdem regium et dicti capituli homines a statucione dictarum porcio^ num possessionariarum prohibuisset, quem quidem Gregorium ipsi eodem die in facie earundem porcionum possessionariarum contra dictum Ni~ colaum ad octauas quindenarum diei medii quadragesime nunc ven^ turas regiam in presenciam euocassent, ad quas tandem quindenas ipse Gregorius per prescriptum Thomam filium Demetrii procuratorem pre~ scripti Nicolai in persona ipsius legitimis diebus quindenarum predic^ tarum coram nobis expectatus nostram in presenciam uenire vel mit^ tere non curarat, se per litteras nostras iudiciales in iudicio agrauari permittendo petens ipse procurator dicti Nicolai eidem in prescriptis- per nos iusticie medelam elargiri, vnde quia ad statucionem pretitula^- tarum porcionum possessionariarum litigiosarum modo subnotato per^ agendam regius et sepedicti capituli homines vice terciaria destinandi. fore censebantur pro eo amiciciam sepefati capituli Boznensis littera* torie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro- testimonio fidedignum, quo presente homo regius ad facies dictarum. porcionum possessionariarum in dicta Predisynch sitarum per ipsos fi* lios Jacobi recaptiuatarum olym scilicet dicti Mykou et alterius, in qua idem Fabianus residenciam habuisset, vicinis et commetaneis suis illic legitime conuocatis et presentibus accedendo statueret ipsas annotato Nicolao filio Thome eo iure quo sibi dinoscerentur pertinere perhemp« naliter possidendas contradiccione prelibatorum filiorum Jacobi ex ra* cione prescripta obuiari non valente, si per alios non fieret contra* dictum, contradictores vero alii, si qui fierent, euocaret ipsos contra

dictum Nicolaum in regiam presenciam ad quindenas festi Penthecostes-tunc venturas racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem cum nominibus euocatorum, si; qui fierent, ad easdem quindenas domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Boznense prenotatum. Tandem ipsis quindenis festi Penthecostes instantibus prefatus Thomas filius Demetrii pro prescripto Ni^ colao filio Thome cum procuratoriis litteris dicti capituli de Posaga ad nostram veniendo presenciam litteras antedicti capituli Boznensis sub premissa statucione domino nostro regi rescripcionales nobis presentauit continentes per omnia hunc tenorem;

CSfijedi povefja Sosansfioga fiaptofa od god. 1378. 4.JunaJ,.

Nos igitur ex tenore predictarum litterarum annotati capituli Boznensis prescriptas porciones possessionarias in predicta possessione Pre~disynch existentes, vnam scilicet condam dicti Mykou et aliam, in qua annotatus Fabianus residenciam fecisset, vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis ibi legitime conuocatis <per> prefatos regium et dicti capitult Boznensis homines termino in predicto nemine contradictore apparente predicto Nicolao filio Thome de dicta Predisynch perpetuo possidendas-statutas fuisse agnoscentes easdem porciones possessionarias, vt pre^ mittitur, ipsi Nicolao statutas cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis ipsarum vniuersis eidem Nicolao suisque successoribus vniuersis eo iure^-quo sibi dinoscuntur pertinere reliquimus et commisimus perhempnaliter possidere, tenere pariter et habere, saluo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem Nicolao concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wissegrad, sedecimo die quindenarum festi Pen* thecostes predictarum, anno domini M^{mo} CCC^{mo} septuagesimo octauo-supradicto.

Izvornifi na perg. u ugar. drz. arMivu u Bpešti: M. O. D. L. 33977- ~~ Stara sign. N. R. A fasc. 1598. No 44.

Na crvenoj i zutoj svifenoj vrpci visi pečat.

285.

1378. 18. jula. <U Čazmi).

Kaptof čazmansfii izvještava krafja Ljttdevita da je pozvao pred njegov sud Gjuru Petrovog de BrocSyna na tužBu Ladisfava Teu^ tusovog de Bfyna.

Excellentissimo principi domino Lodouico, dei gracia inclito regi Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. domino eorum, capitulum Chasmensi^

«cclesie oraciones in domino debitas et deuotas cum perpetua fidelitate, Vestra nosse dignetur celsitudo, quod cum nos iuxta continenciam lft> terarum magnifici viri comitis Jacobi de Scepus, iudicis curie et vnU uersarum ciuitatum vestre maiestatis, adiudicatoriarum simul et euoca^ toriarum per eundem nobis amicabiliter directarum, quas capite sigilli nostri consignando simul cum presentibus vestre remisimus serenitati, лта cum Nicolao filio Markus de Blyna, homine vestre sublimitatis, lit* teris in eisdem nominatim expresso, Martinum clericum, chori ecclesie nostre prebendarium, hominem nostrum, ad peragendum ea fideliter et -conscienciose, que in dictis litteris inter cetera plenius vidimus conti* neri'pro testimonio duxissemus destinandum. Tandem iidem ad nos ex= inde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima post festum beate Margarethe virginis et martiris iam preteritum Ge* orgium filium Petri de Brochyna super factis seu causis litteris in eis^ dem suo modo expressis discussionem recepturum ac de iudicio trium marcarum eidem comiti et parti aduerse satisfacturum in possessione predicta Brochyna seu Tertna dicta contra magistrum Ladislaum filium Teutos de Biyna in vestre maiestatis euocassent presenciam ad octauas festi beati Jacobi apostoli nunc proxime affuturas iuxta continenciam -earundem litterarum eidem coram nobis conparendi pro termino assig^ nando. Datum tercio die euocacionis prenotate, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} octauo,

Na Brptu: Domino regi pro magistro Ladislao filio Teutus de Blyna contra Georgium filium Petri de Brochyna ad octauas festi beati Jacobi apostoli nunc proxime affuturas euocatoria.

Dafjnje Bifjesfie sa strane: Procurator actoris Paulus litteratus, cum cruciferorum de Alba eciam non venit.

Soluit nobis pro duabus.

Georgius non venit.

Izvornifi na papiru u ugar. dr£. arfiivu u BPesti: M. O. D. L. 33759- ~ Jtara sign. N. R. A. fasc. loSS. No. 4.

Na firptu se vidi trag pečata fcojim Bijase isprava zatvorena.

286.

1378. 22. jula.

OBttova ugovora AnBone s DuBrovniRom.

Item quod cum pacta inita inter communia Ragusii et Ancone iam expiraverint, quod provideatur de modis tenendis cum Ragusinis :in solutionibus datiorum mercantiarum.

ArcBivio communafe. ZJ Anfioni. Consif. et decret. LiS, I. /. 5$-

Mafiušeu; Monum. Bist. Sfav. meridionafium. I, 1. p. 118,

r

287.

1378. 3. augusta. U Križevcima. <Crisii>.

Pred Petrofn Chyrfie podBanom ocituje Stjepan Dimitrov, da ga je namirio Gjuro Petrov za djevojačfiu cetvrtinu.

Nos Petrus Chyrke, vicebanus et comes Crisiensis ac iudices no* bilium eiusdem comitatus, memorie commendamus, quod Stephanus fi*-lius Demetrii de Ozugio ab vna, parte vero ex altera Georgius filius Petri de Budroucz personaliter coram nobis constituti, confessum extitit per eundem Stephanum ministerio viue uocis sponte et relatum, quod quia idem Georgius sibi pro iure quartali eidem iuxta regni consuetu^ dinem ab ipso Georgio prouenti <> octo marcas promptorum denariorum* persoluisset, ideo ipse eundem Georgium sub ipsa quarta filiali reddi=" disset expeditum et per omnia satisfactum, ymmo reddidit et commisit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum Crisii, feria tercia proxima post octauas beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo CCC^mo^ LXX^mo^ octauo.

Prepis iz pocetfia DCVI. vijefia u 6r. zem. arkivu u 'ZagreSu: Doc. medif aevi a. /262.

288.

1378. 10. augusta. U Zagrebu. <Zagrabie>.

Matija, arBidjafion Befišinsfii, defegirani sudac papin, nafaže da se' ispitaju nasifja nanešena njegovim povjerenicima u parnici izmedu Petra Tominog, reHtora crfive Bfaz. Djevice de DoBraBucBa protiv Petra Ivanova, svećenifia zagreBačRog, i drugova.

Mathias, archydiaconus de Bexin et canonicus ecclesie ZagrabU ensis, iudex a sede apostofica specialiter in causa infrascripta deputatus, viris discretis Dyonisio de Bela, Nicolao de Pukur, Mathie de genere Woyk, Stephano de Superiori Izdench et Martino de Dimich^ kouina, presbiteris, ecclesiarum rectoribus, saiutem in domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire, cum sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Vrbanus, diuina prouidencia papa VI., causam, que inter discretum virum Petrum Thome, rectorenr ecclesie beate virginis de Dobrakucha Zagrabiensis diocesis, vt acto^ rem, et Petrum Johannis presbiterum dicte Zagrabiensis diocesis, Adam litteratum Johannis, Fabianum et Emricum Pauli, Ladislaum Kokos,

'Georgium, Jacobum, Petrum et Nicolaum Stephani ac Tybaldum De^ *sew,* Johannem Tyboldi et Johannem Georgii ac duorutn fratrum eiusdem armigerum dicte diocesis, super nonnullis dampnis, spoliacionibus, de^ iencionibus rerum et bonorum dicte sue ecclesie per eosdem factis et perpetratis nobis commtserit audiendam, fine debito terminandam. Nos* <iue mandato huiusmodi apostolico recepto in ipsa causa tanquam fi* lius obediencie volentes producere iuris ordine obseruato, ad instanciam <licti domini Petri actoris nuper circa festum beate Margarete virginis nunc proxime preteritum domino Nicolao Byconis prebendario ecclesie Zagrabiensis et rectori ecclesie beate virginis de Inferiori Izdench man* -dauimus et vices nostras commiseramus auctoritate predicta, vt vna nobiscum et quibusdam aliis vestris consociis in nostra persona inqui* reret, quomodo et qualiter quedam capella in honorem sancti Ladislai regis de Sub Bor cum[1]) vilfis suis et redditibus, que alias ad dictam ec* ciesiam beate virginis de Dobrokucha<!> pertinebat et per rectorem eius^ dem ecclesie regebatur, alienata fuisset et disiuncta a matrice ecclesia ieate virginis prenotata, idemque Nicolaus Byconis, prout nobis ex ve- ridica relacione innotuit, expleto mandaro meo, ymo verius apostolico, in premissis, dum ad nos reuerteretur feria quarta proxima post festum fceate Marie Magdalene similiter proxime preteritum, predicti nobiles maligno spiritu ducti et dei timore postposito tanquam anime ipsorum ac salutis inmemores cum eorum satelitibus sceleratis complicibus sibi -quoadunatis<!> eidem[2]) Nicolao Byconis presbitero nostro subdelegato ex hostili et nequiciosa ac dampnabili informacione suggestione suorum sceleratorum eundem Nicolaum Byconis in via publica una cum viris <liscretis Blasio vicearchidiacono de Zyncha et Dyonisio de Bela, sU mtliter nostro subdelegato causa in premissa, procedentem hostiliter *in*= uadendo non parcentes ipsius innoxietati nec sacerdotali dignttati de- ^spernentes diuinam vlchionem<!> non pertimescentes, sed nec iuris vigore verentes diuersorum wlnerum plagis affecto afficientes vltimate vero ca* pitis tro<n>cacione plectentes absque omni pietate et minima, crudeli nece interemissent vniuersa et quelibet litteralia instrumenta dicti Petri rectoris et ecclesie sue supradicte et alias litteras vigorosas supsr ea* <{em ecclesta sua confectas et emanatas, que ipse eidem Nicolao By- conis, vtpote nostro subdelegato tradidisset et aput ipsum tunc reperta *~ab* eo prorsus et per omnia afferendo in sui iuris et dtcte ecclesie sue i>eate virginis oppressionem pariter et detrimentum non modicum atque <Iampnum. Tandem nichilominus mala malis accumulantes dictum do*

*> Dvaput napisano,

2> Napisano eiusdem.

minum Blasium ibidem. iflo tunc fratrem ipsius Petri rectoris indebite eodem instanti pertractassent et unum equum, queriv equitasset, alium vero sub dicto Nicolao interempto, ipsum dominum Blasium ad caput mactari volendo tam crudelibuš et mortiferis wlnerum plagis affecissent, ipse enim dominus Blasius cum duobus famulis ipsius Nicolai misera* biiiter wlneratis, si presidio fuge non euasissent, modo consimiliter ea* dem morte vtique vitam terminassent. Quapropter vestre discrecioni in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena firmiter et districte iniungimus per presentes, quatenus mox habita presencium no* ticia vna cum notariis publicis et testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis pariter illic accedendo, ab omnibus viris religiosis, presbiteris ecclesiarumque rectoribus ibidem circumquaque existentibus, clericisque et laicis, armigeratis et non armigeratis ac aliis cuiusuis status et con* <licionis seu preminencie[1]) illarum parcium hominibus palam et occulte investigando et inquirendo conscienciose deum pre oculis habendo sciatis et inquiratis de premissis meram et omnimodam veritatem et post hec, prout vobis exinde veritas de premissis sufragari poterit, nobis ad quin^ tum decimum diem mensis septembris nunc affuturum sub impensione<!> vestrorum sigillorum inpendenti et publicorum instrumentorum rescri* bere debeatis. Datum Zagrabie, in domo nostre habitacionis, in festo l>eati Laurencii martiris, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} octauo.

Iz izvor. izvjestaja spomenutiB svećenifia odgod. 13J8. 15- septemBra na pergam. u ugar. drzav. arfiivu u BPesti M. O. D. L, 352J3. ~ Stara sign. Acta monast. DoBrakucBa No. 2.

289.

1378. 18. augusta. <U Čazmi).

Kaptof čazmansRi prepisuje darovnicu sinova Lovrinčevih samo= stanu krtzevsfiom u Novaftu za zemfju Vratina. fCod dipf. IX. p. 5790 od g, 1331.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in om^ nium saluatore. Ad universorum noticiam harum serie uolumus perue^ nire, quod religiosus vir Petrus prepositus de Glogoncha coram nobis personaliter constitutus exhibuit nobis quoddam priuilegium olim magi* strorum Jacobi, Johannis et Petri filiorum Laurencii de Sopron tenoris infrascripti petens a nobis cum instancia, ut tenorem et forman eiusdem

*) Bez kratice pisano pminencie.

propter viarum discrimina de uerbo ad uerbum trasscribi sigillique ap^ pensione consignari faceremus. Cuius tenor talis est:

CSfijedi darovnica samostanu B. D. M. de Nouak učinjena po Safiovu, Ivanu i Petru sinovima Lovre de Sopron god, I33LJ.

Nos itaque iustis et legitimis peticiontbus prefati domini Petri pre^ positi annuentes tenorem ipsius priuilegii de uerbo ad uerbum titulo transscribi sigillique nostri appensione fecimus consignari, Datum se*- cundo die octauarum festi beati Laurencii martiris, anno domini mil* lesimo CCC^mo LXX^mo octauo.

Izvornik na pergameni u arfcivu nađSisfi. u ZagreBu: Donationafia fasc. J,. No. 8.

Na fzstini visi modro»crvena svfena vrpca,- pečat je otpao.

hla Brptu je suvremena Sifješfia: tenor priuilegii super terram* Wratina vocatam donacionis magistrorum Jacobi, Johannis et Petri fi*~ liorum Laurencii de Suprunio.

290.

1378. 16. septembra. <U Cazmi).

Cazmansfii Raptof prepisuje svoju fistinu od god 1347 28. juna CSmid Cod dipf. JCL. str. 3J4J kojom se ureduju mede posjeda Benfia, Ivana i drugog Ivana.*

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presen^ tibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis- largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Petrus filius Beke de Kanyeuycha districtus de Garygh ad no*- stram personaiiter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam lit- teras nostras patentes moderno sigillo nostro consignatas, petens nos debita precum instancia, vt easdem de uerbo ad uerbum transscribi et litteris nostris priuilegialibus inseri facere dignaremur ad cautelam. Qua* rum tenor talis est:

CSfijedi fistina Haptofa cazmansfioga od god. 1347- 28. juna fiojom se ureduju mede posjeda Benlia, Ivana i drugog IvanaJ,

Nos igitur peticionibus ipsius Petri filii Beke legitimis gratum pre- bentes assensum easdem litteras nostras patentes de uerbo ad uerbum transscribi et litteris nostris priuilegialibus inseri sigillique nostri appen^ sione communiri fecimus vberiori pro cautela. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam vt prefertur presentibus sigillum nostrum du~

ximus appendendum. Datum feria quinta proxima post festum exalta* cionis sancte crucis, anno domini millesimo CCC^mo LXX^mo octauo.

Izvornifi na pergameniu ugar. držav. ar&ivu u BPesti: M. O. D. Jb. 35t9o. Stara signatura: Acta monast. <3arig, fasc. II. Mo 33.

Na fistini visi Momadic crvene svifene vrpce Bez pečata.

291.

1378. 23, septembra. U Križevcima <Crisii>.

PodBan Petar Cirke nafaze čazmanskom kaptofu, da ispitavši na sifja Tome Befiina sina, fcoja je pocinio Ivanu i ženi mu Sviffc pozove tuzenoga pred Sansfii sud u ZagreB.*

Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Chasmensis Petrus Chyrke, vicebanus et comes Crisyensis, amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Johannis dicti Cheze de Kaneuicha et nobilis domine Zuilka vocate, consortis eiusdem, quod Thomas filius Beke de eadem circa festum natiuitatis beate virginis proxime preteritum vnam dietam milii iobagionis dictorum Johannis et domine pro se ipso metere et asportari ac quamplurimas arbores fructiferas ipsorum Johannis et do^ mine succidi ac quasdam metas similiter ipsorum Johannis et domine destrui et anichilari, necnon quedam fenilia seu prata prescriptorum Johannis et domine per equos et pecora sua depasci et anichifari, quedam vero metere et asportari fecisset,- necnon circa festum penthecostes similiter nunc preteritum ipsam dominam interficere voluisset ac euaginato biccello in curiam eiusdem afFugasset culpa sua nulla exis^ tente, propria sua potencia mediante. Super *quo* vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Lucasius filius Pauli de iuxta Ko* tenna uel Dionisius filius Iwanchech de eadem seu Paulus filius Mathe de Hrusouch an Andreas dictus Horvat de Canouch sin Andreas filius Ladiha de Prebyn seu Johannes filius Demetrii de Lezkouch, aliis absentibus homo bani, scitaque premissorum veritate citet prefatum Thomam contra prelibatos Johannem et dominam consortem suam in presenciam domini nostri bani in sedem Zagrabiensem ad terminum com* petentem et post hec, prout vobis exinde veritas constiterit ac diem et locum ipsius cttacionis cum nomine citati et termino assignato domino bano, dpmio0 nostro amicabiliter rescribatis, Datum Crisii, tercio die festi beatt Mathei apostoli et ewangeliste, anno domini M^mo CCC^mo LXX^m0 octauo.

Iz izvor. izvješca upravfjena na Bana Zudora odčazm. kaptofa odg, Ž378. 27' sept. na papiru u ugar, drz. ar&ivu u BPešti. M. O. D. L. 35254. Stara signatura Acta monast. Garig fasc. II. No 31.

292.

1378. 25. septembra. <U Dubrovniku).

Općina cfuBrovač&a šafje svoga posfanika finezu imotsBom Em BricBu ocf Roga traže pomoc u ime Banovo oBzirom na prijeteći sukoB između mornarice mfetačfie i genoveške u Bfizini DuBrovniRa.*

MCCCLXXVIII. Die XXV. septembris. Copia commissionis facte Zive Longo. Nuy Johanne de Grede, rector de Ragusa, cum lo consello deli pregadi cometemo a ti Zive Longo nostro zitadino, che al nome de dio debie andar per parte nostra et de tutta la terra a misser Embrich conte de Imotta, et fazandoli lo saludo da parte nostra et de tutta la terra cum quelle ornade parole chi se conuien H debie presentar la nostra littera de credenza et le littere chi li manda misser lo ban Zeech suo signor,

Et quando ello ti dara audiencia et tu per *o* piu ornado muodo chi ti parera, fi debi dire: »Misser lo conte, li zintili homeni et lo comun de Ragusa vostri amisi, per ochasion ca ha nouelle ca 1' armada de galie deli Zenoesi nostri amisi se exidi de Zenoa et deue intrar *tosto In* questo gulfo et Г armada deli Veniciani nostri inimisi sta alla bocha de questo gulfo apresso de Ragusa per uno di et vna notte et crede verisimilemente ca sera batallia dintro queste dui armade et dio sa chi hauera la victoria. Et se per disgracia, la qual chosa dio non faza, se li Viniciani hauesse victoria contra li Zenoesi vigneria de pre* sente afare ogne mal et offension chi podesse tanto contra de Ragusa quanto contra de Stagno,- perzo ve priega che per lor deffesa lor debt mandar in Stagno de fa vostra zente milli homeni de arme et pluy se podi, ca in breue se sauera chi sera venzedori o Zenoesi o Veneciani et debie far andar questa vostra zente chi mandari fornidi de vituaria sicho vi scriue misser lo ban Sez per lo piu tosto chi vuy podi«.

Et sello ti dara tuta questa zente, chi tu li domandarai che vegna fornida de lor vituaria, dio cum ben. Et selio se schusase ca non ti porra dare tanta zente et tu debi rezeuer quanta pluy zente porai pur fornida de lor vittuaria et de presente debi scriuer al conte de Stagno, che ti debia mandar de barche a Narento quante ti para mistero et spazalo piu tosto chi porrai *tutta* questa *zente* che vada a Narento et de Narento a Stagno et cum li ultimi de lor tu debi vignir a Stagno. Et per lo coriero chi mandarai la lettera al conte de Stagno chi ti manda le barche, ni debi scriuer ordinadamente la resposta chi ti fara *lo* ditto Embrich et quanta zente ti dara. Et le nostre barche farai

andar tanto in Narento, in Almisa et in altri luogi douo fara besogno, per toller questa zente et portar in Stagno.

Et se lo dicto Embrich te domandasse per quanto tempo fara mister che vegna fornida questa zente de vittuaria, et *tu* li debi dir per uno mese, Et fa pur che la zente vegna fornida de lor vittuaria.

Lettere e commissionl di Levante 1358^138o fof. 117. Starine I. 181.~ 182. LiBri reformationum IV. 167—168.

Gefcic6»TSaff6czy Dipf. Rag. Br. 59, 7<5~77-

293.

1378. 27. septembra <U Cazmi).

Kaptof čazmansfii po nafogu podBana Petra Cirfie izvještava Bana Petra Zudora, da je Toma sin BeBin doisla pocinio nasifja na Ivanu CBeze i ženi njegovoj i da mu je odreden roB pred Banskim sudom na 6. ofitoBra t. g.

Magnifico viro domino Petrb Zudor regni Sclauonie bano, amico ipsorum honorando, capitulum Chasmensis ecclesie amiciciam paratam cum honore. Nouerit vestra magnificencia nos litteras magistri Petri Chirke, vicebani et comitis vestri Crisiensis, honore quo decuit rece* pisse[1]) in hec verba:

CSfijedi nafog upravfjen na kaptof od 23. sept. 1378.)

Nos itaque amicabilibus peticionibus ipsius Petri Chirke vices vestras gerentis annuentes vna cum prefato Dyonisio filio Iwanchech, homine vestro, Gregorium sacerdotem, prebendarium dicte ecclesie tiostre, hominem nostrum, ad essequendum <> premissa pro testimonio duximus destinandum, Qui demum ad nos exinde reuersi nobis con* corditer retulerunt, quod ipsi ab omnibus illarum parcium hominibus, a quibus decuit et licuit, palam et oculte diligenter inquirendo, talem de premissis sciuissent veritatem, quod prefatus Thomas filiifs Beke circa predictum festum natiuitatis beate Marie virginis nunc preteritum, vnam dietam milii iobagionis dictorum Johannis et domine pro se ipso metere et asportari, necnon piurimas arbores fructiferas succidi, quasdam eciam metas eorundem destrui et anichilari ac quedam fenilia seu prata eorundem Johannis et domine per equos et pecora sua depasci, quedam vero metere et assportari fecisset et quod eciam circa ipsum festum penthecostes prefatam dominam interficere voluisset et euagi-i\ato biccelfo in curiam eiusdem affugasset. Qua inquisicione facta

*> 2 put pisano.

idern homo vester presente ipso testimonio nostro sabbato proximo ante festum beati Mychaelis archangeli nunc preteritum eundem Tho* mam filium Beke in possessione Kaneuicha vocata contra prefatos Jo^ hannem dictum Cheze et dominam Zuilka vocatam, consortem eius^ dem, in vestram citasset presenciam[1]) octauas pr^dictt festi beati My^ chaelis archangeli nunc proxime venturas eidem coram vobis compa^ rendi pro termino assignando. Datum tercio die citacionis prenotate^ anno domini supradicto.

Izvana na Brptu: Domino bano pro Johanne dicto Cheze et nobili domina Zuilka vocata, consorte eiusdem contra Thomam filium Beke inquisitoria et ad~> octauas predicti festi beati Mychaelis archan^ geli nunc venturi citatoria.

Izvornik na papiru u ugar. drž. arSivu u BPeštir M. O. L>. L. 35254. Stara signatura; Acta monast. Garig. fasc. II Mo 31.

Na Brptu Cistine vidi se trag pritisnuta pečata fiojim Bijaše fistina zatvorena»

294.

1378. 29. septembra. U Višegradu. <In Wyssegrad).

Ljudevit, firafj ugarsfii i BrvatsRi, izjavfjuje, da je on doduše po mifovao sinove NiRofe Mifiofceva de Zencfie radi počinjene ne= vjere, afi da im tim nije vratio one posjede, sto ifi je medutim drugima Bio darovao.*

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc, memorie commendamus per presentes, quod licet nos Johanni, Nicolao et Paulo, filiis condam Nicolai filii Myholch de Zenche, super nota infidelitatis, in quam iidem cum eodem patre ipsorum certis ex causis inciderant, graciam et misericordiam fecerimus, tamen quia nunc ex relacione magistri Nicolai dicti Paharus nobis facta accepimus, quo^ modo iidem vigore dicte gracie eis modo quo supra facte, castrum Sopploncha, quod condam Petro dicto Paharus patri dicti magistri Ni* colai et eius successoribus propter infidelitatem premissam condona* ramus ab ipso vel suis successoribus requirere et reoptinere niterentur, ideo future fraudi preuisa caucione volentes obuiare, vt litis materia, que emergenda in temporibus posset oriri super premissa nostra pre* uisione, suffocetur et ne falsitas preiudicet veritati declaramus, quod premissa nostra gracia ipsis filiis Nicolai filii Myholch facta ad illas dumtaxat possessiones, quas h^bent pre mantbus, robur obtineat et vi*

> SHjedi precrtano »quindenas ferie secunde proxime post predictum festum.

*> Slijedi precrtano: octauas ferie secunde proxime post festum.

gorem volumuš extendere, exceptis tamen et saluis castris et possessi* onibus pro dicta infidelitate cuiquam et špecialiter ipsi olym Petro *et* per consequens dicto magistro Nicolao Paharus condonatis vel pro nobis reseruatis, in quibus eisdem filiis Nicolai filii Myhofch et eorum successofibus habita cum baronibus nostris deliberacione duxhnus si* lencium perpetuum inponendum, ymmo et vigore presencium inpo- tiimus adeo, vt dićta gracia tam prima quam nostra et littere exinde confecte intra vel extra iudicium, quoad assecucionem possessionis et acquisicionem ac reoptencionem dicti castri Sopploncha et eius pos* sesionum aac,terrar,um nocumentum vel preiudicium aliquod inferre non valeat neque possit, mandantes cunctis regni hostri iudieibus et iustU ciariis presentibus et futuris, vt ipsum magistrum Nicolaum Paharus et suos successores contra formam premisse nostre commissionis intra vel extra iudicium non audeant racione dicti castri perturbare vei trahere eorum ad examen, sed silencium obseruent dictis filiis Nicolai filii My* holch et taciturnitatem in hac parte. Datum in Wyssegrad in festo beati Mychaelis archangeli, anno domini millesimo CCC[mo] LXX[mo] octauo.

Iz izvor. potvrde firaffa Sigismunda odg. 1388. 9- januara na perg. u 6r. ugar. drz. arfiiva u BPesti. M. O. D. L. 34io7. - Stara sign. N R. A. fasc. 646 No 12.

295.

1378. 1. oktobra. *(U* Cazmi).

Pred fiaptofom čazmanskim odriče se Katarina udova Petra Bu dora djevojačke četvrline u korist svoga Brata Dominifia, jer joj je ovaj pomagao u odgoju i opremi njezine djece.*

. . . Octaua stquidem et vltima earundem videlicet eiusdem ca* pituli Chasmensis littera priuilegialis feria sexta proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo septua* gesimo octauo edita declarabat, quod nobilis domina Katherina vocata filia condam Jacobi Pariii filii Michaelis relicta Petri filii Bodor tam pro suis quam pro Michaele, Georgio et Johanne filiis, item Marga= retha, Chala, altera Margaretha et liiska, filiabus suis onus ipsorum super se assumpmendo a parte vna, ab altera autem Dominicus filius eiusdem Jaeobi, fratris eiusdem domine carnalis, coram dicto capitulo personaliter constituti eadem domina Katherina dixisset et sponte con* fessa extitisset, vt quia prefatus Dominicus frater suus post mortem annotati Petri mariti sui in subleiiandis, nutriendis ipsis pueris suis pia

super ipsos gestans visscera multa bona intullisset et tempore nupci*-arum prelatarum filiarum suarum ab eodem Dominico fratre suo qua* draginta marcas denariorum plene recepisset et integre, igitur ipsa iti recompensacionem huiusmodi bonorum operum ac eciam pro ipsis qua^ draginta marcis denariorum super quarta filiali ipsam iuxta regni con* suetudinem de possessionibus Konzka, Zelnycha, Drasoucz et Chanow vocatis contingente prefatum Dominicum fratrem suum commisisset et relinquisset expeditum,

DosCovni izvadak iz izvor, (istine Bana UCrifia CeCjskoga ođ g. 1454. 25~ januara na pergam, u ugar, drzav. arfiivu u BPešti: M. O. D. L. 34oll. — Stara signat. N. R. A. fasc. 1675 No 19.

296.

1378. 12. oktobra. U Križevcima <Crisii>.

Petar Cirfie podBan i župan križevačfii svjeđoči, da Je Toma sin Befie pocinio mnoge štete Ivanu zvanom Cheze i zeni mu SviKi,

Nos Petrus Chyrke, vicebanus et comes Crisyensis ac iudices nobilium eiusdem comitatus, damus pro memoria, quod cum nos nobiles viros magistrum Adam litteratum vnum ex nobis iudicibus nobilium ac Mychaelem filium Fabiani et Paulum filium Iwan de genere Voyk$_A$ homines nostros, per petitionem Johannis dicti Cheze de Canyoch et nobilis domine Zuilka vocate consortis sue ad infrascriptam inquisicU onem faciendam legitime destinassemus, tandem iidem ad nos exinde reuersi nobis concorditer retuferunt, quod ipsi ab omnibus quibus de^ cuisset et licuisset talem de infrascriptis sciuissent veritatem, quod Thomas filius Beke circa festum natiuitatis beate virginis nunc prete^ ritum vnam dietam milii iobagionis ipsius Johannis et consortis sue pro se ipso metere et asportari necnon plurimas arbores fructiferas succidi, quasdam eciam metas eorundem destrui et anichilari ac quedar» fenilia seu prata eorundem Johannis et domine per equos et pecora sua depasci, quedam metere et asportari fecisset, et quod eciam circa festum penthecostes prefatam dominam consortem ipsius Johannis dicti Cheze interficere voluisset et ewaginato biccello in curiam eiusdem af* fugasset, culpa sine omni, sua auctoritate mediante, Datum Crisii feria tercia proxima post octauas festi beati Mychaelis archangeli, anno domini millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} octauo.

Na Brptu: Pro Johanne dicto Cheze et domina consorte sua contra Thomam filium Beke de Kanyouch super intrascriptis inqui* sitoria.

Izvornifi na papiru u ugar. drz. arfiivu u BPesti. M. O. D. L. 35255- - Stara stgnatura: Acta monasterii Garig fasc. IL No 34.

*Na Brptu se viđi trag triju pečata Bojima Btjaše fistina zatvorena**

297.

1378. 13. oktobra. U Zagrebu. <Zagrabie>,

Petar Zudor 6an odgada po vofji stranafta parnicu izmedu sinova Ladisfavovifi i sinova Tominih.

Nos Petrus Zudor, regni Sclauonie banus, damus pro memoria, quod causam, que inter Thomam et Benedictum filios Ladislai de Rakounok personaliter astantes et inter Nicolaum filium Johannis, LadU slaum et Thomam, filios Thome de eadem, similiter personaliter com= parentes iuxta continenciam Jitterarum Petri Chyrke, vicebani et comitis nostri Crisiensis, pro rogotariarum in octauis festi beatt Mychaelis ar* changeli super factis in quibusdam litteris capituli ecclesie Zagrabiensis prorogatoriis contentis vertebatur coram nobis de parcium voluntate ad octauas festi epiphaniarum domini nunc venturas sub forma fiende pacis duximus prorogandam. Datum Zagrabie, octauo die termini prenotati, anno domini M[m0] CCC[mo] LXX[mo] octauo.

Na Brptu: Pro Thoma et Benedicto filiis Ladislai de Rakounok contra Nicolaum fiiium Johannis de eadem et alios intrascriptos ad octauas festi epiphaniarum domini prorogatoria.

Izvornifi na papiru u zemafj. arkivu u ZagreBu: Docum. med. aevi a. 1378.

Na Brptu fistine viđi se trag pritisnutoga pečata kojim Bijaše fistina zw tvorena.

Na Brptu suvremena Bifješfia: Ad communem inquisicionem nobilium in Rauain<!> exinde in otauo die diey medii quadragesime hic in Crisio presente testi* monio capituli Zagrabiensis.

298.

1378. 13. oktobra. U Zagrebu. ^Zagrabiae).

Petar Zudar 6an odgada raspravu Ivana Ceze proti Tomi Beliinu.

Nos Petrus Zudor, regni Sclauonie banus, damus pro memoria, quod causam quam Johannes dictus Cheze de Kanyeuicha et nobilis domina Zvylka vocata consors ehisdem pro quibus Endre filius Thome

cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Chasmensis astitit contra Thomam filium Beke, pro quo assumptor termini comparendo terminum assumpsit, iuxta continenciam litterarum predicti capituli Chasmensis citatoriarum pariter et inquisitoriarum in octauis festi beati Mychaelis archangeli mouere habebat coram nobis racione prioritatis termini ad octauas festi beati Georgii martiris nunc venturi duximus prorogari. Datum Zagrabie octauo die termini prenotati, anno domini millesimo CCC° LXXmo octauo.

Na hrptu: Pro Johanne dicto Cheze et domina Zwylka consorte sua contra Thomam filium Beke ad octauas festi beati Georgii mar* tiris prorogatoria.

IzvorniM na papiru u ugar. drz. arMivu u BPešti: M. O. D. L. 35256. Stara sign. Acta monast. Garig fasc. II. No 35-

Na Brptu se vidi trag pečata fiqjim bijaše pismo zatvoreno,

Na hrptu su suvremene note: Ad iuramentum domine actricis se submisit in capitulo Chasmensi Secundo die Baptiste octauo ad iudicem. Paria Andree filii Ladiha in Chasmensi.

299.

1378. 13. ofctobra. U Rimu. <Rome>.

Papa UrBan VI. nafaze BisRupu firčRom da uzme novo izaBrana opata samostana sv. Marije na KrRu po imenu Krševana u zaštitu.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . .*> episcopo Veglensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas diuine propiciacionis intuitu oportuni presidii et fa- uoris gracia prosequaris. Dudum siquidem prouisiones omnium mona^ steriorum extunc in ante uacaturorum per prouisiones de preiatis eorum ubilibet constitutis ad alia monasteria tunc uacantia et in po- sterum uacatura per nos seu auctoritate nostra faciendas ordinacioni et disposicioni nostre duximus reseruandas decernentes ex tunc irritum ct inane si secus super hiis per quoscumque quauis auctoritate sci= enter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum uero mona* sterio sancte Marie de Castellione ordinis sancti Benedicti Veglensis diocesis ex eo uacante, quod nos nuper de persona dilecti filii Cerne sancti Grisogoni Jadrensis dicti ordinis tunc dicti sancte Marie mona^ steriorum abbatis licet absentis prefato monasterio sancti Grisogoni

*> U orig. mjesto imena.

tunc uacanti de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica du* ximus prouidendum preficiendo ipsum eideni monasterio in abbatem, •nos ad prouisionem dicti monasterii sancte Marie, de qua nullus pre* ter nos ea uicc.se intromittere potuisset neque posset, reseruacione et •decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum longe- vacaci* •onis subiaceret incommodis paternis et solicitis studiis intendentes post <fefiberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio sancte Marie personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus -diligentem demum ad dilettum ◇ filium Grisagonum ◇ Georgii abbatem predicti monasterii sancte Marie de Casteflione tunc monachum sancti Proculi Bononiensis dicti ordinis monasteriorurn ordinem ipsum ex* presse professum et in sacerdotem constitutum, cui de religionis zefo, litterarum sciencia, uite ac morum honestate ac aliis multiplicum uir* tutum meritis fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nostre mentis, Quibus omnibus attenta meditacione pensatis de persona dicti OriSogoni nobis et dictis fratribus ob' dictorum suorum exigentium me* ritorum accepta eidem monasterio sancte Marie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica prouidimus ipsumque iffi prefecimus in abbatem curam et administracionem ipsius monasterii sancte Marie sibi in spirituafibus et temporafibus pfenarie committendo, in illo qui dat jjracias et largitur premta confidentes, quod dirigente domino actus suos prefatum monašterium sancte Marie per sue industrie et circumspec- tionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata :in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Cum igitur, ut idem Grisogonus abbas in commissa predicti monasterii sancte Marie sibi cura facilius proficete uafeat, tuus fauor ei fore noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apo- stolica tibi scripta mandantes, quatenus predictum Grisogonum abbatem et commissum sibi monasterium ordinario iure tibi subiectum habens pro nostra et dicte sedis reuerencia propensius commendatos in amplU andis et conseruandis iuribus suis, sic *eos* tui fauoris presidio prose- <juaris, quod ipse Grisogonus abbas tuo fultus auxilio in commisso sibi monasterii prefati regimine se possit utilius exercere tuque diuinam misericordiam uafeas exinde uberius promereri. Datum Rome apud sanctum Petrum, III idus octobris, pontificatus nostri anno primo.

Izvornifi na pergam. u gubern. ark. u Zadru (odio sam. sv. Krsevana Kaps. 1>III. No 114).

Na fistini nafazi se uzica od bonopfje a pečatje otpao.

Na pravoj strani na zavoju: Б de Dauentria.

Na hrptu: Jacobus de Fuigine.

300.

1378. 13, oktobra. II Rimu ^Rome).

Papa UrBan PL nafaze Bonventu samostana sv. Marije de Ca^ steffione CKošfjunJ na Krfiu, da sfušaju novo izaBranog opatcr Krševana.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis conuentut monasterii sancte Marie de Castellione ordinis sancti Benedicti Ve» glensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Summi dispo* sitione rectoris ad regimen uniuersalis ecclesie deputatt curis assiduis angimur, ut opem et operam quantum nobis ex alto conceditur impen» damus, quod orbis ecclesie et monasteria uniuersa pastorum regiminibus- destituta per nostre prouidentie ministerium viris ydoneis committantur, qui scianr, uelint et *ualeant* ecclesias et monasteria ipsa eis commissa. studiose regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem prouisiones om- nium monasteriorum extunc in antea vacaturorum per prouisiones de prelatis eorum ubilibet constitutis ad alia monasteria tunc uacantia et: in posterum uacatura per nos seu auctoritate nostra faciendas ordi« nationi et dispositiom* nostre duximus reseruandas decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum uero monasterio- vestro ex eo uacante, quod nos nuper de persona dilecti filii Cerne sancti Grisogoni Jadrensis ordinis sancti Benedicti, tunc eiusdem vestri mona^ steriorum abbatis iicet absentis prefato monasterio sancti Grisogoni tunc uacanti de fratrum nostrorum consiiio auctoritate apostolica duximus- prouidendum preficiendo ipsum eidem monasterio in abbatem nos ad prouisionem dicti vestri monasterii, de qua nulius preter nos ea uice se intromittere potuerat neque poterat reservatione et decreto obsisten^ tibus supradictis, ne monasterium ipsum longe vacationis subiaceret in^ commodis, paternis et solicitis studiis intendentes post deliberationem,. quam de preficiendo eidem uestro monasterio personam utiiem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diiigentem, demum ad di* (ectum filium Grisogonum Georgii abbatem dicti nostri tunc monasterii sancti Proculi Bononiensis dicti ordinis monasteriorum ordinem ipsum. <expresse> professum et in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, lkterarum sciencia, uite ac morum honestate aiiisque muitipiicium uir* tutum meritis fide digna testimonia perhibentur direximus oculos nostre: mentis. Quibus omnibus, attenta meditatione, pensatis de persona eius*- dem Grisogoni abbatis nobis et dictis fratribus ob dictorum suorumt

exigenciam meritorum accepta eidem vestro monasterio, de dictorunr fratrum consilio, auctoritate apostolica prouidimus ipsumque Griso^ gonum illi prefecimuS in abbatem, curam et administrationem dicti uestri monasterii sib<i> in spiritualibus et temporalibus plenarie commictendo, in illo qui dat gratias et largitur premia, confidentes, quod dirigente do=^ mino actus dicti Grisogoni abbatis prefatum vestrum monasterium per ipsius Grisogoni industrie et circumspectionis studium fructuosum re- getur utifiter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus susciptet incrementa. Quoctrca discretioni vestre per apo~ stofica scripta mandamus, quatinus eundem Grisogonum abbatem tanquanr patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac- exibentes sibi obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas eius sa^ lubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, afiquin <> sentenciam, quam idem Grisogonus abbas rite tuferit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inuiolabilifer obseruari. Datum Rome apud sanctum Petrum, III. idus octobris, pontificatus nostri anno primo.

IzvorniM na pergameni u guBem arfi. u ^Zađru Cođio sam. sv. Krševana Kaps. VIII. No 1П.J*

Na fistu visi o konopfjanoj uzici ofovni pečat s natpisom: URBANUS' PP VI.

Na zavoju: Jacobus de Fulgineo.

Na Brptu suvremena Bifješ&a:

Pro abbate sancte Marie de Castiflione Veglensis diocesis pro fratre Griso- gono de Jadra monacyo sancti Proculi de Bononia abbate ut supra sancte Marie^

301.

1378. 2. novembra. U Križevcima <Crisii).

PodBan Petar Cirke mofi zagreB, Raptof, da istrazi nasifja fioja je učinio Petar Surjev Sefeni Hćeri Pavfa Zedine, Kati, EfisaBeti f Margareti Rcerima Bfaza.

Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Zagrabiensis Petrus Chirke^ vicebanus et comes Crisyensis, amiciciam paratam cum honore. Di^ citur nobis in personis nobilis domine Elena vocate filie Pauli dicti Zedyna, filii Petri de Kozowch, item Katherine, Elizabet et Margarete filiarum Blasii filii Iwan de dicta Kozouech, quod ipse domine et pre^ decessores earundem ab olim postquam serenissimus princeps dominus Lodouicus dei gracia rex Hungarie eandem possessionem Kozowch vocatam eidem Paulo Zedyna et suis heredibus noue sue donacionis^

titulo perpetuasset semper iri pacificb dominib etusdem perstitisseht et permansissent, nunc vero Petrus litteratus filius Georgti condam soro* rius earundem dominarum post morterii nobilis domine Ilena vocate, consortis sue, sororius videlicet ipsius domine Blene, triginta pecora minus duobus, septuaginta porcos, duos equos et quedam arma necnon •quadraginta duas marcas promptorum denariorum ac litteralia instru* menta ipsius domine iuxta libitum sue voluntatis abstulisset, deportasset et depeliisset. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diii^ genter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas filius Beke de Kanyeuicha vel Egidius filius Gyuke de Pangrachouch aut Demetrius fifius Nicolai de Gresencha siue Gre^ gorius filius Johannis de Garyg aliis absentibus homo noster ab omni* bus[1]) decet et licet diligenter de premissis investigando sciat et inquirat •omnimodam veritatem, et post hec prout vobis exinde veritas consti* terit nobis amicabiliter rescribatis. Datum Crisii, secundo die festi om* nium sanctorum, anno domini M° CCC^{00} LXX^{mo} octauo.

Iz izvornog izvješća zagreb. kaptofa ođ gođ. 13J8. 12, nov, na papiru u мдаг. đržav. arfa'vu u BPešti: M. O. D, L. 35-257- — Stara signatura: Acta jnonast. de Garig fasc. 1L No 30.

302.

1378. 12, novembra. U Zagrebu <Zagrabie>.

Petar Cirfie, podBan i župan firizevačiti, mofi kaptof zagreBačBt da izašafje svog pouzdanika. da Bude prisutan Bod predaje neIIIB posjeda medu parBenim stranfiama.

Dominis et amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Zagrabiensis Petrus Chirke, vicebanus regni Sciauonie et comes Crisyensis, amici* -ciam paratam debito cum honore. Dicit nobis Petrus fiiius Stephani in sua ac Benedicti literati, Johannis et Petri, filiorum Andree fiiii Warysa de Zelch, quod ipsi iuxta continenciam literarum domini nostri "bani patencium et composicionalium Stephano et Nicolao filis Stephani filii Peterke de eadem Zelch quasdam duas sessiones et quinque vineas ac viginti mensures <!> terre wlgariter meth vocatas in ipsis litteris domini nostri bani limpidius expressas dare et assignare octauo die festi omnium sanctorum nunc proxime preteriti procul dubio prompti ^ssent et parati. Et quia vester et noster homines ad hoc necessarie sunt transmittendi, pro eo vestram amiciciam presentibus requirimus

[1]) Izostavljeno »a quibus«.

reuereriteiy quaterius vestrum mitatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas filius Lyuban de Zienicha vel Valen^ tinus fifius Lucasii de Bednichi aut Thomas fifius Emrici de Plauicheuo-seu Philippus filius Andree de Vynodal, aliis absentibus homo domini nostri bani, iiluc personaliter accedendo dictam assignacionem seu do* nacionem dictarum duarum sessionum et quinque vinearum ac viginti mensuras terre ejsdem Stephano et Nicolao filiis Stephani filii Peterke per predictos Petrum filium Stephani et Benedictum literatum, Johannem et Petrum filios Andree iuxta continenciam dictarum literarum compo^ sicionalium ipsius domini nostri bani per eosdem inibi exhybendarum factam euidenter videat et intueatur conscienciose,- et post hec prout vobis certitudo constare- poterit domino nostro bano amicabiliter res~ cribatis. Datum Zagrabie feria sexta proxima post festum beati Emrict ducis, anno domini M° CCC^{mo} LXX^{mo} octauo.

Cod. cfipf. com/t. Ztc£y T. IV. p. 84-85.

303.

1378. 12. novembra, <U Zagrebu).

ZagreBaćfii Raptof izvještava podBana o nasifjima fioja je Petar Đurin pocinio na imanju Kozovcu, na stetu svojih rođa&a.

Nobili viro magistro Petro Chirke, vicebano et comiti Crisyensi, amico eorum honorando, capitulum ecclesie Zagrabiensis amiciciarr* paratam cum honore. Nouerit vestra amicicia nos litteras vestras rece* pisse in hec verba:

CSfijedi fistina od 2. novemBra 13J8.J

Nos igitur amicabilibus peticionibus vestris annuentes vna cum prefato Thoma filio Beke, homine vestro, virum discretum Georgium presbiterum chori ecclesie nostre prebendarium, hominem nostrum fide^ dignum, ad premissa exequenda pro testimonio duximus transmittendunu Qui demum ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi illic personaliter accedentes ab omnibus a quibus decuisset et Hcuisset illarum parcium hominibus palam et oculte inuestigando talem de pre^ missis meram et omnimodam sciuissent veritatem, quod supradictus Petrus litteratus filius Georgii, sororius videlicet predictarum domi* narum, post decessum prenotate domine Elene coniugis sue supradictos duos equos et aliqua pecora adque <Þ aliquos porcos necnon eciam aliquam quantitatem pecunie, de quorum certo numero et quantitate sciscitari suo modo nequissent et nichilominus aliqua litteralia instru^

-menta ipsas dominas contingencia, specialiter vero litteras, mediantibus 4juibus serenissimus princeps dominus noster Lodouicus illustris rex JHungarie easdem et illas dominas in duabus possessionibus in filios prefecisset legitimos et heredes, iuxta sue voluntatis libitum abstulisset et quo sue placuisset voluntati asportasset et quod eciam dicte nobiles -<Iomine et earum progenitores a multis retroactis temporum spaciis in pacifico dominio ipsius possessionis Kozouch permansissent et nunc permanerent in eadem. Datum feria sexta proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini supradicto.

Izvorm'6 na papiru u ugar. drz. arkivu u BPesti M. O. D. L. 35>257- JStara sign. acta monast. Garig fasc. II. No 36.

Na Brptu fistine viai se trag pritisnuta pecata%

304.

1378. 13. novembra. *(U* Zagrebu).

ZagreBacfci Haptof prepisufe fistinu firafja Karfa C1323. 21. sept.J Лoja sadržaje povfastice dane Cg. 131Q. lo. januaraj Ivanu i Jurju sinovima Ivačina.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes si* ;gnificamus tenore presencium quibus expedit vniueris, quod Martinus filius Philippi filii Iwan filii Iwachini de Kozouch districtus de Gre* senche ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit et appor* tauit nobis litteras priuilegiaies quondam excellentissimi principis do^ •jnini Karoli illustris regis Vngarie felicis memorie dupplici et autentico sigillo eiusdem consignatas cpnfirmantes et approbantes alias litteras eiusdem priuilegiales super exempcione a iobagionatu castri confectas, tenoris infrascripti petens nos debita precum instancia, vt easdem de verbo ad verbum transscribi et litteris nostris patentibus inseri face* remus ad cautelam. Quarutn tenor de verbo ad verbum talis est:

fSfi/edi fistina Hrafja Karfa od g. 1323. 21. septemBra CCod .dipf. IJC. p. 134. J kojom potvrdjuje svoj privifegij od goc' 13ip. lo. januara CCod dipf. VIII p. 52oJ.

Nos itaque iustis et iuri consonis peticionibus ipsius Martini filii Philippi annuentes supradictas litteras regias priuilegiales de verbo <ad verbum transsum>mi et presentibus litteris hostris patentibus inseri fecimus vberiorem ad cautelam. Datum in festo beati Briccii episcopi confessoris, anno domini M°.C°CC.LXX^{ra0} octauo,

Izvornifc na papiru u ugar. drž. arkivu u BPesti. M. O. D. L, 35165. .Stara signatura: Acta monasterii Garig. fasc. II. No 32.

Na Brptu fistine vidi se trag pritisnuta pečata.

305.

1378. 24. novembra. U Rimu <Rome>.

UrBan VL papa dopušta cfa duBrovacRa opcina za vrijeme ocf 29 .godina pfaca u ime otfiupa desetine stonsRome Biskupu paušafnu svotu od loo duRata godišnje.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri . . . episcopo Tribuniensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad ea, <jue vtilitatem et commodum ecclesiarum et ecclesiasticarum perso* narum respiciunt libenter intendimus, illaque prosequimur fauoribus opportunis. Dudum siquidem pro parte venerabilis fratris nostri Joannis, •episcopi Stagnensis, exposito felicis recordationis Gregorio pape XI. predecessori nostro, quod dilecri filii ciues et incole et habitatores ciui^ tatis et diocesis Stagnensis, qui a longinquis retro temporibus scis- matici et infideles fuerant, ueram et catholicam fidem agnoscentes ad •ecclesie unitatem erant reuersi, quodque dicti ciues, incole et habita- tores quendam iniquitatis filium, qui secundum ritum Grecorum et scismaticorum episcopatum et ecclesiam Stagnensem iam diu detinuerat •occupatos, de ciuitate et diocesi predictis expulerant eidem Joanni -episcopo indebite recusauerant et recusauerunt de decimis et aliis iuri^ Sus episcopalibus per eos sibi debitis respondere, asserentes se super illis cum eodem eptscopo iuxta arbitrium apostolice sedis componere uelle, prefatus predecessor tibi per suas dedit litteras in mandatis, ut uocatis dilectis filiis rectoribus parochialium ecclesiarum dictarum ciui* tatis et diocesis et aliis, qui forent euocandi de premissis omnibus et singulis et eorum circumstantiis vniuersis et presertim, quid et quantum ciues et incole ac habitatores predicti eidem episcopo pro huiusmodi •decimis et aliis iuribus exhibere uellent et an eidem episcopo a ciuibus, incolis et habitatoribus predictis alique decime deberentur auctoritate apostolica te diligenter informares et quicquid per informationem hu- iusmodi reperires eidem predecessori per tuas patentes litteras manu publica scriptas, tuoque sigillo munitas referre curares, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem postmodum, sicut tue littere eidetn predecessori transmisse continebant, tu uigore dictarum litterarum eiusdem predecessoris te de premissis et eorum circumstantiis vniuersis diligenter informans repereris, quod cum olim ciuitas et diocesis pre^ dicte per Grecos et scismaticos diu detente fuissent, dilecti filii com^ mune ciuitatis Ragusine predictas ciuitatem et diocesim Stagnensem et -earum terras ad ritum catholice fidei reduci fecerant et quod ciues et

incole ac habitatores predicti asserentes, quod nunquam de ipsorum bonis et rebus aliquas decimas persotuerant, prefato episcopo aliquas decimas soiuere denegabant et quod predicti commune ciuitatis Ragu^ sine, qui etiam multas possessiones et bona in dictis ciuitate et dio* cesi Stagnensi obtinebant, parati erant recipere ad firmam pro certo-tempore pro centum ducatis auri annuatim a predicto episcopo fructus-huiusmodi decimarum. Quare pro parte dicti episcopi nobis fuit hu^ militer supplicatum, ut concedendi ad firmam huiusmodi fructus pro-dicta summa licentiam concedere de speciali gratia dignaremur. Nos-igitur huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica. scripta mandamus, quatinus si est ita, prefato episcopo auctoritate apo^ stolica concedas, ut fructus huiusmodi decimarum usque ad viginti nouem annos a data presentium computandos predictis communi ad firmam concedere ualeat pro certa pecunie summa annuatim eidem episcopo, vel successoribus suis episcopis Stagnensibus, qui erunt pn> tempore persoluendi. Contradictores auctoritate nostra appellatione post^ posita compescendo, non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter vel diuisim a sede apostoiica sit induitum, quod interdici, suspendi vel excommu^ nicari non possint per litteras apostolicas non facientes pienam et ex~ pressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud sanctam Mariam trans Tiberim, VIII. kalendas de-- cembris, pontificatus nostri anno primo. P. de Montella.

Originaf u DuBrovačkom arfiivu, vrpce ostafe, pečat otpao. ZBirfia Saec Tarfati Myr. sacr. PL 334.*

306.

1378. 2. decembra. <U Zagrebu).

Kaptof zagreSačfii izvještava Bana Petra Zudora cfa je na njegovu prošnju Cod 5- novemBra J37S.J izasfao s BansSim povjereniHom svoga covjefia da uvedu Stjepanove sinove u posjed nefiih cestica, afi da su oni primifi samo dva sefišta.

Magnifico viro domino Petro Zudor regni Slauonie bano, amico eorum reuerendo, capitulum ecclesie Zagrabiensis, amiciciam paratam cum honore. Nouerit vestra magnificencia nos iiteras magistri Petri Chirke, vicebani vestri et comitis Crisyensis, recepisse in hec verba:

CSfijedi fistina od 5- novemBra J37S.J

Nos igitur amicabilibus peticionibus ipsius magistri Petri Chirke anuentes vna cum eodem Philippo filio Andree, homine vestro, virum discretum magistrum Martinum, socium et concanonicum nostrum, ad premissa peragenda pro testimonio duximus transmitendum. Qui demum ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod dum ipsi octauo die festi omnium sanctorum proxime preteriti ad facies dictarum duarum sessionum et quinque vinearum ac viginti mensurarum terrarum meth vocatarum pariter accessissent et memoratus Petrus filius Stephani, Benedictus literatus, Johannes et Petrus, filii Andre filii Warise predicti ipsas sessiones, vineas et terras in presencia eorundem vestri et nostri hominum ipsis filiis Stephani iuxta continenciam vestrarum literarum dare et assignare voluissent, ipsi filii Stephani filii Peterke dictas vineas et terras recipere et habere noluissent, sed ipsas duas sessiones re^ cepissent. Datum feria quinta proxima ante festum beate Barbare vir^ ginis, anno domini supradicto.

Izuana; Domino bano pro Petrp filio Stephani de Zelch et aliis intrascriptis, contra Stephanum et Nicolaum, filyos Stephani filii Pe^ terke inquisitorie,

*Cocf. dipf. comitum Zichy T W. p. 84.-85**

307.

1378. 11. decembra. <U Sibeniku).

SiBencani izvjestavaju Bana Nikofu fiafio su Mfečani popafifi 5i BeniB fioji nije dovofjno Branjen.*

1378. die 11. decembris. Thomas quondam Dominici sindicus SU benici Jadre coram bano Nicolao protestatur Venetos Sibenicum exus* sisse, quia non habuerunt milites ab eo requisitos tocies ad resistendum, et quod peiora timentur ob instaurationem ciassis Venetorum.

Lucius: Memorie đi Trau. p. 3/o.

308.

1378, 18, decembra. U Rimu <Rome).

Marin, izaBrani Bisfiup TarentinsHi, Homornifi papin, riješava Kr= ševana, Bisfiupa trogirskoga, proHfetstva, u koje Bijaše pao radi desetind.

Uniuersis et singulis presentes iiteras inspecturis Marinus, mise^ ratione diuina electus Tarentinus, domini pape camerarius, salutem in

domino. Vniuersitati vestre notum facimus, quod reuerendus in Christo pater et domtnus dominus Litus, dei gratia episcopus Immolensis, do^ mini nostri pape prefati thesaurariiis, locumtenens et commissarius no* ster, die date presencium absoluit iuxta formam ecclesie consuetam et restituit participacioni fidelium et sancte matris ecclesie vnitati reue- rendum in Christo patrem dominum Grisogonum olim Arbensem, nunc vero Traguriensem episcopum in personam presbiteri Nicolai quondam Christofori de Rodanis, canonicum cathedralis ecclesie Arbensis pro^ curatoris sui ad hoc sufficiens mandatum habentis id humiliter implo^ rantem a quadam excomunicacionis sentencia in eundem dominum epis= copum lata auctoritate dicte camere <et> quam incurrit eo, quod ex parte domini Petri, olim archiepiscopi Arelatensis, tunc domini pape came* rarii, monitus, ut de quingentis florenis auri de camera, in quibus apo^ stolice camere tenebatur et erat obligatus pro eo, quod de fructibus, redditibus et prouentibus ecclesie Nonensis apostolice camere obligatis occasione cuiusdam debiti quatuor milium florenorum auri de quibus reuerendus pater dominus episcopus Nonensis cum dicta camera com= posuerat, habuerat, receperat et leuauerat nomine camere antedicte sa= tisfaceret infra certum terminum competentem vel compararereret <!> coram dicto tunc camerario et satisfacere seu comparere non curauit pro eo, quod dictus procurator de stando et parendo mandatis dicti domini thesaurarii et nostri locumtenentis et comissarii et nostris corporale prestitit ad sancta dei euangelia iuramentum et quia magister Thomas de Ficichio procurator fiscalis camere apostolice antedicte absolucioni huiusmodi suum assensum prebuit liberalem pariter et consensum, Qua^ propter vniuersis et singufis archiepiscopis, episcopis et quornrumcumque officialibus, ecclesiarum rectoribus et capellanis curatis per quascumque ciuitates et earum dyocesis constitutis et eorum loca tenentibus ad quos presentes litere perueniunt damus tenore presencium districtius in mandatis, quatenus ipsi et quicumque ipsorum fuerint requisiti per se vel alium seu alios prefatum dominum episcopum Traguriensen quo^ ciens et quando, quomodo et qualiter et vbi fuerit opportunum sic ab^ solutum et gremio sancte matris ecclesie restitutum publice nuncient vel faciant publice nunciari,- arestum uero, si quid in fructibus, red^ ditibus et prouentibus dicte ecćlesie Traguriensis propterea est appo- situm, quod tenore presencium relaxamus eciam relaxetis et faciatis eidem de fructibus, redditibus et prouentibus ipsius ecclesie integre res= ponderi, nisi alias et alia de causa fuerint arestati. In cuius rei testi^ monium presentes litteras fieri fecimus et appensione nostri cameriatus ojficii sigilli muniri. Datum Rome, die XVIII. mensis decembris, anno

domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, pontificatus do* mini nostri domini Vrbani pape VI[t!] anno primo.

Izvornifi fta pergam. u ar£. fiaptofa u Trogiru No loj. Na fistini viđi se trag, gaje je o vrpci visio pečat.

309.

1378, U Pakracu. <In ecclesia b. virginis de Pufcur).

ArBidjaBonu Matiji BeBšinsBom javfjaju notarsBom ispravom nje govi povjerenici, svećenici zagreBačfce dijeceze, o uBistvu njegova povjereniBa svećeniRa Nikofe BiBonova, i drugim nasifjima.*

Honorabili et discreto viro domino Mathie archidiacono de Be* xin, canonico ecclesie Zagrabiensis, iudici cause infrascripte a sede apostolica specialiter deputato, oracionum suflragia deuotarum, Dyo-* nisius de Bela, Nicolaus de Pukur, Mathias de genere Voyk, Stephanus de Superiori Izdench et Martinus de Dimichkouina, sacerdotes ecclesiarum parochialium rectores diocesis Zagrabiensis. Nouerit vestra reuerenda dominacio nos litteras vestre paternitatis clausas nobis per vos directas reuerencia qua decuit recepisse in hec verba:

fSfifedi pismo arcidjaRona BekšinsBoga od g. 1378. lo. au gustaj.*

Nos igitur mandatis vestre paternitatis, ymo verius apostolicis, obedire cupientes vt tenemur, receptis dictis litteris vestris nobis directis, feria tercia post festum decolacionis sancti Johannis Baptiste nunc proxime preteritum iuxta continenciam litterarum vestrarum earundem in districtibus Dobrakuche et Bele ac Pukur vna cum publicis notariis et testibus infrascriptis simulcum procedentes ab omnibus viris religiosis, sacerdotibus, laicis et clericis cuiusuis status earundem parcium hominibus palam et occulte inquirendo et inuestigando, talem de premissis meram et omnimodam conperimus et resciuimus veritatem, quod dum Nicolaus annotatus Byconis sacerdos, rector ecclesie beate virginis in Inferiori Izdench et prebendarius chori ecclesie Zagrabiensis bone memorie, vester subdelegatus, vna nobiscum similiter vestris sub-» delegatis facto *in* premisso et aliis consociis nostris fidedignis testibus de alienacione cuiusdam capelle in honore sancti regis Ladislai in loco Sub Bor appellato constructe, que per Petrum Johannis, presbiterum de [zdench, Zagrabiensis diocesis, Adam litteratum et suos fratres et pro-* ximos fore extitit disiuncta et de detencione ac occupacione eiusdem rerum et bonorum prescripte parochie prelibati Petri rectoris inquisi=

uissemus, tunc rescita ipsa veritate et expleto dicto mandato vestro, ymo verius apostolico idem Nicolaus Byconis sacerdos feria quarta proxima post festum beate Marie Magdalene nunc preteritum ad pa[e] ternitatem vestram cum quibusdam litteris ipsius ecclesie beate virginis scilicet de Dobrokucha(!) redire volebant<!>, magister prelibatus Adam litteratus, Fabianus et Emiricus Pauli, fratres carnales eiusdem et Andre detentores rerum et bonorum sepefate ecclesie beate virginis de Do= brokucha dicte Zagrabiensis diocesis maligno spiritu imbuti, dei timore postposito, cum eorum satelitis et sceleratis complicibus sibi coadunatis eidem Nicolao Bychonis<!> presbitero vestro subdelegato ex hostili et nequiciosa ac dampnabili informacione seu suggestione et induccione dicti Petri Johannis et alterius Petri Hernkonis presbiterorum dicte ca- peile detentorum mortis insidiis in loco ad hoc per ipsos sceleriter de* putato eundem Nicolaum Bychonis in presencia vestra<!> vna cum viris discretis Blasio Vichearde de Sincha et dicto Dyonisio de Bela modo consimili vestro subdelegato causa in premissa procedente hostiliter in* vadentes non parcentes ipsius innoxietati nec sacerdotali dignitati de= serentes diuinam vlcionem pertimescentes, sed nec iuris rigorem verentes diuersorum wlnerum plagis afficientes, vltimate vero in conspectu dic* torum Dyonisi et Blasii sacerdotum et Nicolai Pauli clericis<!> dicte dio* cesis et Lourandi Herkonis laycis <! > propter quasdam litteras ipsius ma= tris ecclesie capitis troncacione plectentes absque omni pietatis et minima crudeli nece interemerunt omni sua sine culpa et aliqua litteralia instru- menta ac duas litteras vigorosas super dictam ecclesiam beate virginis de Dobrokucha confectas et emanatas, quas idem Petrus rector eidem Nicolao Bychonis prout suo executori tradidisset apud ipsum tunc re^ perta et repertas ab eo prorsus et per omnia afferendo, in iuris oppo^ sicionem et pariter detrimentum non modicum atque dampnum. Tandem nichilominus mala maiis idem Adam cum dictis fratribus suis acumu- lantes dictum dominum Blasium fratrem ipsius[1]) Petri rectoris indebite eodem instanti pertractarunt et vnum equum eiusdem Blasii XXXVIII^{0} florenos vaientem ipsum Biasium sacerdotem interficere volendo cum aiio equo ipsius interempti crudelibus wlnerum plagis affecerunt et si idem Blasius cum dicto Dyonisio vestro subdelegato et duobus famulis interempti enormiter wlneratis presidio fuge non euasissent, vtique ipsos interemissent. Acta sunt hec et facta in ecclesia beate virginis de Pukur, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} octauo, indiccione prima, presentibus discretis viris et honestis Georgio de Sagauicha, Paulo de Cleti, Ste*

*> Slijedi precrtan cijeli početak Hstine do isprave Matije arhidjakona.

phano de Velike, Marcho de Crauarzka et Martino de Michkouina et aliis quam pluribus testibus ydoneis quibus rei veritas plenius innotuit.

CSignum notariQ. Et *ego* Nicolaus Pauli de Palast presbiter Stri* goniensis diocesis, imperiali auctoritate notarius, prescriptis inquisicioni, leccioni, notificacioni, requisicioni testiumque predictorum communis veritatis scrutinei et omnibus aliis ac singulis premissis dum sic ut pre* mittitur agerentur et fierent vna cum infrascripto norario ac testibus suprascriptis presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui ac in hanc publicam formam redegi propriaque manu conscripsi, signoque meo et nomine solitis vna cum appensione sigillorum dictorum inquisitorum consignaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Constat eciam michi de cancefla* fura superius que inchoatur in sexta diccione XXXXI linee successiue prosequendo usque ad quartam diccionem linee XXXXIII. factum non tamquam vicio sed errore.

CSignum notariij, Et ego Alexander Mathie de Kamariafew, presbiter Zagrabiensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius premissis inquisicioni, leccioni, notificacioni requisicioni et omnibus et singulis dum sic agerentur et fierent vna cum prescripto notario et tes^ tibus suprascriptis presens interfui eaque omnia et singula sic fieri uidi, et audiui in hanc publicam formam redegi, et quia aliis negociis occu* patus fui per predictum notarium scribi feci, hic autem me manu pro* pria subscripsi signoque meo et nomine solitis vna cum appensione sigillorum dictorum inquisitorum consignaui rogatus et requisitus et ad hoc specialiter aduocatus in fidem et testimonium omnium et singu* lorum premissorum.

Izvornik na pergameni u 6r. ugar. držav. arfiivu u BPesti. M. O, D. L. 35258. •— *Stara signat. Acta monast. de DoBrakucBa No 2.*

Na fist/ni vise 4 noncane vrpce, docint 5- nema. Pečati otpafi.

SUMMARIUM*

* Sumarij i indeks složio dr. Marko Kostren&ić.

INDEX MATERIAE.

Brojevi iza riječi označuju stranicu.

Radi boljeg pregleda sakupljeni *su* predmeti i pojmovi, koji zajedno spadajtf, pod jedan skupni naslov, i to:

pod animalium genera vrste životinja
„ arborum genera vrste drveća
„ culturarum genera vrste poljoprivrednih kultura
„ festa razne svetkovine
„ formulae raznovrsne formule
„ frumenti genera vrste žita
„ mensurarum genera vrste mjera
„ metallorum genera vrste kovina
„ monetarum genera vrste novca
„ officiorum genera razni zanati i zanimania
„ propinquitates vrste srodstva
„ verba Croatica hrvatske riječi
„ verba Hungarica magjarske riječi.

A

B

C

D

E

F

G

H

I, J, Y

L

M

N

O

p

Q

R

S

u, v

Z, Ž

INDEX NOMINUM.

A

B

C

D

E

F

G

H

I, J, Y

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U, V

Z

ERRATA CORRIGE.

Na str. 8	redak 3 ozgo	mjesto	Oenetensis	ima biti Cenetensis.
„	„ 20 „	„	infranscriptis	„ infrascriptis.
„ 21	„ 17 „	„	polle	„ „ pelle
„ 52	4 ozdo	„	obagionibus	„ „ iobagionibus
„ 79	17 ozgo	„	nanus	„ „ manus

„ 114 iza listine br. 85 ima da dođe: Izvornik na pergameni u arhivu grofova Begna u Posedarju. No. 124.

„ 194	redak 6 ozgo	mjesto	pendentes	ima biti pendentis
„ 196	„ 20 „	„	venditit	„ „ vendidit
„ 239	14 ozdo	„	pregato	„ „ pregati
„ 272	9 ozgo	„	penatorum	„ „ peccatorum
„ 314	17 ozdo	„	sancti	„ „ ser

Listina župana križevačkog Petra Čirke štampana je, pod br. 165 i 167, dva put, i to jednoć pod 7 oktobra, a drugi put pod 14 oktobra. Prvi put je isprava uzeta iz Cod. dipl. patrius, a drugi put iz originala u Budimpešti. Do tih raznih datuma došlo je uslijed neobičnog datiranja u Iistini. Ona je naime datirana „secundo die termini prenotati". A taj terminus prenotatus jest „feria secunda proxima post octavas festi beati Michaelis archangeli". Aii ta feria secunda, t. j. ponedeljak, pada upravo na samu octavu po Miholju, t. j. na_ 6 oktobar. Izgleda da je ispravniji datum 14 oktobar.